BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
FONDO EBORENSE
42
3 E
24

Te quoque magna Pales, et te Venerande canemus

EXPOSITIONES QVAESTIONVM DOCTORIS SVBTILIS IOANNIS DVNS SCOTI, IN VNIVERSALIA PORPHYRII,

A Fratre Conſtantio Sarnano Ord. Min. Conuent. ex varijs hincinde locis, quamdiligentiſſimè collectæ.

Quibus adiecit tractatum de Syllogiſmis conficiendis ad ſtudentium vtilitatem;

Necnon ſolutiones argumentorum Hieronymi Balduini, probantis logicam non eſſe ſcientiam contra Scotum, ac dicentis non eſſe ſubiectum logices ſyll.

Tum demum de principio indiuiduationis, ac ſubſtantiarum materialium, & ſeparatarum contra Scotum, cuiuſdam recentioris Philoſophi.

CVM PRIVILEGIO.



Venetijs, apud Franciſcum Franciſcium. M D LXXVI.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISS. D. D. FELICI PERETO A MONTE ALTO,

FIRMANAE ECCLESIAE PRINCIPI PERPETVO, ET S. R. E. CARDINALI AMPLISS.

Frater Conſtantius Sarnanus S. D.

CVm eſſem Patauij in almis
ædibus diui Antonij, Il-
lvstriss. ac Reve-
rend. Praesvl, redege
ram in methodum, ac bre
ue quaſi quoddam com-
pendium, omnes quæſtiones in Vniuerſa
lia doctoris ſubtilis, ad id faciendum hor
tatus à nonnullis literarum ſtudioſis, vt
per cognitionem omnium penè Scoticæ
diſciplinæ terminorum, habeant adole-
ſcentes ſeraphici ordinis noſtri, metho-
dum, qua labi, errare, ac decipi non poſ-
ſint. Semper enim in illa fui ſententia,

quam & Socrati apud Diuinum Platonem inuenio probatam; melius ſcilicet eſſe pauca quædam ordinatè, & dilucidè proponere, quàm multa ſine ordine congeſta, ac obſcura profundere. Hunc itaq; meum in dialecticis quęſtionibus laborem, ampliſſimo tuo nomini, iurè debui nuncupare; præſertim cùm ille ſis, qui & ingenij acumine, & præclaræ tuæ ſapientiæ nomine, eum haud dubiè mirificè ſis illuſtraturus; ad eum enim omnis doctrinæ, ac eruditionis apicem perueniſti, vt ſine controuerſia Theologorum omnium ſummus tibi debeatur locus. Iam verò & hoc ipſum, multis aliis de cauſis facere decreui; primùm quidem ob plurima, eaq; non uulgaria tua in me beneficia; deinde, quia non me latet, quòd pro ſingulari tua benignitate, nullis id meis meritis flagitantibus, tantà me complecteris beneuolentia, quantam nec eloquentiſſimus quiſque, vel longiſſima oratione exprimere valeret. Quid enim? ſeruus ſum, & ut obſequij mei initium aliquod oſtendam, ſciantq; omnes te meum illuſtrem dominum, ac Męcenatem

tem

tem vnicum eſſe, lucubratiunculas has meas, tui nominis ſplendore præfulgentes, in lucem prodire curaui. Nam & REVERENDISS. GENERALIS NOSTER PETRVS ANTONIVS CAMILLVS à NVCERIA, qui non minori nominis fama, quàm prudentia ſeraphicum hunc noſtrum ordinem protegit, adminiſtrat, ac tuetur, tuę erga me beneuolentiæ cauſa, me indies plurimis, iiſdemque maximis beneficijs afficit. Hoc igitur qualecunq; fuerit opuſculum, ſub fauſtiſſimis auſpiciis tuis euulgandum eſſe cenſui, ac ampliſſimo nomini tuo dicandum, vt nominis tui celebritate, à liuido æmulorum, zoilorumq; dente (qui optima etiam canino more infeſtare, inſectarique ſolent) protegatur, ac defendatur. Quare ſupplex oro atque obteſtor amplitudinem tuam, vt eo animo de manu ſerui et alumni tui munus hoc ſuſcipias, quo priorem illum libellum in formalitates eiuſdem noſtri doctoris te accepiſſe, certiſſimis, iiſdemque luculentiſſimis argumentis, teſtatum feciſti. Nec eſt quòd plura in breuis epiſtolæ formam,

congeram. Id vnum eſt, quod ſummis ſem per ab Opt. Max. Deo precibus, votisq; expoſcere contendam, vt amplitudinem tuam ad eum honoris gradum prouehat, quo fœliciorem ſanctioremque in terris, adipiſci nequit humana miſeria. Interim diu fauſtus, fœlixque viuas, & me in tuorum numero, non dicam adſcribere, ſed adſcriptum diu conſeruare ne graueris.

Patauij Calend. Ianuarij. M D LXXVI.

INDEX EORVM, QVAE SCITV DIGNA, IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

A

ABSTRACTVM de abſtracto prædicatur in primo modo dicendi per ſe media abſtractione. pagina 27
Abſtrahere hominẽ à ſuppoſitis, quid ſit? 94
Abſtractum duplex eſt. 259
Abſolutum includere eſſentialiter relatiuum, eſt impoſſibile. 337
Abſurdum eſt quęrere ſcientiam, & modum ſciendi, quo modo intelligatur. 3
Ab uniuerſalibus ad particularia procedendum eſſe teſtatur Ariſt. 2
Accidens abſolutum præſtantius eſt reſpectiuo. 27
Accidentium tres ſunt opiniones. 98
Accidentia magnã partem cõferunt ad cognoſcendum quod quid eſt ſubſtantiæ. 140
Accidens eſt ſubiectũ accidẽtis, & relatio relationis. 142
Accidentium propriorum, & cõium differentia. 165
Accidentia cõia primo, & per ſe inſunt indiuiduis. 165
Accidens duplex eſt. 177. 456
Accidentia propria primo, & per ſe inſunt ſpeciebus. 165
Accidens eſt per ſe ens. 183
Accidentia copulata quænam ſint? 229
Accidentia nõ ex qua, ſed in qua habent materiam. 251
Accidens reſpectu ſubiecti non eſt genus, nec ſpecies, nec differentia, nec proprium; neq; in quid prædicari poteſt: ſed reſpectu ſuorum inferiorum prædicatur in quid, & eſt genus. 314
Accidens reale quid ſit? 426. 458
Accidens quomodo erit ſubiectum accidentis. 427

Accidens reale quomodo cōſideretur à metaphyſico. 427
Accidentium aurea Scoti reſponſio. 432
Accidens aliud eſt ineſſe, & aliud applicari. 437
Accidens omne definitur per ſubiectum, intelligendo de definitione quietatiua. 443
Accidentia communia ſicut tenent vltimum locum, ita accidens uniuerſale. 454
Accidens oē, aut primæ, aut eſt ſecundæ intentionis. 455
A concretis ad abſtracta ualet conſequentia, quomodo intelligatur. 8
Actus ſecundus non eſt actus primus. 6
Actus ſecundus præſupponit actum primum. 22
Actus intellectus triplex eſt. 63
Actus primus, & actus ſecundus intellectus quid, Auer. ſignificent. 63
Actus primus intellectus indiuiſibilis dicitur 64
Actus ſecundus quidnam ſignificet. 64
Actus intellectus quid, & quotuplex ſit? 65
Actus intellectus triplex eſt ſecundum Scotum. 122
Actus rectus, reflexus, & collatiuus, quid ſint? 122
Actus rationis triplex eſt. 320
Actus intelligēdi nō refertur ad ſubiectū, & terminū. 335
Actus ſecundus præſupponit actum primum. 364
Actus duplex eſt. 397
Actus, & generationes ſunt circa ſingularia. 402
Actio eſt ſuppoſitorum. 82
Ad cauſandas ſecundas intentiones quid requiratur. 67
Adeſt, & Abeſt, dupliciter ſumi poſſunt. 461
Ad æquiuocum poſitum in aliqua propoſitione non eſt reſpondendum ſecundū Scoti, & Ariſt. ſententiam. 439
Adiectiuum debet determinare ſubſtantiuum. 349
Ad intellectionem noſtram quinque requiruntur. 102
Ad Pictorem quæ ſpectant. 66
Agens primarium eſt Deus. 133
Alberti Magni opinio de logicæ ſubiecto. 68
Albedo, ut albedo non reſpicit ſubiectum, nam iſta nō eſt bona prædicatio, homo eſt albedo. 95

Alber-

Albertus magnus uoluit uniuerſale non eſſe uniuocum, ſed purum analogum. 132
Alberti magni opinio de uniuerſali. 135
Alberti magni opinio de ſubiecto in libro Porphyrij. 135
Aliquid non poteſt definiri, niſi cognoſcatur. 114
An ĩ primo actu intellectus, dicaẽ ueritas, uel falſitas. 64
Analogia ſtat cum uniuocatione, & æquiuocatione ſecundum mentem Scotiſtarum. 138
Analogia non repugnat uniuocationi. 140
Angeli non diſcurrunt, niſi diſcurſu imperceptibili, non diſcurſu temporis, ſed natura. 407
Angeli non intelligunt cum ſenſu. 408
Animal prædicatur per modum totius. 194
Animal, & color, quomodo ſint alterius rationis. 234
Animal, & lignum dupliciter conſiderantur. 234
Animal quid ſit? 242
Animal conuenit omni homini, & omni ſuppoſito. 244
Animalis, & rationalis differentia. 257
Animal in concreto daẽ intelligere hominem, 321
Animal rationale non eſt genus. 402
Animal eſt rationale, quomodo ſit uera propoſitio. 376
Animalis definitio ſecundum Platonem. 403
Anima definitur, ut habet habitudinem ad corpus. 330
Anima in ſua creatione creatur nuda. 407
Animæ duplex definitio. 329
A poſitione generis ſequitur poſitio ſpeciei. 299
Appolonij Thianei opinio. 415
A prædicari ſignato, ad prædicari exercitum, per ſe non tenet conſequentia in eiſdem terminis. 217
A prædicatione per accidens non ſequitur prædicatio per ſe. 218
Aptitudo quid ſit? 297
Ariſteteles, Auerroes, & Scotus conſiderantes facultatem logicalem, diſſentiunt in nomine; conueniunt autem in re, & in ſignificato. 12
Ariſt. nunquam definiuit argumentationem, licet à Boetio fuerit definita. 77

Architæ Tarentini opinio. 194
Arguendo à prædicatione ſignata ad exercitam, tenet conſequentia. 217
Arguendo à concretis diſperatis ad abſtracta, non tenet conſequentia. 264
Arguendo à concretis ſubordinatis eſſentialiter ad abſtracta, tenet conſequentia. 264
Arguendo à coniunctis ad diuiſa, non tenet conſequentia, quomodo intelligatur. 370
Arguēdo à copulatiua tota ad ptē, tenet cōſequētia. 466
Argumenta probantia uľe eſſe ens. 98. 99. 100. 101
Auguſtinus inſequitur Platonem circa materiam de intelligentiis. 404
Auerroes ab expoſitoribus in librorum initiis octo eſſe amplectenda affirmat. 1
Auicennæ opinio de ente. 201
Auicenna in quolibet tria prima eſſe entia affirmat. 203

B

BALDVINI obiectiones arguentes Scotum. 86
Beatus, & fęlix non pōt eſſe corpore turpis. 324
Boetius argumentationem definiuit, licet ab Ariſtotele non fuerit definita. 77

C

CALIDITAS an ſit proprium reſpectu ignis. 477
Capitatus quid ſignificet. 257
Carere actu reflexiuo, quid ſignificet. 123
Cauſa conſideratur multipliciter. 16
Cauſa finalis eſt nobilior omnibus aliis cauſis. 73
Cauſa prima æquiuocationis. 406
Cauſa efficiens facit ſpeciem eſſe in actu. 253
Cauſalitas ſecundarum intentionum. 66
Caſu differre quid ſit? 259
Chimeræ, ſiue figmento nihil correſpondet ſecundum totum, bene autem ſecundum partes. 111
Conceptus formatus, ſecunda intentio, & ens rationis ſunt idem. 75
Conceptus pro ſpecie intelligibili eſt ens reale. 62

Conceptus formatus quid ſit? 62
Conceptus ſimpliciter ſimplex, aut totaliter ſcitur, aut totaliter ignoratur. Vide in margine. 150
Conceptus entis eſt communis omnibus decem generibus metaphyſicè loquendo. 309
Conceptus duplex eſt. 310
Concretum duplex eſſe dicitur. 93
Concretum unde oriatur. 93
Concretum accidentale duplex eſt: 94
Concretum tripliciter conſiderari poteſt. 209
Concretum quando eſt uniuocum ratione formę ſignificatæ, & abſtractum etiam erit uniuocum. 482
Coniunctum copulatum, quid ſit? 371
Compoſitum ſpecificum non poteſt eſſe ſine forma ſpecificante. 447
Compoſitum duplex eſt. 397
Compoſitum naturale habet differentiã à quatuor. 374
Commune quomodo multipliciter dicatur. 48
Conſideratio logicalis mathematica non eſt. 66
Conſideratio logicalis eſt pictoria. 66
Conſtructio intranſitiua quid ſit? 320
Contingentia quid ſit? 72
Contingentia, & uariatio tollunt æternitatem à ratione ſcientiæ. 72
Continuatio quæſtionis ſextæ cum quinta. 125
Continuatio quęſtionis nonæ cum octaua. 157
Continuatio quæſtionis decimæ cum nona. 169
Cõueniẽtia inter ſpeciẽ & differentiã, ſtat in duobus. 383
Conuertibilitas triplex eſt. 199
Conſequentiarum ordinatio. 479
Cuicunque competit prædicatum in primo modo dicendi per ſe, eidem competit & paſſio in ſecundo modo dicendi perſe, & ècontra. 102
Curſus ineſt toti, & non parti. 257

D

DANS principale dat etiam acceſſorium. 53. 295
Dans formam, dat conſequentia formæ. 53. 295

Dans

Dans ſubiectum, dat paſſionem conuenientẽ ſubiecto. 53
De accidentibus tres fuerunt opiniones. 98
Definitio ſcientiæ propriè dictæ. 5
Definitio formalis demonſtrationis quæ ſit. 9
Definitio eſt eſſentiæ. 23
Definitio eſt ſolius ſubſtantiæ. 46
Definitiones ſecundarum intentionum quomodo nuncupentur. 46
Definitio duplex eſt. 70. 97
Definitio quid rei eſt medium in demonſtratione potiſſima. 70
Definitio ſæpiſſimè ex mente philoſophi, & Scoti dicitur quod quid eſt. 70
Definitio ſubſtantiæ eſt ſimpliciter definitio, accidentis autem eſt ſecundum quid. 98
Definitio propria uniuerſalis quæ ſit. 151
Definitio quare à Porphyrio ĩter uñia nõ enumeretͤ. 198
Definitio cur inter prædicabilia non numeretur. 199
Definitio quid ſit? 209. 223
Definitio conuertitur cum definito. 224
Definitio bona tria habere debet. 224
Definitio declarat totam eſſentiam definiti. 225
Definitio diſtinguit oẽ aliud, qđ non eſt definitum. 225
Definitio, quæ facit ſcire definitum quo ad quid eſt, declarat eſſentialia principia definiti. 317
Definitio illa eſt conuenienter data, in qua apparet proprium genus & propria differentia. 325
Definibile duplex eſt. 328
Definitio data per æquiuoca non eſt bona. 387
Definitio eſt medium in demonſtratione potiſſima. 431
Definitiones ſunt rerum permanentium. 448
Denominatiuum duplex eſt. 258
Deſcriptio dicitur adumbratio, & primæ picturæ lineamentum, Vide in marg. 223
Denominatio duplex eſt. 162
Demonſtratio eſt ſubiectum principalitatis, & perfectionis. 78

Demonſtrationis duæ ſunt definitiones. 329
Demonſtratio duplex eſt. 13
Demonſtratio realis quid, & quare ſic appelletur. 13
Demonſtratio intentionalis quid? 13
Demonſtratio eſt inhærentiæ. 23
Demonſtrator antequam cognoſcat paſſiones de ſubiecto, debet cognoſcere de ſubiecto quid eſt, & q̃a eſt. 69
Demonſtratio in ſecundis intentionibus. 128
Deus, cum ſit ſummè ſimplex, non poteſt definiri. 70
Deſtructo ſubiecto deſtruitur omnis paſſio eius. 74
De ſubiecto præſupponitur quid eſt, & quia eſt. 150
Deus ẽ prĩcipiũ efficiẽs ſine motu, & trãſmutatione. 449
Deus eſt agens primarium. 133
Deus eſt ſubiectum theologiæ. 160
Deus ſupplet rationẽ mouentis, non aũt terminãtis. 102
De non ente, nulla eſt actio. 101
De ſubiecto, in principio alicuius libri tractandum eſſe affirmat Auerro. 55
Dialectica, ſophiſtica, & demonſtratiua, quomodo docens eſſe dicatur, quomodoue utens. 26
Dici de, quid ſit. 304
Dici de, tripliciter accipi poteſt. 462
Dictiones diſtrahentes quid ſint. 388
Dictiones pertinentes ad actum exercitum, & actum ſignatum, quæ ſint. 218
Differentia eſt inter ſcibile, & ſubiectum. 56
Differẽtia eſt inter perſonã, indiuiduũ, & ſingulare. 164
Differẽtia pertinet ad primũ modum dicendi perſe 192
Differentia prædicat eſſentiam ſui ſubiecti. 196
Differentia, & ſpecies, quare inter prædicata non enumerantur à philoſopho? 198
Differentia in quale prædicari poteſt. 196
Differentia ultima reducitur ad definitionem. 198
Differentia intermedia duplex eſt. 198
Differentia cum prædicatis, quare non numeretur. 199
Differentia inter ſimilitudinem, & proprietatem. 214
Differẽtia ultima excluſo genere nõ dicit totã eſsẽtiã. 226

Differentia includit multitudinem. 238
Differentia inter animal, & rationale. 257
Differre caſu, quid ſit? 259
Differens quid ſit? 278
Differentia quæ ſint? 278
Differentia in ſuperiori, differunt in inferiori. 279
Differentiæ officium. 280
Differentia prædicatur in quale, quia ſumitur ab aliquo formali in ſpecie. 306
Differentia dicit eſſentiam per modum informantis. 306
Differentia prædicatur in quale quid. 307
Differentia dupliciter accipi poteſt. 312
Differentia dat intelligere hominem cum determinatione ultimæ formæ. 321
Differentia continetur in genere poteſtate. 323
Differentia bifariam ſumi poteſt. 378
Differentia pro prima intentione. 378
Differentia habet uniuerſale, quod eſt genus eius. 379
Differentia eſt ſpecies uniuerſalis, & quomodo. 379
Differentia ut quid, ſemper erit differentia: ſumpta, ut modus, eſt ſpecies uniuerſalis. 381
Differentia duplex eſt. 382. 390. 393
Differre ſumitur pro differentia commnniter. 362
Differentia quomodo ſit abſtractum, & concretum. 390
Differentia triplex eſt. 392
Differentia, in quantum eſt tertium uniuerſale, habet triplex correlatiuum. 394
Differẽtia ſumpta ꝑ ſecũda intentione eſt æquiuocũ. 394
Differentia habet rationem actus. 397
Diſtinctio inter proprium, & accidens, multis modis inueniri poteſt. 433
Diuerſa, & differenria differunt. Vide in marg. 278
Diuiſio omnis debet eſſe bimembris. 354
Diuiſio multiplex eſt, 355
Diuiſio per accidens multiplex eſt. 355
Documentum mirabile Doctoris ſubtilis. 387
Duo oppoſita ineſſe eidẽ generi, nõ eſt inconueniẽs. 375

Duo contradictoria non poſſunt eſſe ſimul falſa. 34

E

EFFECTVS æquiuocus quid ſit? 10
Effectus uniuocus quid ſit? 10
Efficiens producens, & emanans habent rationem ſuperioris, & inferioris. 16
Effectus omnis eſt repręſentare ſuam cauſam, à qua producitur. 48
Efficiens quid ſit? 374
Efficiens duplex eſt. 452
Entis extra animam Auerroys, intentio qualis fuerit. 46
Entia intentionalia non conſiderantur in ſcientia ſpeculatiua. 52
Ens reale non poteſt eſſe ſubiectum in logica. 62
Ens rationis aut eſt conſideratum à ratione, aut ab ipſa cauſatum. 75
Ens tranſcendentiſſimè eſt æquiuocum analogum. 99
Ens reale quid? quiduè ens rationis dicatur. 99
Entis per accidens non eſt definitio. 96
Ens rationis diſtinguitur ab ente reali. 161
Ens pro ſignificato ſubſtantiæ, utrum ſit uniuerſale? 201
Ens non eſt uniuocum in genere ſubſtantiæ. 203
Ens logicè loquendo, an ſit æquiuocum. 228
Ens non ſuperius, ſed benè communius dici poteſt. 247
Ens reale quõo ſit de conſideratione metaphyſici. 426
Ens reale eſt de conſideratione logici. 426
Entitas eſt ueritas, bonitas; ſunt ueræ propoſitiones non tamen in primo modo. 266
Entia rationis ſunt poſteriora ente reali. 429
Eſſe de eſſentia, & eſſentialiter ineſſe differunt. 47
Eſſe unum numero dupliciter intelligi poteſt. 109
Eſſe, in, conuenit accidentibus. 305
Eſſe in plus dupliciter ſe habet. 374
Eſſentia aĩalis uerè, & realiter in hominis natura. 262
Eſſentia ſubſiſtens eſt ipſa materia. 315
Aegidij Romani de logica opinio. 26
Aequiuocum duplex eſt. 17

Aequi-

Aequiuocum à caſu non poteſt habere obiectum intellectus, nec paſſionem. 118
Aequiuocum à conſilio, habens ordinem habet obiectum intellectus, & paſſionem ſecundũ Scotiſtas. 118
Aequiuocantia quatuor ſunt. 455
Aequiuocorũ nõ eſt cõparatio, neq; cõſequẽtia. 478. 356
Ex definitione, & definito fit primus modus dicẽdi pſe. 23
Exemplum de rota figuli, & cui ſimiletur. 37
Exemplum quo demonſtratur, unde fluant paſſiones. 58
Ex conſideratione ſyllogiſmi totius logicæ diuiſio, atq; partitio colligi poteſt. 79
Exiſtentia eſt de intrinſeca ratione Dei. 72
Exiſtentiam duplicem habet ſyllogiſmus. 72
Exiſtẽtia eſt minus intima, q̃ differẽtia indiuidualis. 107
Exiſtentia eſt modus, & conditio conſequens indiuiduũ, iam conſtitutum in eſſe. 107
Exiſtentia rei eſt primum prædicatum per accidens præſuppoſitum ab omnibus prædicatis per accidens. 108
Ex intellectu ſpeculatiuo, & obiecto intelligibili, fit uerius unum, quàm ex materia, & forma. 168
Exiſtentia eſt modus intrinſecus ſecundum Franciſcum de Mayronis. Vide in marg. 364
Ex ſubiecto, & accidente, quare nõ fiat unum per ſe? 397
Extrema non habent duas habitudines. 327
Extremum duplex eſt. 327
Ex ueris non ſequitur niſi uerum. 340

F

FALLACIA conſequentis quid ſit? 76
Figmento nihil correſpondet ex parte rei 365
Finalis cauſa prædicti operis quæ ſit? 1
Finis ſcientiæ ſpeculatiuæ eſt ſcire. 41
Forma diſtinguit ſpeciem ab aliis. 252
Forma duplex eſt. 254

G

GENERALITAS, non eſt abſtractum à genere, ſed à generali. 212
Genus quid? & quomodo ſit duplex. 11

Genus in plura partitur quàm ſpecies . 112
Generare ſcientiam eſt quædam actio . 82
Genus an ſit perfectius ſpecie . 137
Genus eſt ſpecies, non eſt predicatio eſſentialis . 143
Genus eſt ſpecies, ſpecies eſt ſpecies, ſunt prædicationes denominatiuæ . 145.146
Genus prædicat eſſentiam ſubiecti . 194
Generis ratio non prædicatur de ipſo genere per accidens, ſed per ſe . 224
Genus duplex eſt . 181. 293
Genus in duas ſecatur partes . 258. 281
Genus quare per ſe non prædicatur de differentia . 265
Genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, quo modo intelligatur . 290
Genus poteſt accipi ut quid, & ut modus . 292
Genus pro ſecunda intentione ſumptum non requirit multas ſpecies actu . 296
Genus pro prima intentione acceptum requirit multas ſpecies actu . 297
Genus reqrere multas ſpecies cõtingit dupliciter . 297
Genus quomodo in communi referatur ad ſpeciem . 299
Genus quomodo non ſit aptum natum dici de multis, & quomodo aptum ſit dici de multis . 301
Genus eſt principiũ eſſentiale cognoſcendi ſpeciem . 317
Genus habet differentiam poteſtate, ſpecies aũt actu . 373
Genus, eſſentiæ debiliorem, & imperfectiorem partem, ſpecies autem totum prædicare affirmatur . 386
Gryſaorius quo ingenio fuerit præditus . 404

H

HABITVDO prædicati ad ſubiectum eſt æterna, & inuariabilis . 178
Habitus intellectuales ſunt quinque, circa quos non contingit dicere falſum . 475
Hæccheitates quid ſint? & unde oriantur, in marg. 108
Homo, & Angelus ſunt in eodem prædicamento . 11. 12
Hominis plures ſunt paſſiones . 58
Homo eſſentialiter non includit riſibilitatem . 60

Homo ex natura ſui habet quidditatem multis communicabilem. 100
Homo tripliciter conſiderari poteſt. 143
Homo quid ſit, & quomodo conſideretur. 169. 242
Homo eſt albus, & homo eſt animal, ſupponunt perſonaliter. 174
Homo magis à lapide, quàm à planta diſtinguitur. 309
Humanitas eſt aĩalitas, quare negẽ iſta ꝓpoſitio? 148

I

IDEM eſſe totum & partem, inconueniens non eſſe, dicit Scotus. 322
Idem eſt principium, & principiatum. 322
Idem relatiuum, an ad duo referri poſſit. 335
Identitas formalis oĩbus relationibus eſt negata. 337
Imago communiter decipit, 404
Imperfectum reducitur ad perfectum. 80
Inconueniens eſſe logicum definire, & diuidere affirmat Scotus. 462
In accidentibus abſolutis duplex eſt abſtractio. 95
In concretis ſubſtantialibus vnica eſt abſtractio. 95
In compoſito dantur plures formæ. 198
In dictis ſecundum accidens non tenet conſequentia à coniunctis ad diuiſa. 370
Indiuidua quomodo diſtinguantur? 195
Indiuiduorum eſſe, duplex eſt. 187
In definitione ponitur ordo. 71
In definitione ſunt tria. 71
In demonſtratione tria ſunt. 23
In definitione accidẽtis ponitur differẽtia ſpecifica. 468
Inferius includit ſuum ſuperius, ſed non è contra. 61
Ineſſe dupliciter ſumi poteſt. 461
Inferius non põt eſſe cauſa in eſſendo, ſui ſuperioris. 88
Inhęrens, & inhęrentiam dicere, quid ſit. 182
In omni relatiuo, quatuor inueniũtur habitudines. 286
In rebus materialibus non põt eſſe actus reflexionis. 123
In quolibet genere entium uno exiſtente perfecto ſunt multa imperfecta per receſſum. 415

In ſecundis intentionibus non inconueniẽt dare diſtinctionem ex natura rei. 18
In reſpectiuis triplex eſt abſtractio. 95
In genere latent æquiuocationes. 137
Intellectus eſt uerorum, quomodo intelligatur. 474. 475
Intellectus eſt duplex, ſimplex, & componens. 475
Intellectus uniuerſali prædicabilitatem tribuit. 100
Intellectus poteſt recipere multa, quæ non cauſat. 103
Intellectus eſt uirtus paſſiua, quomõ intelligatur. 106
Intellectus licet intra ſe, & in domicilio animæ, habeat ea, quæ ſe tenent ex parte ipſius; non tamen habet intra ſe id, quod ſe tenet ex parte obiecti: quia anima, eſt tanquam tabula raſa, in qua nihil eſt depictum. 105
Intellectus duplex eſt. 106. 124
Intellectus poſſibilis tres habet actus. 106
Intellectus noſter põt cognoſcere differẽtiam cadentem inter quidditatẽ rei ſenſibilis, & ipſum uniuerſale. 121
Intellectus poteſt diſtinguere illa, quæ non ſunt eadem eſſentialiter. 125
Intellectus eſt Pictor ſecundarum intentionum. 158
Intellectus quomodo non agat extramittendo. 166
Intelligentiæ quomodo intelligant. 406
Intelligentiæ non ſunt animalia. 401
Intelligentiæ quomodo cadant ſub ſenſu. 85
Intelligentiæ omnes præter primam quomodo ſint in prædicamentis. 250
Intelligibilitas uniuerſalis competit enti analogo æquiuoco. 117
Intelligibilitas uniuerſalis, & ſecundarum intentionum cui primo competat. 117
Intelligibilitas eſt paſſio entis. 116
Intelligibile mouet intellectum, & quomodo. 105
Intelligere coruum eſſe ſub albedine, & intelligere illum ſub albedine, eſt differentia maxima. 476
Intentio huius operis propria, quæ ſit? 1
Intentio Scoti de logica docente, quæ ſit? 19
Intentionum ſecundarũ efficiens cauſa eſt intellectus. 53

Intentiones ſecundæ nunquam primario, ſed ſecundario cognoſcuntur ab intellectu. 38
Intentio ſecunda tripliciter conſiderari poteſt. 162
Intentio quid ſit. 169
Intẽtiones primæ per accidẽs cõſiderantur à logico. 187
Intentiones ſecundæ non determinant rem. 229
Intentio ſecunda non egreditur ex principiis ſubiecti, ſed originaliter, & occaſionaliter, eſt à rei proprietate; effectiuè autem, eſt ab intellectu. 231. 269
Intentio prima eſt prior ſecunda. 393
Intentio ſecunda maiorem entitatem ſumit potius ab opere intellectus, quàm à rei proprietate. 233
Interrogatio de ſpecie, eſt de ſecũdis intẽtionibus. 311
Interrogatiuo unicuiq; ſuũ correſpondẽt reſponſiuum, ſecundum Priſcianum. 311. 396
Inter medium, demonſtrationem, & concluſionem eſt diſtinctio ex natura rei, ſecus autem in reſpectibus intentionalibus. 15
Inter cãm, & effectũ eſt diſtinctio eſſentialis, & realis. 16
Inter uniuocum, & æquiuocum non datur medinm. 138
Inter inhærentiã, ueritatẽ, & perſeitatem eſt ordo. 177
Inter indiuidua non datur ordo eſſentialis. 195
Inter ſubiectum, & fundamentum, eſt differentia. 242
In uniuerſali duo conſiderantur. 142

L

LApis eſt in anima obiectiuè, non ſubiectiuè. 161
Lapis non eſt quoddam ſuperius ad hominem. 309
Lapis reſpectu hominis non poteſt eſſe genus, neque differentia. 309
Lignum reſpectu Arcæ non eſt concretum nec ad ſubiectũ, nec ad ſuppoſitũ, ſed huius, uel illius ligni. 260
Locus quid ſit. 204
Locus quot modis accipiatur. 205
Locus non mouet per ſe. 206
Locus ab authoritate affirmatiuè ualet, negatiuè uerò minimè. 279
Logicam duobus modis intelligi, affirmat Scotus. 4

Logica naturalis quid ſit. 4
Logica artificialis quid ſit. 15
Logica naturalis, an fuerit prior artificiali, uel è cõtra. 5
Logica bifariam utimur, & quomodo. 19
Logica an ſit opinio, uel ſcientia, in margine. 9
Logicam quomodo poſſumus tueri ſcientiam eſſe. 9
Logica in quo ſit tanquam in ſubiecto. 19
Logica quæ eſt ſcientia, & effectus demonſtrationis, eſt genus, & accidens. 19
Logica multiplici unitate una eſſe dicitur. 20
Logica an ſit realis, uel intentionalis ſcientia. 20
Logica quomodo dicatur rationalis. 21
Logica an ſit practica, uel ſpeculatiua. 21
Logicæ notitia non exit limina intellectus. 21
Logicam duplicem eſſe affirmat Scotus. 24. 42
Logica docens quæ ſit. 24. 42
Logica utens quomodo intelligatur. 25. 42
Logica utens nõ procedit ex neceſſariis ſicuti docens. 25
Logicæ diſtĩctio doctoris ſubt. an poſſit haberi ex dictis Auerrois & D. Thomæ. 25
Logicæ pars duobus modis intelligitur. 25
Logica docens quid, quiduè logica utens, dicatur. 25
Logica quomodo ſit de modo ſciendi tanquam de ſyllogiſmo. 28
Logica prius addiſci debet. 28
Logica, quare inter ſcientias ſpeculatiuas reales non ſit enumerata? 29
Logica ſpeculatiua ſcientia dicitur. 31
Logica materialiter, ſed non formaliter dicitur eſſe modus ſciendi. 39
Logica quomodo non ſit ſcientia practica. 41
Logica an ſit praxis. 41
Logica docens, quomodo ẽt logica utens dicatur. 43
Logica, quomodo ſui ipſius ſit modus ſciendi. 44
Logica non eſt ſcientia per accidens. 45
Logica an ſit ſcientia communis. 48
Logica dicitur eſſe communis in prædicando, commu-

nitate prædicationis. 49
Logica eſt de ſecundis intentionibus applicatis primis. pagina 49. 65. 100
Logicæ communis, opinio Doctoris ſubt. 50
Logica; communis dicitur à communitate ſubiecti. 51
Logica communis quomodo datur? 51
Logica dicitur communis multiplici ratione. 52. 53
Logicus non tenetur conſiderare perfectiones, & imperfectiones rerum. 138
Logicorum Regulá quæ ſit? 351
Lux uniuocè inuenitur in Sole, & corpore luminoſo. 481

M

MARCI Antonij Zimaræ de logica opinio. 30
Manuatus quid ſignificet. 257
Mathematica ſcientia eſt particularis. 50
Materia non in recto, ſed in obliquo, uera prædicatione prædicatur; ſed ſi hoc fit, impropriè prædicari dicitur. 39. 40
Materia prima non eſt ratio intelligendi. 104
Materia intelligitur per analogiam ad formam. 105
Materia triplex eſt. 158
Materia eſt forma, non eſt recta prædicatio. 167
Materia ſubſtentat formam in ratione ſubiecti. 193
Materia, & forma dupliciter conſiderantur. 247
Materia, uel pars in abſtracto non prædicatur de toto, ſed bene in concreto prædicari poteſt. 255
Materia quomõ ſit cauſa formæ, & forma materię. 306
Materia eſt unum principium rerum naturalium. 315
Materia non prædicatur de compoſito in recto. 319
Materia, & forma in re ſunt extranea. 320
Materia ex qua fit homo requitur in conſtitutione ipſius. 453
Media communia, non ſcire, ſed opinari faciunt. 267
Medium demonſtrationis definitionem ſubiecti Scotus eſſe teſtatur. 23
Menſura extrinſeca duplex eſt. 208
Menſura intrinſeca tripliciter uariari poteſt. 207

Menſura duplex eſt. 107
Metaphyſicæ ſubiectum eſt ens reale. 116
Metaphyſicus, Logicus, & Sophiſta, quomodo circa idem uerſentur, & diſſentiant. 50
Modus uidendi multipliciter dicitur. 6
Modum uidendi non ex parte ſolis, ſed ex parte oculi, Scotus teſtatur eſſe. 7
Modum ſciendi poſteriorem ſcire, dupliciter intelligi poteſt, affirmat author. 27
Modi cognoſcendi nugationem duo ſunt. 240
Modi intelligendi qui ſint, & an inſeparabiles ſint? 271
Modi duplices ſunt, quare modi ſignificandi dicantur? an ſint in propoſitionibus? an formalia principia & cauſa efficiens? quæ cauſa formalis eorũ, & an uniãtur in propoſitione? 169. 270 271
Modi prædicandi primi uniuerſalis, quid ſint. 302
Modus prędicandi ſumitur à modo eſſendi, & hoc dupliciter. 308. 310
Modus prædicandi in quid, præcedit modum prædicandi in quale. 323
Modus prędicandi in quale ſumitur à forma informante. 353
Modus prædicandi in quid in genere, ſumitur ab aliquo principio materiali. 353
Mors nõ poteſt interimere niſi genitũ iuxta ſententiam Salomonis. 402
Mos doctoris Subt. in determinando opinionem propriam, uel referendo aliorum opinionem, quomodo ſe habeat. 3
Mouere eſt entis in actu, & ꝓ quo accipiat mouere. 106

N

NATVRALIS ſcientia eſt particularis. 50
Naturalis Philoſophus rerum perfectiones, imperfectionesque conſiderare debet. 137
Natura quid ſit. 170
Natura uera ſumitur, ut modus, non uera, ut quid. 174
Natura duplex eſt. 155

Naturam animalis eſſe in homine, ſtat dupliciter. 276
Neceſſarium, quomodo accipiatur. 293
Nomina concreta ſecundæ intentionis, reſpectu huius uerbi q̃d eſt prædicari, ſupponũt pro fundamẽtis. 217
Non ens quatuor dicitur modis. 104
Non ens dupliciter dicitur. 105
Non ens nullam habet actionem, niſi in corruptione, & anihilatione. 105
Nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. 124
Nullum abſtractum quinque uniuerſalium poteſt dari per unum nomen, ſed pluribus nominibus uti oportet. 212
Nulla qualitas actiua, uel paſſiua, eſt proprium alicui elemento. 480.
Numerus pluralis æquipollet ſingulari. 347
Numerus ſingularis de uno indiuiduo p̃dicari põt. 291
Numerus pluralis de multis indiuiduis prædicari poteſt. 291
Numerus quinarius quid ſit. 185
Numerus quid ſit. 185
Numerus prædicatur per prius de binario, et per poſterius de ternario. 140

O

OBIECTVM multiplex eſſe dicitur. 20
Obiectum mouere, et terminare intellectum quid ſit. 85. 102
Obiectum intellectus triplex eſt. 105
Obiectum intellectus eſt quod quid eſt, quomodo intelligatur, 119. 120
Obijci intellectui, quid ſignificet. 161
Octo eſſe amplectẽda ab expoſitoribus in librorum initijs affirmat Auerr. 1
Omnis oratio, in qua ponitur uerum genus, & propria differentia, eſt uera; & propria definitio. 227
Omnis quæſtio, aut eſt circa complexum, aut circa incõplexum. 92
Omnia quinque uniuerſalia conueniunt in aliqua proprietate.

prietate. 127
Omne quod eſt aliud à prima ſubſtantia, aut dicitur de prima ſubſtantia, aut eſt in illa. 109
Omne, quod eſt in prædicamento, abſtrahit ab exiſtentia actuali. 198
Omne, quod definitur, eſt ens 97
Omne quod ordinatur ad aliud, eſt imperfectius illo. 74
Omne recipiens debet eſſe denudatũ à natura recepti. 52
Omnis quæſtio in tres ſecatur partes. 3
Opinio Aegidij, & Alexandri de Alexandria, probans logicam non eſſe ſcientiam. 3
Opinio Auicennæ circa corpora cœleſtia, Vide in margine. 11
Opiniones diuerſas, diuerſa logicæ ſubiecta probantes in medium adducit Scotus. 61
Opinio Aegidij Romani aſſerens conceptum fomatum, eſſe ſubiectum in logica. 62
Opinio ſecunda de ſubiecto logicę. 65
Opinio. D. Thomæ de ſubiecto logicæ. 68
Opinio probans orationem eſſe ſubiectum logicæ. 68
Opinio Alberti Magni de logicæ ſubiecto. 68
Opiniones de ſecundis intentionibus. 117
Opinio Scoti de ſubiecto in lib. Porphyrij contra Albertum Magnum. 136
Oppoſita relatiuè eidem ineſſe poſſunt, non tamen reſpectu eiuſdem. 333
Ordinatio conſequentiarum. 479
Ordo procedendi in uniuerſalibus à Porphyrio aſſignatis. 192
Ordo duplex eſt. 189
Ordo cognoſcendi duplex eſt. 150
Oratio quomodo ſit æquiuoca. 76

P

PARS materialis ſtatuæ eſt æs. 322
Pars realis, & rationalis duplex eſt. 255
Pars demonſtratiua quomodo docens eſſe dicatur. 25
Paſſio, & ſubiectum, quæ ponuntur in demõſtratione, diſtinguun-

guuntur ex natura rei, ſunt autem eadem realiter. 17
Paſſio propria non eſt de eſſentia ſubiecti, ſed ei eſſentialiter ineſt. 47
Paſſiones à quo fluant. 58
Paſſiones inferiorum, quomodo in ſuperiori contineantur. 59
Paſſiones ſyllogiſmi communis, quomodo ſint reſpectus, & quomodo cum ſuis ſubiectis conuertantur. 60
Paſſiones ſyllogiſmi quæ ſint. 80
Paſſio uniuerſalis non continetur ſub proprio eſſentialiter, & quidditatiuè, ſed tantùm denominatiuè modaliter. 130
Paſſio quomodo non adæquetur medio. 152
Paſſio realis egreditur ex principiis ſubiecti. 231
Paſſio ſi eſt uniuoca, ſubiectum eſt uniuocum, eſt uerum de paſſione reali. 231
Paſſio omnis conuertitur cum ſuo ſubiecto, in quantum prædicatur de pluribus differentibus numero. 283
Pasſiones entis quæ ſint. 293
Pasſio poteſt duo determinare. 467
Pater quid ſit. 205
Per ſe dicitur illud, quod differt ab illo, quod eſt per accidens. 113
Perfectius dupliciter intelligi poteſt. 137
Perſeitas quatuor in partes diuiſa eſt ab Ariſtotele. 177
Perſcrutans de natura alicuius, debet perſcrutari de accidentibus eius. 185
Phenix quomodo ſe habeat. 295
Philoſophus quare inter Prædicata non connumerauit differentiam, & ſpeciem? 198
Pluralitatem formarum Scotus uidetur ponere in eodē ſuppoſito. 384
Plures homines ſunt unus homo, quomodo ſit uera, uel falſa hęc propoſitio. 351
Pluralitas, & ſingularitas ſunt modi ſignificandi grammaticales. 342
Prædicari uniuocè, de duabus differentiis oppoſitis, per
ali-

aliquam differentiam ſuperiorem, eſt impoſſibile 102
Prædicatio directa uel naturalis quid ſit. 441
Prædicari de pluribus abſolutis, eſt uniuerſalis. 424
Prædicari in quale conuenit uniuocæ differentiæ, ultimæ, & intermediæ. 386
Prædicari in q̄d ęquiuocè, cōuenit generi, & ſpeciei. 386
Prædicamentorum, Priorumque librum prius addiſcendum eſſe, quàm Poſteriorum, Anton. de ſantis aſſerere uidetur uide in margine. 15
Prædicamentorum, & Perhiermeniarum libri, quare logica uetus dicantur. Vide in marg. 65
Prædicamentorum eſſentiæ, q̄uo ſint impermiſtæ. 120
Prædicari de pluribus eſt definitio uniuerſalis ſecundum Scotum. 149
Prędicari in quid, quid ſit. 307. 192. 191
Prædicari in quid dupliciter. 191
Prædicari in quale dupliciter. 191
Prædicari in quid, ſecundum Lyconienſem. 305
Prędicare eſſentiā per modum eſſentiæ quid ſit. 193. 308
Prædicata Topica quatuor ſunt. 197
Prædicari per ſe ſpectat ad ſecundas intentiones. 216
Prædicari per accidens ſpectat ad res. 216
Prædicatio duplex eſt. 216
Prædicatio ſignata quæ ſit. 216
Prædicatio exercita quæ ſit. 216
Prædicari in quid de re, ſtat dupliciter. 220
Prædicari in quid ſiue in quale ſunt duæ differentiæ diuerſæ. 227
Prędicatio duplex eſt. 241
Prædicatio in qua ſuperius de inferiori prædicatur, eſt uera. 246
Prædicari in quid, non ab unitate eſſentiæ, ſed ab unitate proportionis ſumitur. 310
Prædicari, alio modo conſideratur in libro Porphyrij & alio modo in libro Perhiermeniarum. 331
Prædicari eſſentialiter conuenit ſpeciei, & quomō. 337
Prædicatio omnis aut eſt per ſe, aut per accidens. 376
Pre-

Præmiſſæ an dicãtur cauſæ efficiẽtes, uel materiales. 17
Priorum, Poſteriorum, Topicorum, & Elencorum. libri, cur logica noua appellentur, in marg. 65
Prima intentio quomodo ſecundarum intentionum ſit fundamentum. 67
Prima intentio quid ſit. 67
Prius & poſterius poſſunt accipi tripliciter. 365
Principia cognoſcimus, in quantum terminos cognoſcimus. 92
Primus modus dicendi per ſe quis? & qũo ſe habeat. 179
Primus modus dicendi per ſe habet quatuor gradus ſecundum Scotiſtas, ſecus autem ſm Auerroem. 179
Principium quid ſit. 205
Principia materialia, reſpectu modorum ſignificandi quę ſint. 271
Principium materiale ſecundum rem, quid ſit. 318
Principium eſſentiale ſecundum rationem quid ſit. 318
Principium eſſentiale ſpeciei duplex eſt. 319
Priuatiuum duplex eſt. 412
Priuationum quadruplex eſt genus. 412
Priuatio quadruplex eſt. 413
Proprium quatuor modis accipitur. 416
Proprium eſt uniuerſale. 417
Proprium eſt concretum, & eius abſtractum eſt intentio proprij. 420
Proprium, ut eſt nomen primæ intentionis, eſt æquiuocum. 418
Proprium quomodo ſit ſpecies uniuerſalis. 418
Proprij definitio qualis ſit. 422
Proprietas in abſtracto poteſt capi dupliciter. 429
Proprium non poteſt applicari niſi enti reali. 476
Propinquitas ſpeciei ad genus, eſt maior propinquitas quàm propinquitas differentiæ ad illud. 323
Proprium de quibus prædicatur. 282
Propoſitio uera in abſtracto eſt per ſe in primo modo quomodo ſit intelligenda. 265
Propoſitio per accidens tribus modis fieri poteſt. 263

Pro-

Propoſitio, in qua ſuperius prædicatur de inferiori, quomodo ſit uera. 148
Pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum, quomodo intelligatur. 213
Propria paſſio pertinet ad ſcdm modũ dicendi per ſe. 195
Propoſitio uera eſt, in qua ſecũda intentio prædicatur de prima. 172
Propoſitio per ſe quæ ſit. 178. 179
Propoſitiones, in quibus ſecunda intentio prædicatur de prima, ſunt per ſe, licet ſint ueræ demõſtratiuæ. 179
Proprietas pro paſſione ſumitur. 126
Propoſitio in primo modo dicendi per ſe, quid ſit. 27
Puer quid ſit. 360
Pulchritudo confert ad duo. 324

Q

QVALES in logica ſint prædicationes quidditatiuç, & formales. 101
Qualitas, quæ eſt prædicamentum, prædicatur in quale abſolutum, & quomodo. 307
Qualitas eſt purum accidens. 307
Qualitas æquiuocè dicitur de qualitate ſimpliciter, & de qualitate ſecundum quid. 399
Qualitates ſecundæ dicũtur qualitates poſteriores. 432
Qualitates non inſequuntur formam ſpecificam, ſed materiam. 481
Quantitas de neceſſitate ineſt ſubiecto, & quomõ. 465
Quantum aliquid dat alicui de entitate, tantum dat de cognoſcibilitate. 317
Quanto aliquid eſt minoris entitatis, tanto magis eſt impotentius. 160
Quandocunque ſunt plures ſpecies eiuſdem generis, quæ ſunt accidentia reſpectiua, non eſt inconueniens quod una ſpecies uniuerſalis prædicetur denominatiuè de alia ſpecie uniuerſali. 145
Quandocunque ſunt duo obiecta, quorum unum eſt ſubiectum, alterum uero paſſio, tunc ſicut ſubiectum præcedit paſſionem, ita quæſtio ſubiecti debet præcedere

dere quæſtionem paſſionis. 114
Quando aliquid eſt ratio cognoſcendi non cognita, non eſt perfectius eo, reſpectu cuius eſt ratio cognoſcendi. 104
Quandocunque aliquid eſt cognitum, & ratio cognoſcendi, excedit in entitate, & perfectione, illud, reſpectu cuius eſt ratio cognoſcendi. 104
Quare Metaphyſica uniuerſalis Naturalis uero, & Mathematica, particulares ſcientiæ nominentur. 51
Quare prius de genere, quàm de eius partibus ſubiecti suis tractatum ſit? 208
Quare, qualitates ſenſibiles dicantur. 432
Quare prius tractauit de genere, quàm de ſpecie? 324
Quatuor regulæ ab omnibus obſeruandæ. 216
Quæſtio de proprio pro prima intentione. 445
Quælibet natura eſt communicata ſuis indiuiduis. 195
Quæſtio circa complexum dupliciter dicitur. 93
Quæſtio quid rei, præſupponit, quæſtionem ſi eſt. 92
Quæſtio, quid eſt, quomodo præcedat omnes alias quęſtiones. 92
Quæſtio mota de intelligibilitate uniuerſalis, poteſt extendi ad intelligibilitatem omnium ſecundarum intentionum. 116
Quærere ſcientiam, & modum ſciendi, quomodo. 28
Quibus diſtinctionibus vtatur ſubtilis Doctor, in determinando opinionem propriam, ſiue in alienam referendo. 3
Quia eſt, quid importet. 71
Quid eſt, quid ſignificet, 69.70
Qui dixerit accidentia habere definitiones, dicit ea habere; magis quàm habeant & qui in illis definitionem negat, dicit illa habere minus quã habeãt. 98
Quidditas rei ſenſibilis quid ſit, & quomodo ſit ſenſibilis. 120
Quinq; nr̃ia ſunt diſtincta eſſentialiter inter ſe. 144
Quicquid prædicatur de prędicato, prędicatur de ſubiecto. 170
Quid-

Quidditas ſubiecti egreditur à quidditate prædicati ſecundum Lynconienſem. 262
Quidditates accidentium poſteriorantur quidditatibus ſubſtantiæ. 318
Quinque uniuerſalia quomodo ſint accidentia. 455
Quomodo præmiſſæ ſint cauſæ concluſionis. 13
Quot modis dicitur unum oppoſitorum, tot modis dicitur & reliquum, quomodo intelligatur. 200
Quomodo, illud quod eſt diſtinctum eſſentialiter ab aliquo, poteſt eſſe ratio cognoſcendi illud? 121
Quomodo probari poteſt vniuerſale non eſſe per ſe intelligibile. 116
Quod applicatur alicui, eſt ens. 98
Quod eſt commune, non poteſt eſſe ſubiectum in aliqua doctrina. 75
Quod conſideratur in aliqna ſcientia, obiectum potius quàm ſubiectum, rationabiliter dicendum eſſet. 56
Quòd aliqua ſit ſimpliciter ſcientia, non requiritur quòd obiectum eius, ſit ſimpliciter ens. 43. 44
Quomodo ſit danda logica communis. 51
Quomodo, & in qua parte queſtionis, mens doctoris intelligi poſſit. 4
Quomodo inter cauſam, & cauſatum, ſit diſtinctio ex natura rei. 17

R

RATIO producẽtis eſt nobilior ratione producti. 18
Rationes D. Thomæ probantes ens rationis eſſe ſubiectum in logica. 68
Rationes probantes uniuerſale eſſe ens. 99. 101
Ratio intelligendi, ratione repræſentandi abſtractiue eſt ſpecies intelligibilis, In cognitione autem intuitiua, eſt quidditas actu exiſtens. 103
Rationes ꝓbãtes uniuerſale eſſe per ſe intelligibile. 116
Rationes probãtes uľe non eſſe per ſe intelligibile. 116
Ratio intelligendi non eſt idem eſſentialiter cum quidditate rei ſenſibilis, ſiue cum obiecto motiuo intellectus. 120

Ratio intelligendi duplex eſt. 121
Rationes negãtes ꝓprietates ab uñi ſibi requiſitas. 126
Rationes aſſerentes mortale non eſſe differentiam. 401
Rationes probãtes animal rationale nõ eſſe genus 401
Rationalis, & animalis differentia. 256
Ratio, quare genus prędicetur in quid, & differentia in quale, quæ ſit. 304
Rationale partem eſſentialem, animal uerò partem materialem ſignificat. 319
Reflexio multipliciter intelligi poteſt. 122
Relatiuum non poteſt referri per ſe niſi ad unum per ſe correlatiuum, per accidens tamen poteſt referri ad plura relatiua. 287
Relatiua ſunt ſimul natura, quomodo exponitur. 287
Relatio, quæ identificatur cũ fundamento, quæ ſit. 337
Relationi reali tria requiruntur. 361
Relatio omnis requirit duo extrema in actu. 361
Relatio duplex eſt. 366
Relatiuum duplex eſt. 474
Repugnantia prædicati nõ poteſt ſtare cũ ſubiecto. 169
Requirere quid ſignificet. 293
Repugnantia, & oppoſitio habent fieri circa idẽ. 398
Res uera diuerſimodè conſiderata poteſt habere duas definitiones. 330
Res dupliciter conſiderari poteſt. 234
Res à logico quomodo conſideretur. 210
Rem in ſe conſiderare quid ſignificet. 21
Res quid ſit. 169
Res ſumitur pro omni eo, quod eſt extra nihil. 169
Reſponſiones ad argumenta Balduini: à pagina trigeſimã, uſq; ad paginã quadrageſimamſeptimã. 30. 47
Riſibilitas, quæ eſt paſſio hominis, quæ de ipſo homine demonſtratur, demonſtratur etiam per ſe & non primo de Franciſco exiſtente ſub homine. 83
Riſibile collocatur à Scoto in genere qualitatis. 458
Riſibile dupliciter capitur. 446
Riſibile eſt proprium, quomodo ſumatur. 420

Scibi-

S

SCIBILE, quia habet rationẽ menſuræ,& ſcientia mẽ ſurati, hac de cauſa dicitᵣ eſſe perfectius ipſa. 20
Scibile, & ſcientia, ſunt relatiua ſecundum dici. 20
Scientia quid ſit. 5
Scientia,ſcire, ſi propriè ſumantur, quomodo differãt. 5
Scientiam propriè dictam habere quatuor conditionẽs affirmat Scotus, ſecus autem ſecundum Franciſcum de Mayronis,qui vult ipſam ſeptẽ habere cõditiones. 6
Scientia quomodo ſit effectus æquiuocus. 11
Scientia eſt habitus de prima ſpecie qualitatis. 13
Scientia ſimpliciter eſt habitus demõſtrationalis. 13
Scientia eſt ens reale. 18
Scientiarum realium triplex diuiſio. 29
Scientiæ ſecantur, ſicuti res. 49
Scientia communis an detur. 50
Scĩa metaphyſica, ſcĩaq; naturalis dñr particulares. 50
Scientia eſt eorum,quę non poſſunt aliter ſe habere. 72
Scientia habita de cauſa finali, eſt nobilior ſcientia de quacunque alia cauſa. 74
Scientia effectus eſt demonſtrationis. 82
Scientiam generare eſt quædam actio. 82
Scientia habet entitatem, & unitatem ab obiecto. 132
Scientia habet diſtinctionem ab obiecto. 132
Scientia duplex. realis, & intentionalis. 155
Scientia eſt notitia concluſionis demonſtratæ. 178
Scientia eſt habitus concluſionis demonſtratę. 475
Secundæ intentiones ſunt entia rationis. 18
Secunda intentio quid ſit. 68
Secunda, & prima ſubſtantia, ſunt entia realia, & non per operationem intellectus. 110
Secundæ ſubſtantiæ non ſunt ſubſtantiæ reales, ſed ſunt accidentia. 110
Secundæ intentiones nullam habent intelligibilitatem ſecũndum aliquos. 117
Secunda intentio intelligitur per aliud, in ratione principii quo, non autem quod. 118

Secunda intentio effectiuè, licet impropriè ſit ab intellectu, originaliter tamen, & materialiter eſt à re. 181
Secunda intentio in concreto poteſt definiri. 212
Secundus modus dicendi per ſe quis? & quomõ ſit. 179
Senectus quid ſit. 360
Senectutis fundamentum eſt longitudo. 360
Senectus eſt accidens oĩmodam identitatẽ deſtruens. 360
Senex differt à ſe ipſo puero, & quomodo. 363
Sicut affirmatio eſt cauſa affirmationis, ita negatio eſt cauſa negationis, quomodo intelligatur. 274
Si in ſyllogiſmis procederetur in infinitum, nunquam ſcientia eſſet terminata. 81
Similitudo penes duo attendi poteſt. 206
Similitudo id, cuius eſt ſimilitudo, ſemp rẽpſentat. 49
Socrates fuit primus Philoſophus, à quo omnes ſocratici dicti fuerunt. 360
Sol eſt prius natura ſuo ſplendore. 365
Species eſt tenuis ſimilitudo ſingularium, genus autẽ magis ſimilitudo. 112
Species habent rationem generis. 145
Species dicit totam eſſentiam indiuidui. 195
Species quare magis in quid, quã in quale p̃dicetur. 196
Species quare cum prædicatis non numeretur. 199
Species, ut ẽ in ĩdiuiduis, eſt p accidẽs corruptibilis. 277
Species differunt tantùm numero propter duo. 289
Species duobus modis accipi poteſt. 311. 318
Species quot modis accipiatur. 324
Species prædicatur de pluribus differentibus numero ſolùm, ſiue immediatè. 328
Species tripliciter conſiderari poteſt. 331
Speciei duæ ſunt definitiones. 332
Speciei prima definitio quæ ſit. 338
Species habet per ſe duo correlatiua. 334
Subiecti conditiones ſunt tres de mente Scoti. 69. 148
Subiecti ſecundarũ intentionũ ſunt tres opiniones. 159
Subiectum materiale quid ſit? & quid formale? 55
Subiectum, & ſcibile inter ſe differunt. 56
Subie-

Subiectũ cõtinere uirtualiter ſuas paſſiones quid ſit. 59
Subiectum in ſcientia habet rationem finis. 73
Subiectum eſt finis in tota ſcientia. 74
Subiectum non quæritur, ſed præſupponitur. 86
Subiectũ duplex, ſubſiſtẽs, & ꝓximũ ſiue ĩmediatũ. 130
Subiectum inhæſionis, & conſiderationis, duplex eſt. 159
Subiectum pro indiuiduo accipitur. 194
Subiectum qñ prædicatur de ſuo accidente, eſt prædicatio denominatiua. 440
Subiectũ eſt cauſa pullulatiua, ſuæ ꝓpriæ paſſionis. 449
Subiectum duplex eſt. 471. 472
Subſtantia præcedit omne accidẽns, & quomodo. 450
Superius prædicatur de inferiori, & quomodo. 247
Syllogiſmus de ſubiecto aliarum ſcientiarum per accidens prædicatur. 53
Syllogiſmus eſt demonſtratio ſubiecti attributionis. 55
Syllogiſmus dupliciter ſumi poteſt. 56
Syllogiſmum tàm in mente, quàm uoce, & in ſcripto Scotus priorem eſſe iudicat. 56
Syllogiſmus habet duplicem exiſtentiam. 72
Syllogiſmus an plures habeat paſſiones? 57
Syllogiſmus habet tres paſſiones. 9
Syllogiſmus dicitur primum, & proprium ſubiectum triplici primitate. 77
Syllogiſmus habet principia regulatiua, & formalia, partes ſubiectiuas, & paſſiones. 79
Syllogiſmus particularis, eſt notus quo ad duo. 82
Syllogiſmus particularis, eſt ignotus quoad unum. 83
Syllogiſmus quomodo poteſt eſſe ſubiectum in libro Priorum, & in tota logica. 84
Syllogiſmum cadere ſub ſenſu, ſtat dupliciter. 85

T

TABESCVNT omnia propter tempus. 360
Talpę, in quantũ animal, non repugnat uidere. 412
Tantum, quid importet. 185
Theologia, nõ eſt ſcĩa humanitus, ſed diuinitus ĩuẽta. 29
Terminare actum intellectus, competit unicuiq; obiecto

 mouere

mouere uerò non omnibus datum eſt. 103
Terminare actum intellectus non eſt effectiue cauſare actum intelligendi. 103
Termini ab intellectu apprę hēſi, in prima eius operatione indiuiſibiles dicuntur, & incomplexi. 63
Terminus cōis tripliciter conſiderari poteſt. 164. 171
Terminus uariatus non eſt unus, ſed duo. 219
Terminus formalis Paternitatis, quid ſit. 286
Terminus communis triplex eſt. 294
Titulus unde dicatur. 4
Totum quomodo intelligatur. 276
Tria uniuerſalia pertinent ad primum modum dicendi per ſe. 192

V

VBi eſt conſequentia neceſſaria, & formalis, conſequens prædicatur cum reduplicatione. 281
Vbicunque Scotus apponit has particulas denominatiuas (per ſe) (aut formaliter) ſemper latet anguis in herba. 286
Vbi eſt eſſentia, & differentia, ibi pōt eſſe definitio. 196
Veritas in tribus reperitur. 245
Veritas ꝓpoſitionis oritur à neceſſaria habitudine. 244
Veritas propoſitionis naſcitur ex uera inhærentia accidentis ad ſubiectum. 177
Veritas propoſitionis naſcitur à conuenientia extremorum. 171. 172
Verius non habet ueritatem à minus uero. 219
Vir logicę quis nam ſit? 2
Vnde ortum duxerit iſta quæſtio. Vtrum logica ſit ſcientia? 3
Vnicuique concreto ſuum correſpondet abſtractum. 94
Vnio triplex eſt de mente Auerrois. 168
Vniuerſale abſtrahit ab omni exiſtentia. 71
Vniuerſale eſt ens: eſt prædicatio alicuius communis de minus communi. 99
Vniuerſale eſt illud, quod eſt unum in multis, & dicitur de multis, quomodo intelligatur. 100
Vni-

Vniuerſale, quod prædicatur de multis, hoc non à ſe, ſed ab intellectu dicitur habere. 100
Vniuerſale diuiſibile, eſt diuiſibile in quinque uniuerſalia, ſiue prædicabilia. 102
Vniuerſale eſt ratio cognoſcendi. 104
Vniuerſale effectiue eſt ab ĩtellectu, licet impropriè 112
Vniuerſale eſt quoddam communius ad ſecundam ſubſtantiam. 110
Vniuerſale, originaliter, occaſionaliter, & materialiter, eſt à proprietate rei. 112
Vniuerſale an ſit per ſe intelligibile? 113
Vniuerſale ſumptum pro ſecunda intentione, utrum ſit per ſe (perſeitate ſecundi modi) intelligibile, ſic quod intelligibilitas conueniat uniuerſali tanquam ſubiecto in ſecundo modo dicendi per ſe. 114
Vniuerſale per ſe ſcibile dicitur. 115
Vniuerſale eſt per ſe ratio intelligendi. 115
Vniuerſale non eſt obiectum intellectus agentis, ſed poſſibilis, ut eſt in actu. 125
Vniuerſale reſpectu intellectus agentis quid ſit? 123
Vniuerſale, utrum habeat aliquas proprietates. 125
Vniuerſale quomodo habeat ſuas paſſiones. 127
Vniuerſale, & omnis ſecunda intentio, duobus modis intelligi poteſt, ut modus, & ut quid. 129
Vniuerſale tripliciter accipitur. 96
Vniuerſale ſumptum pro ſignificato formali, pro forma, pro reſpectu rationis, pro ſecunda intentione, pro ente cauſato à ratione, pro prima intentione, pro denominato, pro abſoluto, & ente reali. 96
Vniuerſale ſubſtratum quid ſit. 96
Vniuerſale acceptum pro prima intentione, non eſt de conſideratione logici, ſed Metaphyſici. 96
Vniuerſale, an ſit ſubiectum in libro Porphyrij. 148
Vniuerſale, an ſit uniuocũ ad quinq; uniuerſalia? 134
Vniuerſalia eſſentialiter ſunt diſtincta ab inuicem. 142
Vniuerſale tripliciter conſiderari põt, uide in marg. 143
Vniuerſale non habet eſſe extra animam. 149

Vniuerſale habet eſſe in intellectu obiectiue. 149
Vniuerſale in cõmuni à Porphyrio nõ fuit definitũ. 151
Vniuerſale, in quantum intentio, pertinet ad primum modum dicendi per ſe. 153
Vniuerſale duplex eſt. 155
Vniuerſale quomodo conſideretur. 156
Vniuerſale, ſi eſſet in re tanquam in ſubiecto, non poſſet eſſe niſi indiuiduum. 157
Vnius rei reſpectiuè poſſunt eſſe plures definitiones. 329
Vnius rei abſolute unica eſt definitio. 329
Vnius ſcientiæ, uniuocum eſt ſubiectum. 133
Vniuocatio habet quatuor gradus. 138
Vnum poteſt accipi dupliciter. 345
Vnum numero dupliciter ſumitur. 119
Vox æquiuoca, æqualiter importat omnia ſua ſignificata. 356
Vox æquiuoca non eſt definibilis. 356
Vtilitas operis quæ ſit. 2

FINIS.

INDEX
QVAESTIONVM IO. SCOTI, DOCTORIS SVBTILIS, ORDINIS MINORVM,
ſuper Vniuerſalia Porphyrij.

1 *Vtrum logica ſit ſcientia.* pag. 4
2 *Vtrum logica ſit ſcientia communis.* pag. 48
3 *Vtrum ſyllogiſmus ſit ſubiectum logicæ.* 54
4 *Vtrum vniuerſale ſit ens.* 91
5 *Vtrum ſit per ſe intelligibile.* 112
6 *Vtrum vniuerſale habeat aliquas proprietates.* 125
7 *Vtrum vniuerſale ſit ſubiectum in libro Porphyrij.* 131
8 *Vtrum vniuerſale ſit vniuocum ad quinq; vniuerſalia.* 134
9 *Vtrũ vniuerſale, cũ ſit accidẽs, ſit ĩ re, uel in intellectu.* 156
10 *Vtrum hæc propoſitio ſit vera, homo eſt uniuerſale.* 168
11 *Vtrum hæc propoſitio ſit per ſe, homo eſt vniuerſale, & aliæ conſimiles.* 176
12 *Vtrum ſint tantùm quinque vniuerſalia.* 184
13 *Vtrum locus ſit generationis principium, quemadmodum & pater.* 204
14 *Vtrum in diffinitione generis, quæ dicit, genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, diffiniatur intentio, an res.* 208
15 *Vtrum diffinitio generis ſit conuenienter data.* 221
16 *Vtrum illa propoſitio, in qua genus prædicatur de ſpecie, ſiue animal de homine, ſit uera.* 240
17 *Vtrum ſecunda particula poſita in diffinitione generis, ſcilicet differentibus ſpecie, conuenienter ponatur.* 277
18 *Vtrum genus neceſſariò requirat multas ſpecies.* 293
19 *Vtrum particula diffinitionis generis, ſcilicet in quid, conuenienter ponatur.* 32
20 *Vtrum genus ſit principium ſpeciei.* 315
21 *Vtrum definitio ſpeciei ſit bene data.* 323
22 *Vtrum iſta ſit uera, plures homines ſunt vnus homo.* 340
23 *Vtrum prima diuiſio differentiæ ſit conueniens.* 353

24 *Vtrum*

24 *Vtrum hæc ſit vera, ſortes ſenex differt à ſe ipſo puero.* 359
25 *Vtrum prima diffinitio differentiæ ſit conuenienter data, ſcilicet differentia eſt, qua ſpecies abundat à genere.* 371
26 *Vtrum differentia poſſit definiri.* 377
27 *Vtrum hæc definitio ſit conueniens, ſcilicet differentia eſt quæ prædicatur de pluribus differẽtibus ſpecie in eo quod quale.* pag. 381
28 *Vtrum differentia prædicetur in quale.* 396
29 *Vtrum mortale ſit differentia animalis rationalis diuiſiuas & hominis conſtitutiua.* 403
30 *Vtrum proprium ſit uniuerſale.* 416
31 *Vtrum definitio proprij, quarto modo dicti, ſit conuenienter data.* 422
32 *Vtrum proprium ſit diſtinctum vniuerſale ab accidente.* pag. 430
33 *Vtrum proprium neceſſario ſemper inſit.* 445
34 *Vtrum accidens ſit de numero vniuerſalium.* 453
35 *Vtrum definitio accidentis ſit conueniens, ſcilicet accidens eſt, quod adeſt &c.* 459
36 *Vtrum proprium & accidens poſſint dici de aliquo eodem.* pag. 468

FINIS.

EXPOSITIO
Super Vniuerſalibus
IOANNIS DVNS SCOTI,
Fr. Conſtantij Conuentualis Franciſcani à Sarnano.

PROOEMIVM.

COMMENTATOR Auer. in procœmio primi libri Phyſ. Ea quę ab expoſitoribus in librorum initiis ſunt amplectenda, octo eſſe omnino aſſeruit. Hæc ſunt quæ à Græcis τὰ πϱολεγόμενα uocantur, & à Latinis Prælectiones. Ea autem in hunc ſe habent modum. Intentio, Vtilitas, Ordo, Diuiſio, Proportio, Via doctrinæ, Nomen libri, Nomen Authoris: Tamen ſecundum Græcos duo tantum (ſcilicet) Intentionem, & vtilitatem, aliis omnibus omiſſis declarabo, q̃ inter illa utiliora exiſtunt. Auer. in proœ. primi libri phyſic.

Propria uerò intentio huius operis eſt, mouere dubia circa dicta Porphyrii. Quæ intentio.

Cauſa uerò finalis eſt, ueritatem in ipſis latentem manifeſtare. Cauſa finalis.

Vtilitas quæ ex his quæſtionibus percipitur, maxima eſt: ſpectat enim ad uniueiſum opus lo- Quæ utilitas.

 gicum,

gicum, acuit ingenium, promptioreſque tum ad arguendum, tum reſpondendum reddit: & ad uniuerſam ſiue quamcunque ſcientiam ſpeculatiuam conſequendam habiles facit huiuſmodi ſpeculatio.

Scotus ſplendor religionis Franciſcanæ.

Quærit itaque primo Doctor noſter Religionis ſplendor æternus antequã deſcendat ad Porphyrianam prouinciam illuſtrandam, & declarandam, & quæſtiones quę in ea admodum ſunt difficiles mouendas, prius quæſtiones tres de logica in cõi mouet, & tangit. Quarum prima eſt.

Tres quæſtiones in principio mouet ſubtilis Doctor.

An Logica ſit ſcientia.

Secunda quæ ſecundam dubitationis ſedem occupat. Vtrum logica ſit cõmunis, uel propria. Non enim poteſt quiſpiam ſcire logicam eſſe communem, uel propriam, niſi prius ſciuerit illam eſſe ſciẽtiam. Nam commune addit ad ſcientiam.

Quis vir logicæ.

Tertio loco quærit de ſubiecto logices, An ſit ſyllogiſmus. Debet namque logicæ tamquam uxori iam maturæ, ne ſit adultera, aſſignari uir. Et ita debemus in hac perſcrutatione aſſignare ſponſum, & ſubditum. Quod autem ſit illud diſputabimus.

Primo phyſ. cõ tex. 4.

Ratio autem totius ordinis eſt à Peripateticis tradita. 1. Phyſ. Vbi philoſophus iubet ab uniuerſalibus ad particularia procedendum eſſe. Hunc ordinem in hoc libro & Scotus adamuſſim eſt inſequutus cum dicit.

Quem ordinem ſequutus fuit Scotus.

Circa logicalia diligenter intendens, ut ueritates, ideſt propoſitiones quæ in eis ſunt (ſcilicet) dubiæ clarius eluceſcant, mouendo dubia, primò ſuper librum Porphyrii. Deinde conſequenter in libro prædicamentorum. Et circa hunc librum ita ſe habet.

Vt primò moueat quæſtiones communes totius

tius logices. Et ſecundò moueat quæſtiones particulares,& proprias. Materias in dictis Porphyrii declaratas.

Prima igit̃ quæſtio mota ab ipſo Sco. hæc eſt.

VTRVM Logica ſit ſcientia.

Prima quæſtio mota à Scoto.

PRO intelligẽtia ipſius quæſtionis eſt aduertendum. Quod iſta quæſtio ortum duxit ex dictis philoſophi,& Commen. 2. Metha. ubi habet. Quod abſurdum,& ſuperuacaneum eſt,& inutile ſimul quærere ſcientiam, & modum ſciendi. Vbi exponens philoſophum Auer. dicit. Quod per modum ſciendi intelligit logicam non eſſe ſcientiam. Hanc partẽ ſequutus eſt Aegidius, ſicut apparet 1. Poſt.& Alexander Alexandrinus. & quamplures alii. Scotus autem ipſius rei ueritate cognita,contra hos arma ſumens:& aperto Marte præliatur, probans logicam ipſam eſſe ſciẽtiam. Vt igitur ueritas tanti quæſiti pateat: quæſtionem mouet ſub hac dubitandi forma.

Vnde ortũ duxerit iſta quæſtio.

2. Meth. cõtex. 15.

Opinio Aegidii & Alexãdri de Alexandria. Inter iuniores Aegidius Romanus quæſtione prima ſuper librum poſt. negat logicam eſſe ſcientiam.

VTRVM Logica ſit ſcientia?

Vbi eſt aduertendum. Quod quælibet quæſtio in tria diuiditur, præter titulum.

Quæſtio in tria diuiditur.

Primo in partem argumentatiuam. Et hic eſt aduertendum,quod nunquam in parte argumẽtatiua eſt ſumenda determinatio Doctoris. Secunda pars eſt ſolutiua,& determinatiua Et hęc pars labitur per totum corpus quæſtionis. Corpus autem quæſtionis eſt poſt finem partis argumentatiuæ:& ante initium partis reſponſiuæ. Eſt tamen in parte determinatiua aduertendũ,quod mos iſtius Doctoris eſt, uti iſtis nominibus, & uerbis(dicitur)Et cum hoc uerbo utitur,tunc intelligas Doctorem referre alienam opinionem, & ſententiam. Quando autem utitur hoc uerbo (dico)uel(dicendum)uel(poteſt dici.)Tunc inducit opinionem propriam. Vnde ſi quando iſte

Nunquam in parte argumentatiua eſt ſumenda ratio doctoris.

Mos Doctoris ſubtilis.

Opinio propria Scoti.

Doctor in medium profert ſententiam ſuam dictis Peripateticorum conformem, tunc audacter profert dico. At ſi quando inuentor eſt alienæ opinionis, ne uideatur audax, honeſtate uerborũ & modeſtia uſus, utitur hoc uerbo (põt dici.)

Tertia pars eſt argumentorum reſponſiua, in qua hoſtiles rationes ſoluuntur. In parte igitur determinatiua quęſtionis & in parte ſolutiua rationum poteſt recte intelligi mens Doctoris.

QVAESTIO PRIMA VNIVERSALIVM.

Titulus quæſtionis eſt iſte.

Vtrum Logica ſit ſcientia.

Titulus quæſtionis, & unde dicatur.

VNDE titulus à titan græcè dicitur: titan autem Phœbus eſt & Sol: Nam quemadmodum ſol ſua luce hemispherium ſublunare illuminat: ita & titulus terminorum declaratione, & luce, totum quæſtionis corpus illuſtrat.

In titulo quæſtionis ponunt̃ logica, & ſcĩa.

Logica duplex

Logica duplex quædam naturalis, quædam artificialis.

Logica naturalis quid.

Logica naturalis eſt poteſtas, habilitas, promptitudo, & diſpoſitio quædam intellectus, qua ipſe intellectus magis uero, quàm falſo aſſentit.

Sed utrum iſta Logica ſit ſcientia? dico quod non, quod probo ſic.

Logica naturalis nõ eſt ſcientia.

Nulla diſpoſitio naturalis eſt ſcientia, logica hoc modo ſumpta eſt huiuſmodi, ergo non eſt ſcientia.

Argu-

Argumentum eſt,in quarto modo, primæ figuræ in ferio.

Maior philoſophi patet. Nullum enim naturale eſt artificiale. Sed logica primo modo dicta eſt ens naturale, ſiue conſequens naturale, ergo non eſt ſcientia.

Maior proſyllogiſmi patet,per ea quæ habet philoſophus.2.Phyſi. Vbi naturalia ab artificialibus ſecernuntur,atque diuiduntur. Minor proſyllogiſmi patet,quia logicaprimo modo dicta, eſt.quædam diſpoſitio intellectus, habilitas, & poteſtas, & inclinatio, quæ eſt paſſio ipſius naturæ,& ita identificata realiter. Minor ſyllogiſmi eſt nota, ita ſupple qđ logica prim omõ ſumpta eſt diſpoſitio naturalis,& ita nõ eſt ſcientia.

2.Phyſ. cõtex. 1.

Vide pro hoc doctiſſimum Mauritiũ quæſtione prima uniuerſalium.

Logica artificialis eſt quidam habitus intellectualis docens modum diffiniendi, diuidendi, & arguendi. Sed quæ fuit prior? uel naturalis, uel artificialis? Dicas quod naturalis. Naturale enim præſupponitur artificiali,iuxta illud 2. Phyſ. Ars imitatur naturam.

Logica artificialis quid.

2.Phyſi. cõtex. 79.

Quid ſit ſcientia,puto Vos ſcire ex his quæ dicuntur à philoſopho.1.Poſt.ſcire eſt rẽ per cauſam cognoſcere,& quoniam illius eſt cauſa &c. Et ex his quæ habet Linconienſis in eodem loco.

Primo poſte. contex.5.

Scientia, & ſcire ſi propriè ſumantur, differunt. Scientia enim eſt quidam habitus, ſcire uerò eſt actus:confunduntur,tamen ſæpe ſæpius.

Scientia & ſcire differunt.

Scientia eſt notitia intellectualis certa, & euidens alicuius ueri,neceſſarii,complexi,euidenter deducti ex aliquibus neceſſariis,prius notis, euidenter,mediatè,uel immediatè.

Doctor noſter uult quod habeat quatuor conditiones ipſa ſcientia:1.quod ſit notitia certa:2. quod ſit de obiecto neceſſario:3.quod ſit cauſa-

Diffinitio ſcientiæ propter qđ & propriè dictæ cum declaratione eius. ꝓ hoc uide Ioannem de Baſſolis. 5. quæſtione prologi.

Secundi Articuli.

ta à cauſa euidenti, intellectui:4.quod ſit applicata ad cognitum per diſcurſum ſyllogiſticū: & iſtæ quatuor particulæ habentur in diffinitione ſcire. Habita ab Ariſt.1.Poſt Vbi ſic dicitur. Scire autem arbitramur: unumquodque ſimpliciter, & non ſophiſtico modo quod eſt ſecundum accidens: cum cauſam arbitramur cognoſcere, quoniam illius eſt cauſa,& non contingit aliter ſe habere.

1.poſt.cōtex.5.

Conditiones ſcientiæ ſunt quátuor ſecundum Scotum in 4.quæſtione prologi. Secūdum Franciſcū de Mayronis ſunt ſeptem.ui de in prologo quæſtione 14. quas omitto gratia breuitatis.

Prima particula Doctoris.ſ. quod ſit certa, habetur ex illa particula(& non ſophiſtico modo) in qua excluditur omnis incertitudo, & cognitio apparens,& ſecūdum quid.2. particula quod ſit de obiecto neceſſario, habetur ex ultima particula.ſ.& non contingit aliter ſe habere Notatur ibi neceſſitas concluſionis, ubi neceſſaria eſt connexio prædicati ad ſubiectum 3 conditio habetur ex illa particula (cum cauſam arbitramur cognoſcere)deſignatur eius notitia principiorum.4.cōditio habetur ex iſta particula(quoniam illius eſt cauſa)denotatur applicatio principiorum ad concluſiones per diſcurſum ſyllogiſticum. Iſtas quatuor conditiones, & quomodo ſumantur ab Ariſt. clarius quàm hic docet Scotus in 3. reſpondendo ad quæſtionem: Videtur quòd non.

Scotus in 3.diſtin.24.

Arguit Scotus ad partes.

Hic Scotus arguit ad partes. Nullus modus ſciendi eſt ſcientia,ſed logica eſt huiuſmodi ergo logica non eſt ſcientia.Argumentum eſt in 4. modo primæ figuræ in ferio. Maior probatur à ſimili,quia quemadmodum modus uidendi nō eſt uiſus, ita & modus ſciendi non eſt ſcientia: quod autem modus uidendi non ſit uiſus,patet, quia modus uidendi eſt actus ſecundus, & uiſus eſt actus primus. Modo actus ſecundus non eſt primus.Præterea modus uidendi eſt multiplex.

Actus ſecūdus non eſt actus primus.

Quomodo modus uidendi ſit multiplex.

Nam

Nam quædam animalia clarè uident,ſicut Aquila reſpectu ſolis. Quædam imperfectè ſicut Noctua reſpectu ſolis, cuius meminit Ariſt. 2. Metha. Sicut ſe habet oculus Noctuæ &c. Quædam animalia uidēt pudicè,ſicut boni Religioſi,qui in eccleſiis mulieres uidere formidant. Quædā impudicè, ut mundani uiri. Modo certum eſt, quod uidere debiliter in Noctua non eſt eius oculus. Nec etiam uidere clarè in Aquila eſt eius oculus Quia uidere ſic,& ſic, eſt accidēs in oculo,oculus autem eſt ſubſtantia. Modò nullum accidens eſt ſubſtantia,ſicut patet per Commen. 7. Methaph. Quidditates accidentium poſteriorantur quidditatibus ſubſtantiarum. Quemadmodum,& philoſophus ſtatuit in ſerie prædicamentorum. Vbi nouem prædicamenta accidentium locauit poſt prædicamentum ſubſtantiæ. Et ita patet probatio iſtius maioris à ſimili. Quod ſicut modus uidendi non eſt uiſus,ita modus ſciendi non eſt ſcientia.

2. Meth. cōtex. 1.

Non eſt ex parte ſolis impoſſibilitas uidendi uel uiſionis in noctua, ſed ex parte oculi, uide Scotum in 2. diſt. 3. q. 6.

7. Meth. contex. 4.

Minor uerò probatur per gloſam Commen. ubi ſupra. Nam omnes communiter expoſitores illum locum, per modum ſciendi, intelligunt logicam.

Auer. 2. Meth. ubi ſupra.

In oppositvm autem in hac parte Scotus arguit ad partem oppoſitam, ubi vult probare logicam eſſe ſcientiam: arguit autem ſic.

In oppoſitum.

Omnis ſcientia eſt effectus, ſiue habitus concluſionis demonſtratæ,logica eſt huiuſmodi,ergo logica eſt ſcientia. Maior propoſitio eſt philoſophi 1. Poſter. expreſsè. Minor patet, Nam ut dicemus: In logica multa demonſtrationis fauore concluduntur.

Primo arguit, ad partem oppoſitam.

Primo poſt. cō tex. 5.

Secundò arguitur ſic. Logicus eſt ſciens,ergo logica eſt ſcientia. Probatur antecedens. Quicunque demonſtratiuè, eſt cognoſcens, ipſe eſt

Secūdo arguit.

Probatio antecedentis eſt ipſius Mauritij.

ſciens:ſed logicus eſt demonſtratiuè cognoſcẽs, ergo logicus eſt ſciens. Maior probatur in corpore quæſtionis, Conſequentia tenet per regulam illam famoſam Scoti, quæ eſt. Quod arguere à concretis ad abſtracta, ubi eſt prædicatio per ſe, eſt bona conſequentia. Quomodo autem iſta regula Scoti habeat locum ueritatis declaratur in capite de genere. q. 3. Tamen pro nunc dicendum eſt ad uberiorem doctrinam: quod iſta regula tripliciter limitatur.

à Concretis ad abſtracta ualet conſequentia ubi eſt prædicatio per ſe, quæ eſt famoſa apud Scotum in 13. q. quolib. & Mauritium in cap. de genere. q. 3.

Primò, quod in concretis ſit prædicatio per ſe. Non enim ualet, album eſt dulce, ergo album dulce. Quia non eſt in primo modo dicendi per ſe. Accidit enim albo, quod ſit dulce. Secundo, quod ſit uera in accidentalibus concretis, & abſtractis. Et non ualet homo eſt animal, ergo humanitas eſt animalitas. Quia licet ſit prædicatio per ſe, eſt tamen ſubſtantialis: ideo non ualet. Tertio, quòd ſit uera, quando abſtracta non ſint ultima abſtracta. Ex formalitatibus patet, quid ſit ultimum abſtractum. Aliud eſt abſtractum à ſuppoſito, ideſt ab inferiori. Aliud à ſubiecto: & poſſet addi tertium, uidelicet, à fundamento. Vt habet Scotus in 1. Exemplum primi. Humanitas. Exemplum ſecundi, ut albedo. Vbi tamen eſt aduertendum, quod ubicunque reperitur abſtractio à ſubiecto in terminis communibus reperitur abſtractio à ſuppoſito: licet non econtra. Nam ſicut humanitas abſtrahitur à Sorte, ita albedo ab hoc albo. Quamuis remaneat concretio alterius denominationis. In antecedẽte eſt prædicatio per ſe, logicus cum demonſtret neceſſario eſt ſciens, & procedit in accidentalibus abſtractis nõ ultima abſtractione abſtractis: ſed media abſtractione. Quia logica poteſt adhuc abſtrahi. Exemplum, ut logica, & ratio logices,

à Concretis ad abſtracta ualet in accidentalibus ut album eſt coloratum, ergo albedo eſt color, uide Scotum in 13. q. quolib.

Multiplex abſtractum.

Scotus in 5. diſtin. primi. q. 1.

Vide Mauritiũ q. 13. uniuerſalium.

Logica poteſt ad huc abſtrahi, ut logica & ratio logices.

ces,ſcientia,& ratio ſcientiæ: uel logicalitas,& ſcientialitas, quod falſum non eſt. Igitur non ualet logicus eſt opinans, ergo logica eſt opinio. Quia in antecedente nō eſt prædicatio per ſe:vel dicamus, quod logica utens eſt opinio, non ſcientia:ſed inſtrumentum ſciendi,ſicut declarat Auer. 1. Phyſ. Et 7. Metha. Vtimur enim logica bifariam,uel pro quanto utimur arte logica, arguendo, & ſyllogizando ſyllogiſticè, enthimematicè, inductiuè, & exemplariter. Aut pro quanto accipimus aliquam propoſitionem declaratam in logica ad probandam aliquam ueritatem in aliqua ſcientia. Et utroque modo logica eſt utens, ſeu uſualis,non ſcientia,ſed modus ſciendi, Auer. teſte. Ipſis igitur rationibus ad inuicem ſic prælantibus remanet quæſtio pro utraque parte dubia.

An logica ſit opinio uel ſcientia uide Paduanum Barolitā in ſuis contradictionibus pagin. 78.

Primo phyſic. contex. 35. & 7. Meth. cōtex. 2.

Auer. ubi ſupra.

DICENDVM quod logica eſt ſcientia.

IN hac parte Doctor ſuam ponit concluſionem propriam opinionem explicans; dicens. quod logica eſt ſciētia. Ratio ad hoc eſt duplex, Prima formaẽ ſic, logica demonſtratiuè tradiẽ, ergo eſt ſcientia. Cōſequentia eſt philoſophi. 1. Poſt. In diffinitione demonſtrationis,ubi habet. Quòd demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire Tunc ſic. Vbi demonſtratio,ibi ſcientia: ſed in logica eſt demonſtratio,ergo ſcientia. Quòd in logica ſit demonſtratio patet. Nam ſicuti in aliis ſcientiis, veluti dicit Scotus in textu,probantur proprietates, & paſſiones de ſuis ſubiectis:ita etiam & in logica. Nam de ente probantur proprietates,& paſſiones. In Mathe. In philoſophia naturali de corpore mobili oſtenditur mobilitas. In Metha. uerò de triangulo demonſtratur habere tres. Sic & in logica de ſyllogiſmo demonſtratur habere tres,uel conſtare ex tribus

Ratio duplex probans logicam eſſe ſcientiam.

Primo poſt. cō tex. 5.

Diffinitio formalis ipſius demōſtrationis.

Demonſtratio in logica pro hoc uide Antoniū de Fantis in primo articulo.

Tres ſunt paſſiones ſyllogiſmi,uide Scotū in 3. q. uniuerſalium.

bus terminis, uel eſſe in modo, & in figura. Et ita ſicut in ſcientiis realibus multa demonſtrantur, & per demonſtrationem concluduntur, quādo paſſiones demonſtrantur de ſubiectis: ita & in ſcientia rationali multa demonſtratiuè concluduntur: quando paſſio de ſuo ſubiecto oſtenditur. Ex his igitur ſequitur logicam eſſe ſcientiam.

Tertio arguitur.

Tertiò arguitur ſic. In logica eſt ſubiectū paſſio demonſtrabilis de ſubiecto, & diffinitio, quæ eſt medium, per quod demonſtratur paſſio de ſubiecto, ergo logica eſt ſcientia.

Primo priorū cap. 1.

Quæ nam ſit paſſio ſyllogiſmi, pro hoc ui de Scotum in 3. q. uniuerſalium.

Antecedens patet 1. Priorum Nam ibi ponitur diffinitio ſyllogiſmi, quæ eſt, quod ſyllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdam poſitis, &c. Ponitur etiam ſyllogiſmus, qui eſt ab eo diffinitus: ponitur etiam ibi paſſio demonſtrabilis de ſyllogiſmo. ſ. conſtare ex tribus terminis, & ordinari in modo, & in figura ſunt proprietates ipſius ſyllogiſmi. Et ita ſunt omnia requiſita ad demonſtrationem. Conſequentia eſt manifeſta ex philoſopho, & Comm. Vbi vult, quod omnis demōſtratiua ſcientia cōſurgit ex tribus, ex ſubiecto, medio, & paſſione. Quare patet his rationibus logicam eſſe ſciētiam. Dictum enim fuit in parte ad oppoſitum, quod ſcientia eſt effectus demōſtrationis: effectus autem (ut ſcitis) ordinem habet ad cauſam, à qua producitur. Cauſa autem huius effectus non eſt niſi demonſtratio ipſa: ideo duo declarabimus circa iſtam ꝓpoſitionē.

Primo poſt. cō tex. 25.

Primò quomodo ſcientia ſit effectus.

Secundò quomodo demonſtratio, uel demonſtrationis præmiſſæ ſint cauſæ eius.

Duplex effectus.

Effectus uniuocus quid.

De primo eſt notandum, quòd duplex eſt effectus. Quidam eſt uniuocus, & eſt ille qui ſimilis eſt producenti in natura, ſiue in gradibus eſſentialibus.

tialibus. Non tamen accidẽtalibus. Exemplum. Sortes pater, Plato filius ſunt eiuſdem ſpeciei, & conueniunt in gradibus eſſentialibus, & prædicatis. Nam uterque eorum eſt animal rationale: differunt tamen in gradibus ſuppoſitalibus. Nã Sortes Sorteitate eſt Sortes, & Plato Platoneitate eſt Plato. Hoc modo loquendo, non poſſumus dicere, quod ſcientia ſit effectus uniuocus demõſtrationis, & præmiſſarum, quia non ſunt eiuſdem ſpeciei ut dicemus, ſiue rationis.

Exemplum.

Pro hoc uide Scotum in 2. diſt. 3. q. 6.

Alius eſt effectus æquiuocus, & eſt ille, qui eſt diſſimilis in natura producenti. Exemplum. Vermiculus, qui ex putredine, & ſolis beneficio naſcitur, eſt effectus æquiuocus reſpectu ſolis: quia ſol eſt diſſimilis in natura. Nam ſol incorruptibilis eſt naturæ, uermiculus uerò corruptibilis: corruptibile autem, & incorruptibile differunt pluſquàm genere ſecundum Ariſt. & Commen. Vbi eſt aduertendum, quòd duplex eſt genus. Quoddam logicum, & quoddam Phyſicum: logicum eſt, cuius commeminit Porphyrius. Phyſicum genus eſt materia prima, ad quam ſtat ultima reſolutio in naturalibus, cuius meminit philoſophus. 1. Phyſi. Et de hoc genere intelligitur illud, quod dicit Auer. Quod corruptibile & incorruptibile differunt pluſquam genere, non logico, ſed Phyſico. Vnde quæcunque conueniunt in materia ſunt de eodem genere Phyſico. i omnia quæ ſunt materialia: & ſic ignis, & terra, homo & omnia alia ſunt eiuſdem generis. Et ſic dicitur quod corruptibile, & incorruptibile non ſunt de eodem genere Phyſico: quia non conueniunt in materia. Cum incorruptibile non habeat materiam: tamen ſunt de eodem genere logico. Quia homo, & Angelus ſunt in eodem prędicamento. ſ. ſubſtantiæ. Exemplum. Nam uermicu-

Effectus æquiuocus quid. Exemplum.

Auer. comm. ultima 10. libri Meth.

Duplex genus uide Antoniũ Andream in q. ultima 10. libri Meth.

Primo phyſ. cõ tex. 1.

Auer. ubi ſupra.

Commentator in 2 cœli ĩ Cõmen. 49. cõtra Auicennam infert quòd ſi corpora celeſtia eſſent eadem in genere, & diuerſa in ſpecie eſſent compoſita, ex materia, & forma, & eſſent generabilia & corrupibilia ſcotizat

micu-

Homo & Angelus ſunt ī eodem prædicamento.
Auer. in libro de Subſtantia orbis.c. 2.
Scotus in 2. diſtin.14.q.1.
Materia cœli uocatur ſubiectum aut materia ad ubi uiderem.
Aueroe in libro de ſubſtantia orbis. c. 2.
Ca.6.& 2.poſt. ultimo.

miculus materiam primam includit, quæ in eo corruptionem parit, à qua materia ſol abſoluitur. Cum omnis materia ex ſententia Ariſt. & Auer. à corporibus cęleſtibus penitus ſit relegata. Et in hoc Scotus plurimū commendat Auer. 2. ſenten Qui ſequutus Ariſt. præcepta, materiā à cœlo ammouit, quæ potius uocatur ſubiectū.

Scientia ergo dicitur effectus æquiuocus reſpectu demonſtrationis, ſiue præmiſſarum, probatur, ille effectus eſt æquiuocus, qui eſt diſſimilis producenti: ſed ſcientia eſt diſſimilis notitiæ præmiſſarum, ergo eſt æquiuocus. Maior eſt omnium Peripateticorum. Minor probatur per Ariſt & Auer. 6. Ethi. Vbi habet quod notitia præmiſſarum dicitur intellectus: notitia uerò concluſionis demonſtratæ dicitur ſcientia. Ibi enim philoſophus diſtinguit habitus intellectuales ad inuicem. Tunc arguo ſic. Intellectus, & ſcientia, ſunt habitus diſtincti, & realiter diuiſi, ergo diſſimiles in natura, & eſſentia, ergo alterius rationis, ergo ęquiuoci. Omnes iſtæ conſequentiæ patent ex dictis. Patet ergo quomodo ſcientia eſt effectus æquiuocus reſpectu præmiſſarū.

6. Ethi. cap. 3.
Primo poſt. cō tex. 1.
Scotus Ariſt. & Auer. diſcrepāt in nominibus conueniunt in ſignificato, & in re.

Pro quo ulterius eſt notandum, quòd Scotus ſcientiam appellat effectum. Auer. autem. 6. Ethi. dicit, quod ſcientia ſimpliciter eſt habitus demonſtrationis, & eſt forma concollecta. 1. Poſte. Quod doctrina, & diſciplina eſt quoddā productum in ſciente, & diſciplinato. Ariſt. autem appellat doctrinam, & diſciplinam. Omnes enim conueniunt in ſignificato, & in re: differunt autem in nominibus. Hoc autem fuit: Quia conſiderauerunt ſcientiam ſub diuerſis rationibus. Scotus enim conſiderauit ſcientiam ut emanantem & effluentem à præmiſſis, & ut ortam, & genitam ab illis. Et ideo ſcientiæ attribuit rationem

nem effectus præmiſſis uerò rationem cauſæ.

Sic etiam conſiderauit Auer. 1. Poſt. ſub ratione producti. 6. Ethic. Vidit Auer. Quod ſcientia eſt hábitus de prima ſpecie qualitatis: & quia eſt de difficili mobilis à ſubiecto: iō appellauit illam habitum ſimpliciter demonſtrabilem: dixit habitum ſimpliciter, pro quāto cum difficultate eſt mobilis: dixit demonſtrabilem, pro quāto beneficio demonſtrationis acquiritur. Vbi etiam Auer. aſſerit, quòd ſcientia perficit intellectum, quemadmodum declarat in procœmio 1. Phyſ. Vbi vult, quod ſcientia ſpeculatiua eſt ultima fœlicitas, & ſempiterna uita. Perfectio uerò formæ eſt tributa iuxta illud 2. de anima. Anima eſt actus corporis. i. perfectio corporis: & quia uidit hanc proprietatem in ſcientia, appellauit eam formam. Et quia iſta forma ex omnibus diſſeminatis, in demonſtratione colligitur: ideò uocauit formam concollectam, quaſi ſimul lectam, & ſumptam quæ exponitur in demonſtratione. Philoſophus uerò conſiderauit ſcientiam demonſtratiuè egredientem à doctore: ideo appellauit eam doctrinam. Et quia demonſtratiuè recipitur in diſcipulo: ideo appellauit eam diſciplinam. Ecce ergo, quod ea quæ dicit Scotus: non ſunt à Peripateticis inſtitutis aliena.

6. Ethi. cap. 3.

Scientia ſimpliciter eſt habitus demonſtrationalis.

In procœmio primi libri phyſic.

2. De anima cō tex. 5.

Omnia quæ dicit Scotus non ſunt à peripateticis inſtitutis aliena ſi bene conſideres.

De 2. quomodo præmiſſæ ſunt cauſæ effectiuę reſpectu ſcientiæ cōcluſionis. Circa hoc eſt pulcherrima difficultas, & maximè in ſecundis intentionibus. Nam duplex eſt demonſtratio. Alia realis, & alia intentionalis. Realis dicitur illa, quæ conflata conſurgit ex terminis realibus, & ſunt illæ demoſtrationes, quæ fiunt in Philoſophia naturali, in Mathematica, & in Methaphyſica. Vt hæc: omne unum eſt uerum omne ens eſt unum, ergo omne ens eſt uerum.

Quomodo prę miſſę ſunt cauſæ concluſionis uide etiam Antonium de fantis articulo primo de demonſtratione.

Demonſtrationes reales.

Omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis: yſocheles eſt huiuſmodi: ergo &c.

Omne corpus eſt mobile, forma eſt corpus, ergo &c. Iſtæ dicuntur demonſtrationes reales: quia ſunt compoſitæ ex terminis realibus. Sumit enim compoſitum denominationem à partibus componentibus.

Quare dicãtur demonſtrationes reales.

Alia eſt demonſtratio intentionalis, quæ componitur ex terminis ſecundarum intentionum, ut hæc.

Quid ſit demõſtratio intentionalis.

Omnis oratio in qua quibuſdam poſitis, & conceſſis, &c. ſed ſyllogiſmus eſt huiuſmodi, ergo.

Iſta eſt una demonſtratio intentionalis quæ compoſita eſt ex terminis ſecundarum intentionum. Sed quomodo ego ſcio, quod iſta ſit demõſtratio, & intentionalis? Dico quod ego ſcio me benè demonſtraſſe: quia ſcio ea, quæ oportet meſcire, ad demonſtrationem componendam: oportet autem me ſcire quid ſit medium, quid diffinitio, quid ſubiectum, quid paſſio: quid ſit procedere ex præmiſſis ueris, &c. quid propoſitiones per ſe, quid de omni. Iſta enim ſunt quæ reddũt mihi integerrimam demonſtrationem. Et ideo ſcio me benè demonſtraſſe, reflectendo actum intellectus mei ſupra ipſam demonſtrationem, & recurro celeri pede ad librum Poſt. & inuenio me obſeruaſſe ea omnia in demonſtrando, quæ in demonſtratione obſeruare iuſſit Ariſt.

Nota bene.

Quæ nam ſint illa quæ faciũt ad demonſtrationem.

Ex quo infero mirabile correlarium, quòd nemo ex ordine addiſcendi librum Porphyrii, librum prædicamentorum, librum de interpretatione, librum Topicorũ, & Elenchorũ eſt ſciẽs: Niſi habeat librum Poſt. Et ideo addiſcens omnes iſtos libros priuſquam habeat librum Poſt.

Mirabile correlarium.

Quilibet logicus ordine do

Non

Non habet ſcientiam: ſed opinionem,& probabilitatem,Scientia ergo acquiritur per organũ demonſtrationis in libro Poſt. confabricatum, Eſt igitur demonſtratio duplex realis, & intentionalis.

Nunc uerò clara eſt uobis difficultas.Nam demonſtratio intentionalis eſt ſecunda intentio .ſ.relatio rationis: reſpectus autem non ſunt de genere actiuorum,ergo non poſſunt habere rationem cauſæ.

Vt arguatur ſic. Nullus reſpectus eſt cauſa ſed demonſtratio intentionalis eſt reſpectus,ergo non eſt cauſa,ſi non eſt cauſa,ergo non eſt effectus, ergo dempto priori ruit omne poſterius. Quomodo ergo dictum eſt,quod ſcientia eſt effectus demonſtrationis? quomodo ergo præmiſſæ ſunt cauſæ efficientes? Illud autem quod auget difficultatem eſt hoc, quia nullum nobilius cauſatur ab ignobiliori, ſcientia uerò eſt nobilior præmiſſis ſecundarum intentionum. Probo quia ſcientia eſt qualitas,& ens abſolutum,præmiſſæ demonſtrationis intentionalis, ſunt reſpectus,& entia rationis,ergo ſequitur,quod ſcientia eſt nobilior præmiſſis. Et tunc ſequitur alterum inconueniens:quod effectus æquiuocus eſt nobilior ſua cauſa,quod à nullo cõceditur Præterea illud quod auget etiam dubitationem in hoc eſt illud, quod vult Scotus in ſua doctrina. Quod inter medium, demonſtrationem, & concluſionem eſt diſtinctio ex natura rei (.i.præter operationem intellectus) ſed in reſpectibus intentionalibus nõ poteſt eſſe diſtinctio ex natura rei:probo quia non poſſunt eſſe pręter operationem intellectus.Cum in fieri, & cõſeruari dependeant ab actu collectiuo.Ecce ergo profunda difficultas, quæ ſub paucis uerbis latitabat.Et per

Doctrinæ præcon cipere debet librum prædicamentorum, & priorum, ante librum poſteriorũ, quia debet habere cognitionem par tiũ,tamen non dicitur ſciens, ſed quandam credulitatẽ acquirit uide Antonium de faa tis in 2.Articulo de rationalis uſu diſcipli næ.

Per hæc argumenta poteſtis probare quod in ſecundis intentionibus nõ eſt demonſtratio, neq; logica eſt ſcientia.

An in reſpectibus intentionalibus poſſit eſſe diſtinctio ex natura rei.

hæc

hæc argumenta poteſtis probare, quod in ſecundis intentionibus non eſt demonſtratio, neque logica eſt ſcientia.

Cauſa poteſt multipliciter conſiderari.

Pro declaratione huius dubitationis eſt notã dum, quod cauſa poteſt multipliciter conſiderari. Primò ſub ratione efficientis, & tranſmutantis, ſicut dicebat philoſophus. 2. Phyſ. Quod cauſa efficiens eſt principium unde motus. Secundò ſub ratione producentis. Vbi aduertendum eſt, quod ſemper inter cauſam, & effectum, ſic conſideratũ, eſt diſtinctio eſſentialis, & realis. Et hoc modo ſumendo cauſam efficientem, & producentem per motum, & tranſmutationem non poteſt aſſumi ad demonſtrationem in ſecundis intentionibus: nec etiam ad demonſtrationem realẽ. 2. quia ut diximus hoc modo inter cauſam, & cauſatũ eſt diſtinctio realis. Modo inter ea, quæ poſita ſunt in demonſtratione, non poteſt eſſe diſtinctio realis, patet, quia in demonſtratione non ponuntur niſi tria ſecũdum philoſophum. Medium, quod eſt diffinitio ſubiecti (ſecundum Scotum) & ſubiectum, quòd eſt minor extremitas & paſſio, quæ eſt maior extremitas. Exemplũ, diffinitio ut animal rationale, quæ eſt medium. Homo, qui eſt minor extremitas: & riſibile. Sic demonſtrandum. Omne animal rationale, eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale, ergo omnis homo eſt riſibilis. Dico modò, quod inter animal rationale, quod eſt medium in demõſtratione, & hominem, & riſibile, quæ ponuntur in concluſione, non poteſt eſſe diſtinctio realis. Nego, diceres, probo, quia ſi inter iſta eſſet diſtinctio realis, tunc ſcientia non eſſet æternorum, & incorruptibilium, ſiue impoſſibilium aliter ſe habere, ſicut dicit Ariſt. 1. Poſt. oſtendo ſic, Quia ſi iſta ſunt diſtincta realiter ergo poſſunt

2. Phyſi. cõtex. 29. & ſecundo Meth. contex. 5.

Attentione dignum eſt, ꝙ hæc ad ſe inuicem abſtrahũt, & ordinantur, ſub ratione ſuperioris & inferioris, ſcilicet efficiens, producens, & emanans, aut pullulans, nã primum infert ſecundum, non autem econuerſò.

Tria requiruntur in ſcientia demõſtratiua primo poſt. cõ tex. 25.

Exemplum.

Animal rationale eſt mediũ in demonſtratione.

Primo poſt. cõ tex. 5.

ſunt ſeparari,& ſeorſum exiſtere, & diuiſim, ergo paſſio perpetuò non ineſt ſubiecto, ergo iſta propoſitio. Homo eſt riſibilis, non eſt de omni poſterioriſtico. Quia quandoque non ineſt, & quandoque ineſt Et ita non ineſt in omni tempore: quia non propriè præmiſſæ ſunt cauſæ efficientes concluſionis, loquendo de cauſa effectiua, ut diximus: & propter hoc probatur quod paſſio non diſtinguitur realiter à ſubiecto,

An pmiſſæ dicantur cauſę efficietes uel materiales. Vide Scotum in 14. q. quolib. articulo 2. ad calcem,& in prologo. q. 3.

Secundo modo poteſt conſiderari cauſa ſub ratione emanantis, pullulantis, atque elicientis Et ſic cauſa conſideratur ſine motu, & tranſmutatione, ſed per quandam emanationem. Et ſic præmiſſæ demonſtrationis poſſunt dici cauſæ emanatiuę. pullulatiuę,& eliciriuę Et ita inter cauſam,& cauſatum hoc modo nõ eſt diſtinctio realis: ſed ex natura rei, quæ poteſt ſtare cum identitate reali. Nam iſta paſſio,& ſubiectũ, quæ ponuntur in demonſtratione, diſtinguuntur ex natura rei,& ſunt eadem realiter: & per hanc pulchram declarationem ſoluitur primum argumẽtum Nam licet reſpectus non ſit de genere actiuorum cum motu,& tranſmutatione; & ita non poſſint eſſe cauſæ efficientes propriè: poſſunt tamen eſſe de genere actiuorum, ut ſunt cauſæ ſub ratione emanantis, pullulantis, & elicientis.

Quomodo inter cauſam & cauſatũ eſt diſtinctio ex natura rei. Vide Authorem formalitatum.

An reſpectus ſint de genere actiuorum.

Pro declaratione ſecundi argumenti poſſumus dare triplicem ſolutionẽ Prima, qđ ſcientia relata ad præmiſſas ſecundarum intentionũ inueniatur nobilior, tamen ſcientia comparata ad demonſtrationem formatam ex ſecundis intentionibus, & ad intentionem demonſtrabilẽ, quæ duo integrant unam cauſam. ſ quæ dicitur integratio, perdit in nobilitate. i. ignobilior eſt cum eis

Prima ſolutio.

Secunda ſolutio poteſt eſſe hæc, quod licet ſcien-

Secũda Solutio.

ſciētia cōparata ad ſecūdas intentiones ſit perfectior. Cum ſcientia ſit ens reale, & ſecundæ intentiones entia rationis: tamen ſcientia comparata ad fundamenta ſecundarum intentionum eſt imperfectior.

Scientia eſt ens reale.
Secundæ intentiones ſunt entia rationis.
Tertia ſolutio.

Tertia ſolutio, quæ eſt melior ſecunda, quod licet ſcientia abſolutè conſiderata ſit nobilior ſecundis intentionibus abſolutè conſideratis. Scientia tamen conſiderata ſub ratione producibilis, & ſub ratione effectus: & pmiſſæ conſideratæ ſub ratione producentis, & cauſantis. Dico quod ſcientia imperfectior eſt præmiſſis. Vt ſic. Ratio mea eſt hæc. Quia ratio producētis eſt nobilior ratione producti: qoia, ut ſic, ratio producentis eſt cauſa æquiuoca: & ſcientia eſt effectus æquiuocus: ut dictum eſt. Modò effectus æquiuocus ſemper eſt imperfectior ſua cauſa æquiuoca.

Ratio producentis eſt nobilior ratione pducti.

Ad tertium dico, quod licet in ſecundis intentionibus non inueniatur diſtinctio ex natura rei in fieri, cum producantur per actum intellectus: tamen ſecundis intentionibus poſitis non incōuenit dare diſtinctionem ex natura rei. Ratio mea eſt hæc: quia in ſecundis intentionibus ſecundum Scotum, eſt diffinitio, ſubiectum, & paſſio: ſicut patet in ſyllogiſmo, & ſua paſſione, quæ eſt conſtare ex tribus terminis; poteſt ſuo modo eſſe diſtinctio ex natura rei: patet ergo ſolutio propoſitæ dubitationis.

Quomodo in ſecundis intentionibus datur diſtinctio ex natura rei.
Primo priorū. cap. 1.

Posverat Scotus concluſionem hanc in corpore quæſtionis. Logicam ſcientiam eſſe. At ut dubitationes, quæ in ea parte contingunt, ſoluantur, dubia opportunè tangemus.

Primvm dubium eſt, de qua logica ſit ſermo, de logica docente, uel utente? Solutio eſt de logica docente. Intelligendo de ea ergo logica

Primum dubium.

Scotus

Scotus intelligit, ꝙ eſt ſcientia. Patet hoc, quia propterea mota eſt quæſtio in præſenti:ſed logica docens eſt huiuſmodi, ergo &c. Minor patet ex diſtinctione Scoti,quam apponit inter logicam docentem,& utentem.

Secundò ſic.De ea logica hic intẽdit Doctor, quę procedit ex primis,& neceſſariis principiis ad proprias,& neceſſarias concluſiones:ſed logica docens eſt huiuſmodi, ut patet ex Scoti diſcurſu,ergo &c.Maior,& minor ſunt notæ. De qua logica eſt hic ſermo.

Tertiò,de ea logica hic intendit, quæ eſt effectus demonſtrationis: ſed logica docens eſt effectus demonſtrationis. ergo logica docens eſt ſcientia.

Dubitatur,an loquatur de logica propria,uel de logica in communi? Solutio, eſt intelligendum de logica in comnuni, & de hac intelligit hic Scotus, quæ proportionatur ſubiecto attributionis huius ſcientiæ, ut eſt ſyllogiſmus: ſed logica in communi, & non propria adęquatur ſuo ſubiecto, ergo de iſta eſt ſermo. Solutio.

Tertiò dubitatur logica, de qua eſt ſermo, in quo eſt tanquam in ſubiecto? Solutio,in intellectu ponenda eſt tanquã in ſubiecto: Ratio,quia logica,cum ſit ſcientia, eſt accidens, quia accidentis eſſe eſt ineſſe 7.Metaph. Cum ſit accidens ſpirituale, & immateriale, nullũ poteſt ſibi ſubiectum dari niſi intellectus. Logica in quo eſt tanquam in ſubiecto. 7. Metaph. cõtex. 8.

Verùm hic ſummopere eſt aduertendũ, quod logica,quę eſt ſcientia, & effectus demonſtrationis,eſt genus,& eſt accidens:pro eo quod eſt effectus, dependet à ſuo ſcibili, & menſuratur ab eo.Nam ſcientia refertur ad ſcibile: non tamen econuerſo,ſicut decernit philoſophus in prædicamentis,capitulo de Relatione: Sed quæ eſt ratio,quod ſcientia refertur ad ſcibile, non tamẽ Quomodo logica ſit genus & Accidens.

ſcibile ad ſcientiã?ratio eſt.quia perfectius non refertur,nec ordinatur ad imperfectius. Scibile eſt perfectius ſcientia Ratio, quia ſcibile habet rationem menſuræ: ſcientia autem menſurati. quia ſcibile eſt perfectius ipſa ſcientia : & propter hoc non refertur ad ſciẽtiam relatione mutua. Patet igitur,quod logica eſt effectus dependens,& menſurabilis.

Scibile habet rationem menſuræ, ſcientia autem menſurati.

Scibile & ſcientia ſunt relatiua ſecundum dici, quamuis nõ propriè ſint ad aliquid generaliter tamẽ ad aliquid nũcupantur.

Secundò, logica eſt genus. probatur: Genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid: logica eſt huiuſmodi, ergo &c. Maior eſt Porphyrij. Minor probatur,quia logica prædicatur de dialectica, & demõſtratiua,quæ ſpecie diſtinguuntur. ergo &c.

Cap. de genere.

Tertiò,logica eſt accidens:Et ratio, quia ponitur in intellectu, tanquam in proprio ſubiecto ſuſceptiuo eius.

Quarto dubitatur an ſit una?

Logica eſt una multiplici unitate.

Solutio. logica eſt una: Tamẽ multiplici unitate poteſt dici Vna quidem unitate cõſequente propriam naturam. Quia quodlibet ens conſequitur ſua unitas. Secundò eſt una unitate ſubiectiua pro quanto in uno ſubiecto,& intellectu recipitur,ſiue reponitur. Tertiò eſt una unitate obiectiua,ex extrinſeca. Nam quælibet ſciẽtia ſumit unitatem ab obiecto, quod cõſiderat. Verum iſtud obiectum poteſt eſſe multiplex, Genericum,& ſpecificum. Et quia præſens materia altiorem depoſcit artificem, pro nunc dimittatur.

Obiectũ multiplex.

Quinto dubitatur an logica ſit ſcientia realis, uel intentionalis?

An logica ſit ſcientia realis uel intentionalis,realis intrinſecè,Intentionalis extrinſecè ab obiecto, id eſt ab ipſo ſyllogiſmo. Vide Mau. in 1.q. ſecũdæ difficultatis.

Dico, quod dicitur realis, & intentionalis. Poteſt dici realis intrinſecè,& formaliter ſecundum propriam naturam eius, ſic quod ſua natura inquantum ſcientia eſt realis. Poteſt dici intentio-

tentionalis, ſiue rationalis: non hoc modo in præſenti dicenda eſt rationalis, quia ratione, & intellectu ſit cauſata, quia ſic omnis ſcientia diceretur rationalis: ſed dicitur rationalis pro eo quod obiectum eius quod conſideratur eſt rationale ſiue per rationem elaboratum, atq; cauſatum: & ita dicetur logica rationalis denominatiuè denominatione extrinſeca ſumpta à ſubiecto.

Quomodo logica dicatur rationalis.

Sextò dubitatur, an ſit ſciẽtia practica uel ſpeculatiua? Dicendum, ipſam eſſe ſcientiam ſpeculatiuam: quemadmodum apparet de intentione Scoti in prologo. Sed quia illa notitia dicenda eſt practica, quæ eſt directiua, & regulatiua alterius, logica uero eſt regulatiua, & moderatiua intellectus. ergo uidetur ſcientia practica, & nõ ſpeculatiua. Ad hoc reſpondeo. quod illa dicenda eſt notitia practica, quæ eſt regulatiua alterius potentiæ ab intellectu Hoc eſt, illa notitia intellectus eſt dicenda practica, quæ eſt moderatiua, & directiua actuum, & operationnm ipſius uoluntatis, quod logicæ minime conuenire poteſt: modo non currit argumentum contra nos; quia notitia ipſius logicæ non eſt directiua, & moderatiua actuum, & operationum uoluntatis: ſed eſt moderatiua actuum intellectus. Quia aut notitiæ logicę moderanr primam operationem intellectus: & ſic eſt notitia prædicamentorum. Aut regulant ſecundam operationem intellectus, & ſic eſt liber Periermini as Aut regulãt, & dirigunt operationem tertiam intellectus, & ſic eſt liber Priorum, Topicorum, Elenchorum & Poſteriorum. Et ideo benè dicit Scotus quod notitia logicæ intellectus extenſione nõ ſit practicus, quia iſta notitia logicæ non exiit limina intellectus: ſed mânet in domicilio intellectus mo-

An logica ſit practica uel ſpeculatiua.

Scotus in prologo. q. 4. & 5.

An logica ſit practica uel ſpeculatiua. Vide Ioannem de magiſtris in ſummulis, & Nicolaum de Orbellis.

Nota bene.

Notitia logicæ non exiit limina intellectus.

moderando eius actiones. Et ita eſt ſpeculatiua, & non practica, Ponderate illud uerbum Scoti, ubi dicit in principio quæſtionis.

Tres cõſequentiæ, colligũtur.

Quia quæ in ea docẽtur. Ibi enim poſſunt colligi tres conſequentiæ. Prima eſt hæc, In logica docente doctrina procedens ex propriis principiis ad proprias concluſiones demonſtratiuè cõcluditur: patet hoc ex proceſſu philoſophi 1. Poſt. Vbi habet, quod demonſtratio poteſt formari ex principiis propriis, & neceſſariis. Tunc ultra, demonſtratiuè concluduntur, ergo ſciuntur. Conſequentia eſt Philoſophi. 1. Poſt. Quod demonſtratio eſt ſyllogiſmus appodithicon. 1. faiens ſcire. Sciuntur, ergo eſt ſcientia: patet cõſequentia: quia actus ſecundus præſupponit actum primum. Scire enim eſt actus ſecundus; ſicut ignire eſt actus ſecundus: ſcientia uerò eſt actus primus, ſicut ignis. Ponderate etiã illa uerba Scoti: ubi dicit.

Primo poſt. cõ tex. 15.

Primo poſt. cõ tex. 5.

Actus ſecũdus præſupponit actum primum.

Sunt etiam in logica omnia requiſita ad demonſtrationem. Nam ex illo loco, ſi profundè inſpiciatur, multa pulchra fundamenta ſuſcipiuntur.

Primum fundamentum eſt hoc, quod ad demonſtrationẽ de mente Philoſophi 1. Poſt. Tria requiruntur. Et in hoc laudamus eum pariter & Scotum, qui imitati ſunt naturam, ſacrificium, pariter, & legem. Natura enim ternario numero fuit contenta. 1. Cœli.

Primo poſt. cõ tex. 25.

Ternarii perfectio primo cœli contex. 2.

Secundum fundamentum, quod eſt hic colligendum, eſt, quod iſta tria diuerſimodè requiruntur ad demõſtrationem: tanquam id de quo aliquid demonſtratur, ſicut dicit Philophus, 1. Poſt. Secundò requiritur tanquam id quod eſt initium, radix, & origo totius demõſtratiuę cognitionis, ſicut dicit Scotus in prologo, ut ſubiecti

Primo poſt. cõ tex. 25.

Scotus in prologo. q. 3.

biecti definitio. Subiectū enim continet omnes ueritates, & propoſitiones, quæ formandæ ſunt in demonſtratione. Paſſio quoq; requiritur tanquam id quod demonſtratur de altero, hoc eſt de ſubiecto Et ideo demonſtratio eſt inhærentiæ: diffinitio uerò eſt eſſentiæ. Eſt enim demonſtratio inhærentię. Quia demonſtramus per diffinitionem, & medium, paſſionem ſemper ineſſe ſubiecto, medium requiritur tāquā id per quod paſſio demonſtratur de ſubiecto. Et ideo in demonſtratione ſunt tria, id de quo demonſtratur, & eſt ſubiectum, id quod demonſtratur de altero, & eſt paſſio, & id per quod demonſtratur, & eſt medium.

Demonſtratio eſt inhærentię. Definitio eſt eſſentiæ.

In Demonſtratione ſunt tria.

Vlterius hic habetur opinio Scoti de medio demonſtrationis. Nam hic aperte denunciat in textu, quòd medium demonſtrationis eſt diffinitio ſubiecti. Accipitur etiam aliud, quod in ſecūdis intentionibus, ſicut apparebit in ſequentibus, diffinitiones ſunt paſſiones fluētes ex principiis ſpecierum.

Vide Scotum in prima prologi, & in 2. diſt. 3. q. 6. & ſeptimo Meta. q. 13. Et hanc expoſitionem tenet Burleus in fine expoſitionis procœmii porphyrii.

Vltimo eſt aduertendum, quod Scotus hic quemadmodum & Philoſophus, non enumerauit ea omnia, quæ requiruntur ad demonſtrationem. Quia non tāgitur hic cauſa efficiens eius cuius eſt intellectus. Nec etiam tanguntur ea, quæ conueniunt demonſtrationi, inquantum ſyllogiſmus eſt. Sed tantum ea tanguntur, quæ conueniunt demonſtrationi inquantum demōſtratio eſt. His omnibus præhabitis, uenio ad illa, propter quæ uerba hæc introducta fuerūt. In logica ſunt diffinitiones. diffinita, & paſſiones, ergo &c. Primus, & ſecundus modus dicendi per ſe, antecedens eſt Scoti Conſequentia eſt Philoſophi 1. Poſter. Nam ex diffinitione, & diffinito fit primus modus dicendi per ſe. Et ita

Ponuntur primus, & ſecundus modus dicendi per ſe.

Primo poſt. cō tex.9.
Exemplum de primo modo dicendi per ſe.
Exemplum ſecundi modi dicendi per ſe.

iſta propoſitio eſt in primo modo dicēdi per ſe Omnis ſyllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdā poſitis,& conceſſis.ſecundò eſt ſecundus modus dicendi per ſe: & eſt, quando paſſio prædicatur de diffinito. Et ita hæc propoſitio eſt in ſecundo modo dicendi per ſe. Omnis oratio in qua quibuſdam poſitis,&c.habet tres terminos.

Primo poſt. cō tex.comm. 10.

Tunc ultra,in logica eſt primus & ſecundus modus dicendi per ſe, ut probatum eſt, ergo in logica eſt demonſtratio,uel eſſe poteſt. Conſequentia eſt Philoſophi. 1.Poſt. Et Scoti dicentis quod primus,& ſecundus modus dicendi per ſe confabricant demonſtrationem.

Primo poſt.cō tex.5.

In logica eſt demonſtratio, ut probatum eſt, ergo logica eſt ſcientia. Conſequentia eſt Philoſophi 1 Poſt. Quia demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire.Et ita habemus,quod quærebamus.

Logica duplex docens, & utens.
Pōderatio textus.
Neceſſariū duplex.
Proprium duplex.
Porphyrius in ca. de proprio.
Auer.comm.1.

Intelligendum eſt tamen:ibi Scotus diſtinctionem apponit de logica docente & utente:ut ſciamus de qua logica eſt hic ſermo.Et ait,quod logica eſt duplex, docens,& utēs. Docens enim eſt illa,quæ procedit ex neceſſariis, & propriis principiis ad neceſſarias concluſiones:& de illa loquitur in præſenti, cum ſit ſcientia. Pondera uerba textus,cū dicit neceſſarium,& proprium. Neceſſarium duplex,complexum , ut præmiſſæ ſyllogiſmi demonſtratiui.Quoddam eſt neceſſarium incomplexum, ut Deus.Proprium duplex quoddam incomplexum, quoddam complexū. & ſic ſunt præmiſſæ ſyllogiſmi demonſtratiui. Proprium principium iuxta illud quod ſcribit Auerroes.1.Phyſic.Dicitur propriè de cauſa efficiente cum igitur præmiſſæ aliquo modo efficientis cauſæ fungantur officio,rectè Scotus his terminis eſt uſus.

Logica

Logica utens eſt illa, cuius uſus eſt in alijs ſcientijs. Et eſt hic aduertendũ quod logica utẽs non procedit ex proprijs, ſed ex communibus. Et ideo ſæpe philoſophus eſt uſus in naturalibus adducere rationes logicas, hoc eſt, rationes communes; uti illis terminis, & medijs communibus, quibus dialectici utũtur. Eſt inſuper aduertendum, quod debemus ſubaudire per actiuam, paſſiuam: ut cum dicimus logica eſt utẽs, ideſt, uſa, ſi ſic loquẽdi nobis à grammaticis cõcedatur facultas. Vel logica utens i. qua alij artifices ſcientifici utuntur. Sed hic eſt quærendũ, an Scoti diſtinctio poſſit haberi ex dictis Auerroi., & Thomæ. Dico, quod hanc diſtinctionem poſſimus colligere ex dictis Auerrois. 2. Metha. dicentis. quod pars logica quædam eſt uniuerſalis omnibus ſcientijs Et hoc poteſt dici logica utens. Quædam eſt propria unicuique ſciẽtiæ: & iſta poteſt dici docens. Hanc diſtinctionẽ formaliter ponit Diuus Thomas. Vbi ponit expreſſe logicam docentem, & utentem, & in fine textus, dicit Thomas formaliter iſta uerba. Qđ quædam partes logicæ habent ſcientiam, doctrinam, & uſum ſicut dialectica tentatiua, & ſophiſtica quam etiam format Scotus. primo Elẽchorum. Quædam partes logicæ habent doctrinam, & non uſum, ſicut pars illa demõſtratiua.

Ex his patet ſolutio ad illud dubiũ quod nõ quælibet pars logicæ poteſt dici docẽs, & utẽs. Nam pars demonſtratiua dicitur docens, pro quanto docet procedere ex proprijs principijs ad proprias concluſiones. Non autem dicitur utens ad iſtum ſenſum, quod aliæ ſcientiæ utantur medijs, quibus ipſa utitur. Nam logica utẽs propriè eſt illa, quæ tractat de medijs communibus, quibus in ſuis probationibus utuntur aliæ ſcientiæ.

Logica utens quid.

Sicut patet in naturalibus.

An iſta diſtinctio ſit peripatetica.

Auer. 2. Meth. com. 15.

D. Thomas. 2. Meth. cõm. 5

Hanc eandem diſtinctionem ponit D. Thomas. 4. Meth. lectione quarta, & Scotus primo elenchorum. q. 1.

Scotus primo elencorum. q. 3.

Qũo pars demonſtratiua dicatur docens.

Quæ nam ſit propriè logica utens.

ſcientiæ. Et ſic dialectica, & ſophiſtica merè dicitur utens, quia tractat de medijs communibus, quibus aliæ ſcientiæ utũtur. Verum pars demõſtratiua extenſiuè poteſt dici utens, pro qnanto alia ſcientia utitur habitu demonſtratiuo adepto dirigẽte eum circa propriam demonſtrationem: & tunc in hoc caſu eadem eſſet ſcientia, ſiue logica docens, ſiue utens. Dialectica uerò, ſophiſtica, & tentatiua poteſt dici docẽs, pro quãto ex proprijs principijs docet procedere ad proprias concluſiones. Nam ita demonſtratur probabilitas de ſyllogiſmo topico, apparentia de ſyllogiſmo Elenchorum, neceſſitas illationis de ſyllogiſmo ſimpliciter ſumpto: ſicut procedere ex primis ueris &c. De ipſa demõſtratione: ſunt qui uelint quamlibet partẽ ipſius logicæ dici poſſe docentem, & utentẽ: ſed ſi iſti ponderãt illud uerbũ, utẽs, & quid ſit propriè logica utens, ſecus quã dicũt ipſi ſentirẽt. Nũc ad argumẽta quæſtionis: Arguebatur in prĩcipio quæſtionis ſic. Nullus modus ſciẽdi ẽ ſciẽtia, logica eſt modus ſciendi, ergo logica non eſt ſcientia.

Pars demonſtratiua extenſiue dicitur utens.

Quid ſentiendum ſit de ipſa demonſtratione.

Soluuntur Argumenta principalia.

Pro ſolutione eſt notãdum, quod Egidius reſpexit ad maiorẽ iſtius rationis: Scotus uerò ad minorem. Dixit enim Egidius, quod logica eſt ſcientia communis, & uoluit, quod iſta propoſitio eſſet formalis, & quidditatiua: Scotus arguit contra ipſum, quod non benè ſoluit argumentum dicens: Tu dicis, quod logica eſt ſcientia communis, ergo logica eſt ſcientia, à parte prædicati: Conſequentia tenet, arguendo ab inferiori, à parte prædicati ad ſuum ſuperius, nullo accedẽte impedimento: ſed iſta propoſitio eſt falſa, logica eſt ſciẽtia. Nam Egidius tenet, quod iſta eſt uera formaliter, & eſſentialiter. Quia ſi iſta eſſet aliquo modo uera, eſſet in

Opinio Egidii.

Nam Egidius tenet quod iſta eſt uera formaliter, & eſſentialiter.

in primo modo dicendi per ſe: ſed conſequens eſt falſum, ergo & illud quod ſequitur. Quod autē eſſet ī primo mō dicendi per ſe, patet, quia quandocunq; abſtractum prædicatur de abſtracto media abſtractione, eſt in primo modo dicē di per ſe: ſed ita eſt in propoſito: Quia tam ſciētia, quàm modus ſciēdi ſunt media abſtractione abſtracta, ergo deberet eſſe in primo modo dicē di per ſe, ſed non eſt. Probo, quod non ſit in primo modo. Illa propoſitio eſt in primo modo dicendi per ſe, quando in intellectu ſubiecti.i. in conceptu, & quidditate ſubiecti includitur prædicatum.ſ. eſſentialiter, quemadmodū animal includitur in quidditate hominis.

Quando abſtractum de abſtracto prædicatur eſt ī primo modo dicendi p ſe, media abſtractione.

Quid ſit propoſitio in primo modo dicendi per ſe.

Præterea modus ſciēdi eſt poſterior ſcire, hoc poteſt dupliciter intelligi. Primò ſumendo modum ſciendi pro ſecunda intentione; & ſcientiā pro prima. Secundo modo, modus ſciendi eſt poſterior poſterioritate pfectionis: Quia modus ſciendi eſt ſyllogiſmus, qui eſt ens rationis. Scientia eſt realis, & accidens abſolutum. Accidēs autem abſolutum eſt præſtantius reſpectiuo: Cū ita ſe habent per ordinem. Scientia eſt actus. primus, ſcire eſt actus ſecundus, modus ſciendi eſt conditio ipſius ſcire: ergo ſequitur, quod ſi modus ſciendi eſt poſterior ipſo ſcire, qđ erit etiam poſterior ipſa ſcientia per regulam Scoti in theorematibus.

Modus ſciendi an ſit poſterior ſcire.

Modus ſciendi pōt ſumi pro formali, uel p connotato, ſeu ſubſtrato, primo modo eſt poſterior, ſecūdo modo poteſt eſſe prior.

Accidens abſolutum eſt præſtantius reſpectiuo.

Vide Scotum in ſuis Theorematibus.

Quicqd eſt poſterius poſteriore, eſt poſterius priore, cū ergo modus ſciendi ſit poſterior ſcientia, non poteſt includi eſſentialiter in ſcientia, quia incluſio eſſentialis eſt prioris ad ſuum poſterius, ſicut animalis ad hominem, & nō poſterioris ad prius, ſicut riſibile ad hominem: & ita ſolutio Egidij abiiciatur.

Ad argumentum ſic reſpondit Scotus ad minorem

Reſpōdit Scotus de mente propria.

norem, gloſando illam, & diſtinguendo, cum dicitur in minori, logica eſt modus ſciendi: aut tu intelligis, quod iſta ſit formalis, & ſic eſt falſa; aut materialiter, & ſic eſt uera: Et tunc eſt ſenſus: logica eſt modus ſciēdi, ſic exponitur. i. logica eſt de mō ſciendi tanquam de obiecto, qa logica eſt de ſyllogiſmo tanquam de ſubiecto proprio. Et ita prędicatio illa eſt uera materialiter, & non formaliter.

Logica eſt de modo ſciendi, tanquam de ſyllogiſmo.

Ad autoritatem quæ dicebatur in contrariū, dicit Scotus. quod illa intelligēda eſt materialiter. Sic enim debet exponi Cōmentator, quod logica eſt modus ſciendi materialiter, ideſt, quod logica eſt de modo ſciendi, Ibi n. Cōmētator redarguit eos, qui uolunt ſimul addiſcere ſcientiam ſpeculatiuam & modum ſciendi, ſiue logicam, ſicut redarguendi ueniunt illi, qui eodem modo uolunt docere uiam peregrinātibus & addiſcere illam. Et ſicut illi homines qui uolunt ſimul medicari ægrotū, & addiſcere medicinam. Iſti. n. miſeri, & infelices in maximū labuntur errorem, ſicut de quodā, dicit Auerroes in eodem loco, qui accerſitus & uocatus ab infirmo, medicinam propinauit amarā, reuerſus domum, librum inſpexit, an in propinando medicinam Auicennæ eſſet inſequutus Canones. At quia medicina citra Canones ægroto fuit tradita, interiora cordis ſui malignitate perens quem ſanandum ſperauerat, functum naturæ officio in lectulo infelicem inuenit. Et ideo prius addiſcenda eſt logica tanquā optimus modus per quem ſciamus in ſcientijs ſpeculatiuis, quæ ſuſcipienda ſunt à uiro optimo, et quæ dialectica lege abijcienda. Nam ſi quis utrunque ſimul habere uoluerit, neutrum habebit, iuxta illud. Non facilè homo duo capit ſimul. Et iuxta illam

Auer. 2. Meth. comm. 15.

Malū eſt quærere ſcientiā, & modū, hoc .n. ſimile eſt ei, q docet homines uiam cū addiſcit' eam.

Auer. 2. Meth. comm. 15.

Prius eſt addiſcenda logica.

illã diuulgatã ꝓpoſitionẽ:plurib.intẽtus minor eſt ad ſingula ſenſus. Et iuxta illud muliebre dictũ:qui ſatis amplectitur,parum retinere ſolet.

Diuulgata propoſitio. Muliebre dictum.

Exponit Scotus illam Auerroris authoritatẽ alio modo,quod illa copulatio,&,cũ dicit Philoſophus , quod abſurdum eſt quærere ſcientiã, & modum ſciendi,quod illa dictio copulatiua, &,non debet cadere inter quærere ſcientiam, & modum ſciendi,quia hoc non eſt uerum:ſed debet apponi inter quærere ſcientiam, & quærere modum ſciendi. Ratio, quia fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora,& æquè benè.Nõ enim duæ apponendæ ſunt quæſtiones,ubi una ſufficit.

Scotus perpulchræ exponit illam authoritatem Auerrois.

Secundò arguitur ſic. Scientia realis ſpeculatiua diuiditur ab Ariſtotile.6.Metaph.in Mathematicam, Naturalem,& Diuinã, ſub quarũ nulla continetur logica.Vt arguatur ſic.

6.Meth. cõtex 2.

Omnis ſcientia ſpeculatiua realis aut eſt Metaphyſica,aut Mathematica , aut Naturalis, ſed logica nulla iſtarum eſt breuiter,ut patet diſcurrenti per ſingula , ergo &c. Pro intelligentia iſtius argumenti eſt notandum , quod Philoſo. 6.Metha.diſtinguit ſciẽtias ſpeculatiuas humanitus inuẽtas, & propter hoc in eodem loco nõ eſt connumerata theologia;quia non eſt ſcientia humanitus inuenta;ſed diuinitus inſpirata.

Secunda ratio principalis.

6. Meth. cõtex. 2.

Theologia nõ eſt ſcientia humanitus inuenta , ſed diuinitus inſpirata.

Pręterea ibi locutus eſt de ſcientijs ſpeculatiuis realibus realitate ſumpta ab obiectis realibus.Et propter hoc non enumerauit ipſam logicam inter ſcientias ſpeculatiuas reales. Quia non eſt ſcientia realis realitate ſumpta ab obiecto reali , ſed eſt ſcientia rationalis ; quia eius obiectum,cuiuſmodi eſt ſyllogiſmus,eſt cau ſatũ per rationem Quare argumentum non currit.

Tertio arguitur ſic. omnis ſcientia procedit

Tertia rõ principalis.

Primo poſt. cō tex. 5.

ex proprijs, ſicut teſtatur Philoſophus. primo Poſt. Sed logica non procedit ex proprijs, ſed ex communibus, ergo non eſt ſcientia. Ad hoc argumentum conceſſa maiori, dicendum eſt ad minorem; quod logica utens, quemadmodum eſt illa pars dialectica, & topica, bene procedit ex communibus: & de illa uerum eſt diceee, quod non eſt ſcientia: ſed logica docens ben procedit ex proprijs principijs ad proprias concluſiones. Et illa eſt ſcientia, de qua modo loquimur.

Vide Zimarā in ſua Tabula littera. A.

CIRCA hanc quæſtionem expoſitam à Doctore noſtro, multi multa dicunt: inter quos adeſt doctiſſimus Zimara, qui in ſua tabula, littera A. inquit. Quod ſi aliquando logicam dici ſcientiam ab Auerroe inuenitur, illud ſecundum cōmunitatem nominis eſt: tamen quid ſentiendū eſſe de hoc uideatur: Nos propriam, ac germanā noſtri Doctoris opinionem in medium adduximus, & ipſam in pręſentiarum ab obiectionibus Hieronymi Balduini iuxta exiguas noſtri ingenij uires liberare tenrabimus.

Vide Balduinū in ſuis quæſitis.

Aduerte lector in his rationibus Balduini q̄plures authoritates te non inuenturum.

Prima obiectio Balduini.

Prima ratio eius eſt talis.

Logica non utitur ſuis inſtrumentis, ſed tātum ea docet, & declarat ipſe Balduinus, hoc eſſe uerum, quibuſdam ſimilitudinibus, & prima ſimilitudo talis eſt.

2. Ethi. cap. 2.

Sicut ſcientia moralis tantum docet regulas, & non utitur illis, quoniam ciues utuntur eis, ueluti dixit Ariſ. 2. Ethic. Ita ipſa logica tantum docet inſtrumenta, & non utitur eis, ſed ſcientię, & artes utuntur talibus inſtrumentis, ut dixit Ariſt. primo Topi. & Auerr. primo Poſt. hoc idē explicauit, quando dixit, quod in logica docentur inſtrumenta, quibus artes, & ſcientiæ utuntur; Quaſi dicat, quod logica tantum docet inſtrumenta,

Primo topic. cap. 9. Primo poſt. cōmen. 17. & in prologo.

ſtrumenta,& non utitur eis.

Secunda ſimilitudo etiam colligitur ex ſecũdo Ethi. Vbi dicit Ariſ. quod moralis docet regulas,& non ut ciues eas tantum ſciant, ſed ut,eis ſcitis,dirigantur, operenturque per eas. Et probat ibidem Ariſ. Quia ſcire illas regulas, nulla utilitas eſt ciuibus: ſed operari per illas ſcitas, hoc eſt utile. Et manifeſtat hoc ipſe Balduinus per exemplum,uide ibi. Et ideo Scotus,& alij ſecum errarunt, dicendo logicam docentem eſſe ſcientiam;quia crediderunt, dicit iſte uir, quod logica ne dum doceat inſtrumenta ſciendi, ſed eis etiam utatur, quod falſum eſſe aſſerimus, & rectius debet dici uſitata in paſſiua uoce, quàm utens actiua.

2.Ethic. cap. 2. & 4.

Vide exemplũ in Balduino.

Reſponſio.

Cui ſic apte reſponderi poſſe opinor. ut antecedens negetur: ſimilitudo autem,quam ad pro bãdum propoſitum affert, nec ad rem allata eſt, neque quicquam probat: etenim moralem Philoſophiam ſcientiam actiuam,logicam uerò inſtrumentariam facultatem cum Auerroe tenemus. Deinde moralis diſciplinæ præcepta ſolos humanos actus dirigunt, atque ideo moralem ipſam cognitionem, cum animi qualitas quædam ſit, regulare nequaquam poſſunt. At uerò regulæ, quæ in logica traduntur, quaſcũque cognitiones ratione artificiali acquiſitas, ſeu adeptas dirigunt;in quarum cum ipſa quoque logica numero comprehendatur, recte quoque ab eis dirigetur.

Secundũ Scotiſtas ſcĩa moralis eſt practica, ut vult Geraldus Odonis in prologo primi libri ethic. q.3. Logica uero eſt ſcientia ſpeculatiua, quia ordinatur ad ſcire: non ualet ergo ſimilitudo.

His, quæ in altera obiectione attulit, ſatisfactum abundè eſt, ſi intrepidè conſequentia tota negetur. Non enim, quia logicæ regulę, & morales, nõ ob cognitionẽ ſolã, ſed etiam ob uſum inuentæ & traditę ſunt: ideo ſtatim non ſequitur

tur logicam proprijs inſtrumentis non uti,logica enim his quoque inſtrumentis utitur, quę ad uſum cęteris artibus, & ſcientijs præſcribit: cũ in earum claſſe locum ipſa quoque obtineat. Sicque Auerrois autoritas non modò non aduerſatur nobis:ſed etiam mirificè ſententię noſtræ fauet. Quando uerò aſſerit, quod logica potius debet dici uſitata in paſſiua uoce, quàm utens, ex ſententia Auerrois reſpondent Scotiſtæ, quod accipitur hic logica utens paſſiuè, ideſt, dialectica eſt uſa, ſi ſic loqui liceret, uel uſus eius eſt in alijs ſcientiis, aut circa alias ſciẽtias, uel alię ſcientiæ utuntur ipſa tanquam eis neceſſaria:& ratione inſtrumentorum eius: tamen, ut diximus, his quoque inſtrumentis utitur logica ipſa.

Reſponſio ſcotiſtarum.

Secunda obiectio,

Secundò arguit ex ſubiecto

Primo poſt. cõ tex. 5.

Scientia eſt neceſſariorum, & impoſſibilium aliter ſe habere:ſed ſecundò intellecta non ſunt neceſſaria,& uniuerſaliter ſemper uera, ergo de eis non poteſt haberi ſcientia.

Probat minorem hoc modo. Quæ fiunt ab intellectu, non ſunt ſemper, & uniuerſaliter uera: ſed ſecundò intellecta fiunt ab intellectu, ut patet. 4. Metha. & clarius ex Thomiſtio, ergo non erunt uniuerſaliter uera, & ſemper:& per conſequens non erit ſcientia de eis. Probat maiorem huius proſyllogiſmi per Ariſ. ponentem diſcrimen inter opera naturæ, & opera artis. Qui dicit, quod de operibus naturæ habetur ſcientia: Quia ſunt aut ſemper uera, aut in maiori parte. De operibus uerò artis, ſcilicet, aut intellectus, aut uoluntatis, non habetur ſcientia; quia non ſunt ſemper, aut in maiori parte uera. Hæc profectò colliguntur, dicit iſte uir, ab Ariſ. 6. Ethic

4. Meth. cõtex. 2.

Et primo de Anima cap. 8.

6. Ethic. cap. 5. & 6. Meth. con tex. 1. & 6.

aſſi-

aſſignante plurimas differentias inter ſciẽtias, & artes. Concludendum igitur eſt à primo ad ultimum, quod cum ſecundo intellecta, ut inſtrumenta notificandi, ſint ſubiectum totale, & adæquatum in logica: de eis non poteſt haberi ſciẽtia, ſequitur clariſſimè, dicit Balduinus, quod logica ſiue docens, ſiue uſitata fuerit, non poſſit eſſe, ac nuncupari ſcientia à ſuo ſubiecto.

RESPONSIO.

Quod maior illa, qua aſſeritur ſcientiam eſſe eorum, quæ ſemper ſunt, uerificatur de eſſe eſſentiæ, uel de eſſe quidditatiuo, & uniuerſali. Nam ſcientiæ conditio non coexigit exiſtentiã, ut inquit Ariſ. diuinæ ſpeculationis, & primo Poſt. & ideo ad hoc quod de aliquo habeamus ſcientiam, non requiritur, quod habeat uerum eſſe: ſed ſufficit, quod habeat eſſe cognitum. Nã de roſa non exiſtente, dicunt Pariſienſes, poſſumus habere ſcientiam: etiam de ſecundis intentionibus, quę non exiſtunt. Quo quidem in ſenſu negãda eſt minor. Ad probationẽ dico, quod illa maior; quæ dicit: quæ fiunt ab intellectu & uoluntate hac lege, quod præter intellectum, & uoluntatem nullum habent eſſe quidditatiuum ingenerabile, & incorruptibile, ut ſunt artificialia, non ſunt ſemper uera: quo quidem in ſenſu autoritates procedunt. In hoc ſignificato falſa eſt minor. Nam licet entia rationis ab intellectu dependeant, quo ad eſſe exiſtentiæ. Non tamẽ ab eo dependẽt, quo ad eſſe quidditatiua?

Primo poſt. cõ tex. 39.

Intellectus eſt cauſa efficiens impropriè ſecũdarum intentionũ: nã ſcotus extenſiuè loquitur. Vide Mauretiũ in 4.q. uniuerſaliũ, licet Aureolus & alii aliter opinentur. elige uiam quam uolueris.

CONTRA.

Quæritur, ubi comperiuntur intentiones ſecundæ, ceſſante rationis operatione collatiu

RESPONDEO.

Quod ſunt, ubi rerum quidditates ab æterno omperiuntur, ſe habent enim ſecundi rerũ co-

Vide clarius Antonium de fantis.

gnitarum reſpectus ad humanam rationem;ue luti rerum quidditates ad intellectum diuinũ, quæ ſuę entitatis originem cõtrahunt ab increa to lumine. Niſi quod eſt in nobis intelligendi permutatio rationis, non ſiſtentis in eadem ſpe culatione, ueluti eſt lucis æternę permanentia, tam circa primarium obiectum, quod eſt ipſa di uinitas pelagus infiniti uigoris, & perfectio- nis, quàm ſecundarium, quod eſt idealis imago creaturarum Et hæc eſt ſcientiæ requiſita ne ceſſitas difficillimæ ſpeculationis, quam non attingunt niſi clariſſimi Peripatetici, celeberri mique diuinitatis interpretes, maximè qui ſin gulari Subtiliſſimi Ioannis Duris Scoti ſpecula tione fuerint imbuti.

Ad ſecundam confirmationem, quę eſt Auerrois autoritas, dico non eſse uerum Auerroem in eo commento concedere regulas eſsentiales arti logicæ eſſe ueras, ut in plurib. Sed inquit, quod regulę arti logicæ eſſentiales ſunt regulæ in maiori parte.ideſt,quę ambiunt maiorẽ partem entium, & non unum genus tantum determinatum.

TERTIA OBIECTIO.

Arguit pręterea.ea quorum principium eſt in intellectu,& uoluntate, non per ſcientiam, ſed per artem habentur:entium logicalium principia ſunt in intellectu,& uoluntate:ergo per artem, & non per ſcientiam habentur. Maior eſt Ariſt. àpponentis hoc diſcrimen inter artis, & ſcientiæ ſubiectum,quod ſcientia eſt rerum,quarum principiũ eſt in intellectu, & uoluntate:minorem probat autoritate Auerrois. Quod res logicales ſunt ſecundò intellecta,quę non habent eſſe,nec operari extra intellectum.

6. Meta. cõtex. 4.

RE-

RESPONSIO.

Maior eo ſenſu uera erit, ſi duntaxat ab intellectu, & uoluntate dependerẽt in eſſe; nec aliud haberent. ſed cum cõſtet habere præter id aliud quoque eſſe, quidditatiuum ſcilicet, & æternum, cum in ſe ipſis ſint: etiam nullo intellectu id cõficiente, ut iam oſtendimus, patet, maiorem ſic ab eo inductam ueram non eſse. minor quoque falſa eſt. Entia enim rationis, & ſi quo ad eſse exiſtentiæ dependeant ab intellectu effectiuè, originaliter, occaſionaliter, & materialiter à primis intentionibus; & ſint cõtingentes in eſſe particulari: ſunt attamen neceſsariæ per indiffe rentiam, & abſtractionẽ, ueluti ſunt reales quidditates. Nam licet ipſarum particularia corruptionem terminent, ut hic homo, uel equus: attamen ſecundum ſe neceſſariæ dicuntur in eſſe eſſentiæ. Entia rationis quomodo dependeãt ab intellectu: & a primis intentionibus.

QVARTO OBIECTIO.

QVARTO arguitur ex fine.

Finis ſcientiæ eſt ſcire tantum: logicæ finis non eſt ſcire tantũ: logica itaq; ſcientia non eſt: maiorem Ariſt. eſſe inquit 1. Topic. ſed clarius eas declarari ab Auerroe in epitomate Metaphyſicali iuxta principium, & logicali capite, quo docetur qualitas faciendi demõſtrationes, atque diffinitiones. Ibi. n. artiũ partitio ab Auerroe fit in tres partes. Primo topic. cap. 8.

Quarum una eſt ſpeculatiuarum, in quibus finis eſt ſola ueritas.

Alia uerò ẽ praticarũ, in quibus opus intẽdit.

In tertio uerò genere à duobus diſtincto logicam apponit, cuius finis non eſt ueritas, non opus, ſed adminiculatio. Quid clarius?

RESPONSIO.

QVOD ratio concludit de logica utente, quæ

profectò non eſt ſcientia:ſed non de logica docente, quæ uera eſt ſcientia: cum habeat omnes conditiones requiſitas ad demonſtrationē. Nā rationalis diſciplina dicitur cognitio ſpeculatiua, non autem prâtica. Quod probatur: quia quælibet cognitio, cuius finis eſt ſpeculatio, dicitur ſpeculatiua: ſed logicæ finis eſt ſpeculari cum ratio non extendatur per logicam ad actū alterius potentiæ, quàm ſuum. Ideo logica dicitur cognitio ſpeculatiua, cuius finis eſt ſcire: nō autem practica, quia non dirigit in praxim.

QVINTA OBIECTIO.

Arguit etiam Balduinus contra Scotum. Groſſum inſtrumentum, & rude, groſſam, & non ſcientificam parit cognitionem, ſed logicalia ſunt acquiſita per groſſum inſtrumentum. De eis igitur groſſa, & non ſcientifica traditur cognitio: maior ex primo, & ſecundo Ethic. colligitur: dum aſſeritur tale inſtrumentum eſſe, qualis eſt cognitio per inſtrumentum acquiſibilis: minorem probat autoritate Ariſtotelis primo Topi. Vbi ponens inſtrumentum totius logicæ dixit. De oībus dictis, ideſt, ſyllogiſmo ſimpliciter, & demōſtratiuo, & dicēdis, ideſt Topico, & Elēcho. ſe elegiſſe dicere groſſo, & figurali mō.

Primo & 1. Ethic. cap. 2.

Primo topic. paulo poſt prīcipium.

RESPONSIO.

Huius rationis minorem eſſe falſam aſſerimus: ad autoritatem Arif. eam non bene intelligi iudicamus. Non. n. ibi uult aſſignare inſtrumentum, quo tota logica acquiritur: ſed cū intētio Ariſtotelis eſſet pertractare de ſyllogiſmo Topico, breuibus tetigit ſyllogiſmū in communi. Quia genus demonſtratiuum, de quo iam dixerat, & ſophiſticum, de quo dicturus erat, ut ad horum comparationes topicus magis eluceſcere uideatur. Vnde Alexander Aphrodiſien

Reſpōſio Alexandri.

ſis dicit, hic dictum eſſe figuraliter, quia in propriis libris deligenter: Et ſic locus fauet ſententiæ noſtræ, nec eſt contra nos.

SEXTA OBIECTIO,

Iterum obiicit, in logica non demonſtratur, ergo logica non eſt ſcientia: Conſequentia nota eſt. Scire ſiquidem, ut 1. Poſt. habetur, demonſtrationis eſt effectus, antecedens probatur. Quę demonſtrātur, ſunt ignota naturaliter; entia rationis non ſunt ignota naturaliter: igitur non demonſtrātur: Maior eſt Auerrois. 2. Poſt. Minorem probat ex primo Phy. Vbi habetur. Quod illa, quæ fiunt ab intellectu, ſunt nota intellectui: ſed entia rationis fiunt ab intellectu, ergo nota illi: maior eſt Auerrois. 1. Phyſ, ſi nos faceremus res naturales, cauſæ rerũ naturalium eſſent notæ nobis: minor ſupra declarata fuit.

Primo poſt. cō tex. 8.

2. Poſt. comm. 1. & 20. Primo phyſic. comm. 3.

RESPONSIO.

In hac ratione falſum aſſumitur antecedens. ad probationem, conceſſa pro nunc maiore, negatur minor. ad proſyllogiſmum eam confirmātem, dico entia rationis nullam habere cauſalitatem ab intellectu, niſi impropriè: ſed potius derelinquuntur ex actibus collatiuis noſtri intellectus, & in hoc ualet exemplum de rota figuli, ex qua derelinquuntur multæ reliquiæ materiæ uaſis conſtruendi, quæ reliquiæ non producuntur, neq́ue cauſantur à figulo. ſi autem entia rationis aliquam cauſalitatem ab intellectu habere concedimus, ut multi arbitrātur, clarius reſpondere poſſumus: quod iſta maior: quæ fiunt ab intellectus ſunt nota intellectui, quia quæ fiunt ab artifice, ſunt nota artifici, dupliciter poteſt intelligi.

Vide Aureolū in 1. diſt. 23.

Exemplum de rota figuli.

Scotus in nona. q. prædicabilium, & Antonius de ſanctis, in ſecundo tractatu ſpeculi rationalis in difficultate decima.

Vno quidem modo, quod ſint naturaliter nota: alio uero modo, quod ſint nota, ideſt, notifi-

cata per doctrinam præcedentẽ: ſi primo modo accipitur, falſa eſt maior. Nã ſicut ſtatuario nota eſt ſtatuarum confectio, non naturaliter, ſed per doctrinam præcedentem: ſic intellectui faciẽti entia rationis eſt nota illorum factio, non naturaliter, ſed præcedente doctrina demonſtratiua, per quam ea facere didicit. Ex quo ſequitur, quod nunquam ſecundæ intentiones cognoſcuntur primò ab intellectu: ſed ſolùm ſecũdariò, ideſt, per primas intentiones. Tamẽ quatenus logicus demonſtrãt ſecundarum intẽtionum paſſiones, de ſubiectis ſunt ignotæ.

Nunquam ſecundæ intentiones cognoſcuntur primo ab intellectu. Sed ſecũdario.

Ad Auerrois autoritatem reſpondetur, quod ſi nos faceremus res, cauſæ rerum eſſent notiores nobis; ſicuti naturæ faciẽti eas, cauſæ notiores eſſe dicuntur. Non autem inquit Auerroes, quæ à nobis fiunt, nobis naturaliter eſſe nota: ſed quod eorum, quæ fiunt à nobis, cauſæ ſunt notiores: & ſic intellectus ſi facit entia rationis cauſæ eorum ſunt notiores illi, quàm ſint entia rationis: ex quibus cauſis illi notis ſuper entia rationis naturaliter ignota per demonſtrationem procedit.

SEPTIMA OBIECTIO.

Obiicit etiã. Modus ſciendi non eſt ſcientia, logica eſt modus ſciendi, ergo non eſt ſcientia: maiorem probat à ſimili, ſicut modus uidendi non eſt uiſus; nam accidens, quod eſt uidere, non eſt oculus, qui quidem eſt ſubſtantia, Ita modus ſciendi non eſt ſcientia. minorem ait eſſe Ariſtotelis. 2 Metaph aſſerẽtis impoſſibile eſſe ſimul acquirere ſcientiam, & modum ſciẽdi, ubi per modum ſciendi Auerroes logicam intelligit.

2. Meta. cõtex. 15.

RESPONSIO SCOTI.

Prima. q. uniuerſalium.

Ad hanc rationem reſpondet Scotus, negando

do minorem. ad probationem dicit, logicam dici modum ſciendi materialiter, & non formaliter. Non. n. logica eſt modus ſciendi: Niſi quatenus eſt de inſtrumento, per quod acquiritur ſcientia, ut de ſubiecto.

Contra hanc reſponſionem Balduinus tripliciter inſtat.

Primò inquit, quod hęc prędicatio materialis nunquam fuit inuenta in recto. Probat per Ariſ. 7. Metaph. aſſerentem, nec materiam, nec materialia in recto prædicari: ſed bene formam, atq; formalia. Modo Ariſ. & Auer. faciunt prædicationem in recto, & non in obliquo. 7. Meta. cõtex. 34.

Secundò dicit, quod Auer. & Ariſ. per modum ſciendi non intelligunt logicam; ut Scotus arbitratur; ſed peritiam, & eruditionem, habitum mixtum ex logica uniuerſali, & ſcientia, logicam particularem, ideſt uniuerſalem appropriatam, particularizatã, & mixtam uni arti.

Tertiò probat hoc eſſe per ſe, in primo modo & formaliter, logica eſt modus ſciendi.

Id, quod ponitur in diffinitione alicuius rei, competit formaliter per ſe in primo modo: ſed eſſe inſtrumentum ponitur in diffinitione logicæ docentis, ergo competit ei per ſe formaliter in primo modo: maior habetur. 1. Poſt. minorẽ inquit haberi ab Ariſ. 1. Topi. Et ſi quis nõ uult ſtare (inquit) auctoritati Ariſ. quærat ab eo, ut docentem logicam diffiniat, nam nunquam deffiniet abſque modo ſciendi. Primo poſt. cõ tex. 30. Primo topic. c. 8. & undecimo.

RESPONSIO.

Ad primam obiectionem dicimus cum Scoto, & Auerroe, materiam in recto uera prædicatione non prædicari: ſed in obliquo. Non autẽ negat Subtilis Doctor, quod prædicatione impropria, & denominatiua prædicari poſſit, ut ar-

Vide pro hoc Scotum.in 16. q. uniuerſaliū.

cha ē lignea: Homo eſt carneus. Et hoc eſt quod Scotus inquit, hanc prædicationem, logica eſt modus ſciendi, nō eſſe ueram, formalem, & propriam prædicationem: ſed impropriam, & materialem; quæ potius debet fieri in obliquo, ut logica eſt de modo ſciendi, quàm in recto. Deinde dicit, quod non reperitur hæc prædicatio in recto apud Ariſ. Nam in libro de interpretatione, Nomen, Verbum, & Orationē per uocem diffiniuit ipſe Ariſ. Vox autem illorum materia eſt ut dicunt Pariſienſes, & Ammonius.

Ad ſecundam obiectionem, falſum eſt, quod Auerroes per modum ſciendi uniuerſalem logicam non intelligat. Vide ibi Auerroem.

Ad tertiam obiectionem dicimus, quod illa quæ conſiderantur in logica, diffiniuntur per eſſe inſtrumentum. Negamus tamen logicam ipſam diffiniri per eſſe inſtrumentū in recto. Non enim dicimus, logica eſt inſtrumentum: ſed in obliquo, ideſt pertractat de inſtrumento ſciēdi.

OCTAVA OBIECTIO.

Inſtat contra Scotum iſte uir.

6. Meta. cōtex. 2. & 4.

Quæcunq; à logico conſiderantur, ut inſtrumentum conſiderantur, ergo ſcientia logica nō eſt. Probatur antecedēs. Nam. 6. Metaph. Res uelut diffinitur, conſideratur: ſed omnia in logica, ut inſtrumentum, diffiniuntur, ergo ut ſic conſiderantur. Quod autem per inſtrumentum diffiniantur, per inductionem oſtendit. Syllogiſmus diffinitur 1. Prio. Demonſtratio. 1. Poſt. Vt facit ſcire. Diffinitio. 1. Topic. Vt indicat quid, & ſic de ſingulis.

Primo priorū. cap. 1. Primo po cōſt. tex. 5.

RESPONSIO.

Huius rationis conſequentia negatur. Eſto enim, quod logicalia omnia ut inſtrumenta adminiculantia conſiderentur. Quia tamē iſta cō

ſidera-

ſideratio per demonſtrationem acquiritur, uera ſcientia dicetur. Sed ſi quiſpiam diceret, hæc ratio non deſtruit ſcientiam: tamen deſtruit eſſe ſcientiam ſpeculariuam.

Nam illa, quæ conſiderantur à logico, contẽplantur vt inſtrumenta, ergo logica ſcientia ſpeculatiua non eſt: Conſequentia manifeſtatur. Nam ſpeculatiuæ finis eſt tantum ſcire: at logicæ finis eſt operari: quia per ipſam operamur & facimus ſyllogiſmum in omnibus ſcientiis, ergo non eſt ſpeculatiua.

Scientiæ ſpeculatiuæ ſcire eſt tantum finis.

Reſpondetur, iam diximus, quod rationalis diſciplina dicitur cognitio ſpeculatiua, non autem practica: Quia finis eius eſt ſpeculari: cum ratio non extendatur per logicam ad actum alterius potentiæ quàm ſuum: non eſt ergo practica, quia non dirigit in praxim. Ideo cum probatur, quod logica ſit practica, quia rationem dirigit in operari ſyllogiſmos, & demonſtrationes. Dicimus, quod æquiuocatur de operatione, uel praxi: quia non quælibet operatio dicitur praxis propriè, quia tunc eſſet ſpeculatio praxis, cum ſit rationis operatio: ſed praxis potius pertinet ad actum alterius potentiæ quàm ratiocinatiuæ.

Quomodo logica nõ ſit practica.

Sed quiſpiam etiam dubitabit, quod ſit praxis: quia poteſt uolũtas imperare rationi, quod diſcurrat, & ſyllogiſmum formet. Ideo cum ſit ibi actus alterius potentiæ quàm intellectus, ſequitur, quod erit ibi praxis, & per conſequẽs erit logica notitia practica.

An logica ſit praxis.

RESPONDEO.

Dico, quod licet actus uoluntatis elicitus ſit formaliter praxis, & neceſſario: non tamen quilibet actus imperatus eſt praxis. Quia tunc Philoſophia naturalis eſſet praxis, quia poteſt intel

lectui

lectui uoluntas imperare, & quod naturalia ſpeculetur, quia intelligimus, cum uolumus. Ideo non ſequitur ex dictis logicam eſſe practicam cognitionem.

NONA OBIECTIO.

Arguit. Scientia procedit ex propriis, non autem ex communibus: logica nō procedit ex propriis, ſed ex communibus: logica itaq; ſcientia non eſt. Maior eſt declarata in toto ferè primo Poſteriorum. Minorem probat. Nam Ariſ. in Poſterioribus analyticis docuit inſtrumenta communia omnibus artibus, & ſcientiis.

Primo poſt. cõtex. 5.

RESPONSIO.

Quod probabilium conſideratio in dialectica non amittit ſcientię rationem, licet ipſorum applicatio, uel uſus in aliis ſcientiis aggeneret opinionem, & propter hoc cenſuetunt ſolertiones Peripatetici logicam dupliciter cõcipi. Primum, ut eſt docens, quæ dicitur intentiones ſecundas per ſe ſpeculari primis applicabiles, ut inquit Linconienſis. 1. Poſt. Et non applicatas: & ſic eſt ſcientiæ rationem includens, ex neceſſariis principiis plura demonſtrans.

Vide Lynconienſem hoc in loco.

Secundò autem accipitur, ut utens, inquantũ ſciẽtiis actualiter applicatur, & ſic opinionem generat, & non propriè ſcientiam, ut proceſſit Ariſ. in quam plurimis locis, probando naturales concluſiones per quaſdam logicas probationes, ut refert Auerroes. 1. Phyſ. & Ariſ. 7. primæ Philoſophiæ, & 4. Phyſ. & 8. Phyſ. & 1. Cœli. Dico igitur, quod logica utens nullatenus eſt ſciẽtia: quia per communia procedit. Et hoc pacto concedimus non eſſe ſcientiam, quia procedit ex communibus.

Primo phyſic. tex. comm. 35. & 7. Meta. contex. 2. & 4. phyſ. contex. 87. & 8. phyſi. contex. 70. & 76. & primo cœli contex. 70.

DECIMA OBIECTIO.

Balduinus per plura oſtendit logicam docẽtem,

tem, & utentem eſſe idem, & non differre, niſi ut actus primus differt ab actu ſecundo, quo ſtãte arguit ſic. logica utens per Scotum non eſt, ergo nec logica docens: probat cõſequentiam. Nam logica docens non eſt alia ab utente, niſi ipſamet docens, quæ proprio fine, & opere utitur.

RESPONSIO.

Cvm probatur, qđ logica docens eſt logica utens: dico negando conſequentiam, quia reperitur ibi diſtinctio ex natura rei, quę facit ibi fallaciam accidentis. Nam licet logica docens ſit logica utens materialiter, pro quanto eadem cognitio dicitur docens, & utens: Non tamen formaliter. quemadmodum dicimus, quod animal eſt genus ſubalternum, & ſpecies ſubalterna materialiter: quia fundat utraſque intentiones. Non autem propter hoc ſequitur, quod gẽnus ſubalternum ſit ſpecies ſubalterna formaliter.

Quomodo logica docens ſit logica utens. uide pro hoc Doctiſſimum Mau. q. 1.

VNDECIMA OBIECTIO.

Rvrsvs inſtat uir iſte contra Scotum.

De ente imperfecto, diminuto, & per accidẽs cognitio eſt imperfecta, diminuta, & per accidens. Ens rationis, ut eſt ſubiectum in logica, ẽ ens imperfectum, diminutum, & per accidens. ergo cognitio de ente rationis, quæ logica dicitur, eſt imperfecta, diminuta, & per accidẽs. maior eſt ipſius Ariſ. & Auer. Qui dicunt, ſciẽtiam ex ſubiecto accipere nobilitatem, atque perfectionem: minor eſt Ari. 5. Phyſ. & 6. Metaph. Aſſerentis ſolum decem prædicamẽta eſſe entia per ſe, reliqua uero per accidens.

Primo de Anima tex. comm. 1.

5. Phyſi. cõtex. 14. & 6. Meta. contex. 8.

RESPONSIO.

Dicimvs ad hoc, qđ aliqua ſit ſimpliciter ſcientia, non requiritur, quod obiectum eius

ſit ſimpliciter ens: ſed ſatis eſt, quod ſit de re neceſſaria: & ſub ratione uniuerſali: ut habetur. 1. Poſt: Modo tam neceſſaria eſt quæcunque propoſitio logicalis, uerbi gratia, quod demonſtratio generat ſcientiam; quàm hominem eſſe riſibilem; & adeò uniuerſalis: unde quamquã ens rationis non ſit ſimpliciter ens, de illo eſt ſimpliciter ſcientia (licet cognitio eius, & diffinitio non ſit ex parte obiecti tam perfecta, quàm cognitio entis realis) Nam aliàs eodem argumento probaretur, ſcientias Mathematicas nõ eſse ſimpliciter ſcientias, quæ tractant de accidente, puta de quantitate. Quia accidens ſecundum Ariſtotelem non eſt ens, ſed entis ens, cum tamen illas appellet Ariſ. 1. Poſt. certiſſimas.

7. Meta. contex. 2.

DVODECIMA OBIECTIO.

Quod per aliud tale (ut inquit) per accidens tale: ſed logica eſt per aliud, quia gratia aliarũ ſcientiarum, & artium, & non gratia ſui: ergo non per ſe, ſed per accidens ſcientia eſt.

RESPONSIO.

Negamus minorẽ, quod logica ſit ſolum aliarum ſcientiarum modus, immo eſt modus ſciendi ſui ipſius, quod declaro. Nam quando logicus demonſtrat & ſcit ſe demonſtrare, uel opinatur & ſcit ſe opinari; tunc logica eſt modus ſciendi ſui ipſius: Non autem quando eſt aliarum ſciendi modus ſcientiarum. ſicut dicimus, quod ſpecies, uel genus non eſt modus intelligendi ſui ipſius: quando cognoſcimus hominẽ eſse ſpeciem, uel animal genus: ſed potius quãdo ſpecies eſt obiectum cognitum: tunc ſit ſpecies ſui ipſius intelligẽdi modus, ut ſpecies eſt ſpecies. Et hic eſt ſubtiliſſimus intellectus in nobili Scotica diſciplina.

Quçritur autem ulterius amplioris gratia diſcipli-

ſciplinæ: quando contingit, quod logicus ſcit demonſtrare, & ſcire.

Reſpondeo, quod per actum reflexum ſuæ cognitionis, hoc contingit: exemplum, quando nouerit logicus, quod omnis demonſtratio ſit ex primis, ueris, &c. per ipſius diffinitionem: ſicut arguit Ariſ. 1. Poſt. ſic: quilibet ſyllogiſmus faciens ſcientiam, dicitur eſſe ex primis, ueris, & immediatis, prioribus, & notioribus, cauſiſque concluſionis: ſed omnis demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire: ergo omnis demonſtratio eſt ex primis, ueris, &c. Palàm enim eſt, quod per iſtum proceſsum cognitio derelicta dicitur logicalis agnitio: tunc cognoſcens logicus per iſtum proceſsum, quod omnis ſcientia dicitur acquiſita per diſcurſum ex primis, ueris, & immediatis, prioribus, notioribus, cauſis cõcluſionis: tunc reflexè ſpeculatur dictum proceſsnm, & reperit talem proceſsum eſse ex huiuſmodi primis, ueris, &c. Et cognoſcit illum proceſsum eſſe demonſtrationem, & ulterius cognoſcit derelictam cognitionem eſse ſcientiam: & ſcit ſe ſcire tnnc, & drmonſtrare; & hæc omnia ſpeculatur in actu reflexo, in quo illud, quod prius fuerat obiectum cognitum, fit modus intelligendi. Negamus etiam logicam eſſe ſcientiam per accidens, ideſt per medium accidentale, & non demonſtratiuum acquiſitam.

Exemplum.

Primo poſt. cõtex. 5.

Logica non eſt ſcientia per accidens.

DECIMA TERTIA OBIECTIO.

Quia aliquis ſuſpicari poſſet, logicam ſcientiam: & ſi non per demonſtrationem, ſaltem per diffinitionem. Ideo arguit probãdo in logica ueras diffinitiones non dari tali pacto.

Solius ſubſtantiæ eſt uera diffinitio, entia rationis ſubſtantiæ non ſunt, entium itaque rationis non eſt uera diffinitio: maior eſt ipſius Ariſ.

4. Meth. cõtex. 13. & 7. Meta. contex. 19. & 19.

4. Meta.

4. Meta & 7. Metap, minor de ſe nota eſt.

RESPONSIO.

Quomodo ſolius ſubſtantiæ ſit definitio.

Ad maiorem ipſius Ariſ. dicimus, ſolius ſubſtantiæ eſſe diffinitionem ueram, concedimus propriiſſimè, & ſimpliciter: intentiones tamen ſecundæ diffiniuntur, ut, logicus diffinit ex genere uidelicet, & differentia: ſicut dicit Scotus. Eo enim modo quo dantur gradus in entibus, dantur & in diffinitionibus. uel poſſet dici, licet fortè non ita ad mentē Doctoris Subtilis, quod diffinitiones ſecundarum intentionum ſunt diffinitiones entis realis originaliter, occaſionaliter, & fundamentaliter; licet non formaliter, & immediate. & hoc ſufficit.

Vide Mauritiū in 3. q. uniuerſalium.

DECIMA QVARTA OBIECTIO.

Diffinitio eſt ſolū exiſtentium extra animam: ſed entia rationis extra animam non exiſtunt: entium rationis itaque non eſt diffinitio: minor eſt nota: maiorem probat triplici authoritate, prima eſt Auerrois, ſecunda eiuſdem in ſeptimo quæſito Poſterioriſtico, tertia etiam eiuſdem. 1. Poſt. hoc clariſſimè explicantis.

Primo de Anima comm. 8. & primo Meta. 48. primo poſt. etiam comm. 31.

RESPONSIO.

Ad maiorem dico, quod dictū Auerrois multos uexaurit, & in errorem deduxit, ob malum ſenſum illi attributum. Intētio Auerrois ibi eſt talis, quod per ens extra animam non intelligit rem exiſtentem, ſecundum quod exiſtens; ſed rem habentem eſſentiam, ſeu quidditatem: ad differentiam non entium, ſicut ſunt figmenta, & uniuerſaliter, quæ ſunt impoſſibilia, & non habent cōceptum intelligibilem de eis. Et hoc modo intelligendo Auer. Non dicit, quod ſciētia, & diffinitio ſit ſingularium, & ſic omne dubium remouetur. Si diffuſius hæc uis uidere, uideas Zimarum in tabula, & Alexandrum in ſuis

Intentio Auer.

quæ-

quæſtionibus cap.3 .ſtante hoc fundamento, dicimus, quod licet diffinitio ſecundarum intentionum non dicat aliquid extra animam: tamen exprimit per ſe unum conceptum: unde ſufficit ad hoc, quod talis diffinitio ſit unum medium in demonſtratione.

Vide Alexandrũ in ſuis quæſtionibus ca.3.

DECIMA QVINNTA, & ultima obiectio.

Cap. 28.

ARGVIT demũ contra Scotum aſſerentem rationem ab Ariſ.1 .Priorum factam eſſe demonſtratiuam.

Contra : talis oſtenſio non eſt demonſtratio, ſed manifeſtatio. Et aſſignat cauſam, quare non poteſt eſſe demonſtratio: quoniam peteretur principium, demonſtrando unum eſſentiale per alterum. Nam eſſentiale eſt ipſi ſyllogiſmo habere duas propoſitioues, cum ponatur in eius diffinitione.

RESPONSIO.

Quod talis oſtenſio, & proceſſus eſt demonſtratiuus: quia ſyllogizzatur paſſio de proprio ſubiecto per diffinitionem ſyllogiſmi aſſignatam à Philoſopho.1.Priorum . Et eſt demonſtratio uniuerſalis: nec petitur principium demonſtrando has proprietates de ipſo ſyllogiſmo. Nã huiuſmodi paſſiones non ſunt de eſſentia ſyllogiſmi, ut imaginatur ipſe ; bene eſſentialiter inſunt, ut uolunt præclari Scotiſtæ. & ſic cum Auxilio Dei optimi maximi abſoluitur iſta quæſtio: qua non Scoti opinionem demonſtratam, ſed Balduini obiectiones ſolutas eſſe contenditur.

Propria paſſio non eſt de eſſentia ſubiecti ſed eſſentialiter ineſt, quia aliud eſt eſſe de eſſentia, aliud eſt eſſentialiter ineſſe, Scotiza.

QVAE.

QVAESTIO SECVNDA VNIVERSALIVM.

Logica non dicitꝰ ſcientia cōmunis, propter actualem uſū, ſed penes aptitudinalem ſui generis applicationem, & ꝓpter hoc tollitur omnis peripateticorū controuerſia, maxime Doctoris ſubtilis, in hac prima & ſecunda quæſtione, & qualiter logica ſit ſcientia, & communis, uide Antonium de fantis.

Primo poſt. cō tex. 5.

Quid ſcientia.

Commune eſt multiplex, in cauſando, & repreſentando.

QVAERITVR Vtrum logica ſit ſciētia communis. Hæc eſt ſecunda quæſtio à Scoto in ordine mota. Ratio autem iſtius ordinis, & continuationis eſt, quia prius diſputādum erat, an logica ſcientia eſſet, & poſtea an illa ſcientia eſſet communis, quia ly cōe ſe habet reſpectu ipſius ſcientiæ per modum contrahentis, determinantis, & particularizantis ipſam ſcientiam, & ita eſt ordo à cōmunioribus ad minus commune, quem ordinem obſeruandum iuſſit philoſophus. 1. Phyſ. Hæc de continuatione.

Quid ſit logica, hoc manifeſte patet ſupra de mente Scoti in capitulo præcedentis quæſt. Vbi diuiſit logicam in docentem, & utentem. De logica igitur docente eſt intentio hic. quid ſit ſciētia, declaratum eſt uobis 1. Poſt. Sumitur enim in propoſito, ut eſt quidam habitus, quædam cognitio, quædam notitia, quæ colligitur ex cōcluſione demonſtrata.

Quid ſit commune, dicunt uiri periti; quod commune eſt multiplex, quoddam eſt in cauſando; & ſic eſt Deus glorioſus. Quoddam in repreſentando; & ſic eſt ſpecies intelligibilis ad hūc ſenſum; quia illa ſpecies, quæ eſt progenita, & cauſata à re extra intellectum, & animam, repreſentat illam rem extra animam. Ratio huius eſt, quia omnis effectus natus eſt repreſentare ſuam cauſam, à qua producitur. Sed ſpecies, & ſimilitudo, quæ eſt in mente, eſt cauſata à re extra animam, ergo

Præ-

Præterea ſimilitudo ſemper repreſentat illud cuius eſt ſimilitudo. Et ideo cũ illa ſpecies, quæ eſt in intellectu, ſit ſimilitudo rei, repreſentabit illam rem.

Tertiò dicitur commune in prędicando, ſicut ens, & animal. Quartò dicitur commune in diſtribuendo, ut omnis, & nullus: modo in propoſito ſumitur hic commune, non in cauſando, neque in repreſentando, neque in diſtribuendo: ſed tantùm in prædicando. Nam logica poteſt dici communis communitate prædicationis, eo quia habet ſub ſe partem dialecticam. ac demõſtratiuam tãquam partes ſubiectiuas, de quibus prædicatur. Et hic in propoſito commune ſumitur, ut diſtinguitur contra particulare, & ſpeciale: Patet igitur titulus quæſtionis. Quod non uidetur. Nunc Scotus arguit ad partes: Et argumẽtum formatur ſic: ſubiectum logicæ eſt diſtinctũ à ſubiectis aliarum ſcientiarum, ergo logica eſt diſtincta ab aliis ſcientiis, ergo non eſt communis illis: antecedens primæ conſequentiæ patet, iuxta illud philoſophi. 3. de anima. Secantur ſcientiæ quemadmodum & res, de quibus ſiunt; ſectio enim, partitio, & ſcientiarum diſtinctio penes ſubiecta attenditur. Conſeqnentia patet: quod ſubiectum ſit diſtinctum, & ſcientia. Nam ſicut ſe habet ſubiectum ad ſubiectum, ita ſcientia ad ſcientiam, iſta patet: ſed ſubiectũ eſt diſtinctum, ergo logica eſt diſtincta, ergo non eſt communis, quia diſtinctio, & communitas, cum ſint oppoſita, non poſſunt competere eidem: Contra, logica eſt de ſecundis intentionibus applicatis primis, ergo logica eſt cõmunis. Antecedens eſt Boetii, atq; Auic. Conſequentia patet, quia ſecundæ intentiones ſunt communes, & applicabiles primis.

Commune in prædicando. Commune in diſtribuendo.

Logica dicitur communis in prædicando.

Scotus arguit ad partes.

Tertio de anima cõtex. 38.

Logica eſt de ſecundis intentionibus applicatis primis.

His aduerſantibus rationibus, relinquitur quæſtio pro utraque parte dubia. Dicendum, in ea parte Scotus ponit mentem propriam, & conclusionem, quam intendit: quę eſt hæc, logica eſt ſcientia communis communitate ſumpta à ſubiecto.

Opinio Scoti.

Pro declaratione iſtius textus ſummopere eſt aduertendum. Quæruntur ergo quatuor. Primum, an detur ſcientia communis, & particularis iuxta principia Ariſtotelis. & Commentatoris.

Secundum quæro, an iuxta principia eorundem poſſit dici ſcientia communis communitate ſubiecti.

Tertium, an ſit neceſſarium ponere hanc ſciētiam communem.

Quartum, qua communitate ſcientia dicitur communis. De primo dico, quod de mente philoſophi, & Comment. ponitur ſcientia communis, & particularis. vide Auerroem. 4. Meta. Vbi habet, quod Metaphyſica eſt ſciētia communis propter hanc rationem. Quia conſiderat de ente inquantum ens eſt, & de paſſionibus eſſentialibus eius. Naturalis eſt ſcientia particularis, quia conſiderat de quadam parte ſubiectiua entis. ſ. de ente mobili, inquantum mobile eſt. Mathematica eſt ſcientia particularis; quia conſiderat de ente quanto: ut puta de magnitudine, ſuperficie, inquantum magnitudo & ſuperficies ſicut etiam tangit Comment. 1. Phyſic. Idem confirmatur de mente philoſophi, per id quod habet 4. Metaph. Vbi habet, quod Metaphyſicus, logicus, & ſophiſta uerſantur circa idem: diuerſo tamen modo conſiderandi. Metaphyſicus, namque conſiderat ens conſideratione demonſtratiua: logicus uerò probabili: ſophiſta appa-

Datur ſcientia communis, & particularis de mente Ariſt. 4. Meta. cōtex. 1.

Auer. 1. phyſic. comm. 19. 4. Meta. cōtex. 5.

Commune eſt logico, ſophiſtæ, & Metaphyſico loqui de ente, idem 3. Meta. cōm. 1. & ſecundo.

rente. Sophiſta enim non uult eſſe, ſed apparere ſapiens. Ex his ergo habes iuxta principia philoſophi, quod datur ſcientia communis, & particularis. Et conſequenter habes, quod Scotus non ab re quęſtionem mouit de ſcientiæ cõmunitate. Cum igitur iuxta principia philoſophorum inueniatur ſcientia communis, & particularis, oportebat diſputare de logica. Dicitur ſcientia cõmunis recte à communitate ſumpta ab obiecto ſiue ſubiecto; & ideo concluſio Scoti dictis Peripateticorũ conformis eſt. Quod autem hoc ſit uerum, patet: illa eſt dicenda ſcientia communis, & particularis, quæ uerſatur circa ſubiectum commune, aut particulare. Hoc patet de mente philoſophi. 4. Metaph. Nam propter hoc probauit Metaphyſicam eſſe ſcientiam communem, quia conſiderat de ente, quod eſt ſubiectum commune. Et propter hoc cenſuit Mathematicam, atque Naturalem eſſe particularem, quia particularem partem entis conſiderat, ſicut ens quantum, & ens mobile; & ita ſciẽtiæ, Domini, ſumunt communitatem, & particularitatem à ſubiectis ſic cõſideratis. Cum igitur dicatur in quæſt. præſenti, quod logica eſt ſcientia communis à ſubiecto; hoc dixit tanquã ex fertili Peripateticorum agro.

Logica dicitur cõmunis à ſubiecto.

4. Meta. cõtex. 1.

De tertio, dicendum, quod danda eſt logica ſcientia communis: probatur, dantur ſecundæ intentiones tanquam nobiliſſima entia ab intellectu elaborata, & nullibi conſiderata; ergo danda eſt logica communis hæc entia de neceſſitate conſiderans: quòd dentur ſecundæ intentiones, patebit in ſequentibus, & accipiatur tãquam ſuppoſitum: quòd ſint entia nobiliſſima elaborata ab intellectu, patet. quòd nullibi ſint conſiderata, hoc oſtendam. Certum eſt, quod

Tertium Dubium.

Quomodo ſit danda logica communis.

Entia intentionalia non conſiderantur in ſcientia ſpeculatiua.

hæc entia intentionalia non conſiderantur in ſcientia ſpeculatiua reali, ut puta, in Naturali, Metaphyſica, & Mathematica. Nec in theologia, quia tunc tranſcenderet conſiderationem artificis realis. Nec conſiderantur in grammatica, quia grammatica conſiderat congruitatem, & incongruitatem dicendi, & non conſiderat ueritatem, & falſitatem complexorum. Nec conſiderantur in rethorica; quia eius officium eſt perſuadere, non ſyllogiſmos componere. Cum igitur in nulla ſcientia enumerata hæc entia intentionalia ſpeculatiua conſiderentur, ergo danda eſt aliqua ſcientia communis, in qua hæc communia entia conſiderentur, hæc ſcientia communis non poteſt eſſe niſi logica, ergo ponenda eſt logica ſcientia communis illa conſiderans; aliter aliqua entia intentionalia ſpeculatiua, & conſiderabilia remanerent inconſiderata, ergo eſſet magnũ inconueniẽs.

4. Meta. cõtex. 1.

Iſte modus arguendi eſt optimus, quia hoc arguendi genere uſus eſt Philoſophus & Commen. 4. Metaph. Nam cum dentur paſſiones conſiderabiles, & ens inquantum ens ſpeculabile: & cum hæc non conſiderentur in aliqua ſcientia particulari, oportet dari ſcientiã communẽ in qua hæc ſpeculabilia realia ſpeculentur: aliter aliqua prædicabilia realia remanerent inconſiderata: & ita philoſophus non conſideraſſet de toto ente. Et ex hoc toto proceſſu apparet neceſſitas ipſius logicæ.

Logica poteſt dici ſcientia cõmunis multiplici ratione.

Omne recipiẽs debet eſſe denudatũ à natura recepti à toto genere, uel ſecundum ſpeciem. 3. de Anima contex. 4.

De quarto dico, quod logica poteſt dici ſciẽtia communis multiplici ratione, & reſpectu: Primo poteſt dici communis communitate ſubiecti, in quo eſt. Nam intellectus eſt commune domicilium omnium ſcientiarum iuxta illud 3. de anima. Omne receptum ſe habet per modum reci-

recipientis. Cum igitur ſciencia ſit recepta in intellectu, tanquam in domicilio communi ſcientiarum, poterit dici communis communitate ſumpta ab obiecto recipiente. Secundò poteſt dici communis communitate conſiderationis, quia mos conſiderandi eius eſt omnibus communis, ſicut dictum eſt per philoſophum. 4. Metaph. Tertiò poteſt dici cõmunis communitate ſui ſubiecti, circa quod uerſatur. Verſatur enim logica circa ſyllogiſmum, qui quidem communis eſt omnibus aliis ſcientiis per applicationẽ & uſum, ut dicit Scotus in iſta quæſt. Cuius ratio poteſt eſſe talis: omne quod tribuit alicui entitatem, tribuit unitatem, & communitatem: patet, quia dans formam, dat conſequentia formæ, & dans principale, dat acceſſorium ſecundum legiſtas. Et dans ſubiectum, dat paſſionem conuenientem ſubiecto ſecundum Metaph. Sed ſyllogiſmus dat entitatem logicæ ſcientiæ, ergo dat communitatem conuenientem ipſi: patet minor per Scotum: & ita dicitur logica communis communitate ſumpta à ſubiecto, & ſyllogiſmo quod principaliter conſiderat. Subiectum autem eſſe commune, poteſt intelligi dupliciter ſecundum Scotum. Primò, quod prædicatur de ſubiectis aliarum ſcientiarum. Non enim iſta prædicatio eſt formalis, & recta: ens quantum eſt ſyllogiſmus: ens mobile eſt ſyllogiſmus: numerus eſt ſyllogiſmus: numerus ſonorus eſt ſyllogiſmus: linea uiſualis eſt ſyllogiſmus, quæ ſunt ſubiecta ſcientiarum; non igitur poteſt prędicari prædicatione recta ſyllogiſmus de aliis ſcientiis, niſi fortè per accidens. Vbi benè intelligatis illum locum, quia licet ſyllogiſmus nõ poſſit prædicari formaliter de ſubiectis aliarũ ſcientiarum: poteſt tamen prædicari per accidens,

4. Meta. cõtex. 5.

Syllogiſmus dicitur communis per applicationem.

8. Phyſ. contex. 32.

Dans principale dat acceſſorium ſecundũ legiſtas lege legatis. ff. de adimendis legatis.

Subiectum eſſe commune poteſt intelligi dupliciter.

Syllogiſmus ꝑdicatur per accidẽs de ſubiectis aliarũ ſciãrum, quia ſcilicet non in propria forma. Sed ſuis reducibilibus, & ad ipſum pertinentibus, & ita per aliud, uel ꝑ alia.

dens, hoc eſt per aliud contentum in logica continentur, ſubiectum, prædicatum, ſecunda intentio; & ſic multa alia, quæ prædicari poſsũt de ſubiectis aliarum ſcientiarum. Nam iſta eſt uera. Ens eſt ſubiectum, ens eſt prædicatum in aliqua propoſitione. Et ſic de multis aliis contentis ſub ſyllogiſmo. Alio modo ſubiectum poteſt dici commune communitate uſus, & applicationis ex eo, quia cadit in uſum aliarum ſciẽtiarum: ſiue eo utantur omnes aliæ ſcientiæ. Et ſic logica dicitur communis communitate ſubiecti cadentis in uſum omniũ aliarum ſcientiarum, cum ſit applicabilis omnibus aliis ſciẽtiis. Aut ſi accipiatur hypothe. conditionaliter dicendum, quod hic dixit, ſi, quia adhuc non determinauerat, an ſyllogiſmus ſit ſubiectum in iſta ſcientia: ſolutio ad primum argumentum eſt manifeſta, & hæc de quæſtione.

Alia ſolutio.

QVAESTIO TERTIA.

Ordo cõtinuationis.

QVAERITVR De ſubiecto logicę, An ſit ſyllogiſmus. ordo, & continuatio iſtius quæſtionis ad duas præcedentes ſic patet. In prima namq; quæſtione diſputauit Doctor, An logica ſit ſcientia; & concluſit, quod ſic: ſed quia ſcientia & logica abſolutè accipiũtur. Doctor uolens ad particularia deſcendere, diſputauit, an ſit ſcientia communis; quia dictum eſt, quod commnne ſe habet per additionem ad ſcientiam. Concluſit autem Doctor breui dicendi genere, quod logica eſt ſcientia communis, communitate. ſ. ſumpta à ſubiecto eius, Ad hunc ſenſum, quia ſubiectum eius cadit in uſum in famulatum, & miniſterium omnium

aliarum

aliarum ſcientiarum. Non tamen diſputatum eſt, nec declaratum, à quo ſcientia logica entitatem habet, & communitatem. Dignum igitur erat, atque neceſſarium nobis, tractare, & diſputare de ſubiecto ipſius logicæ ĩ communi à quo logica ſcientia communis habet entitatem & communitatem. Ne igitur addiſcentis animus à ſciendi cupiditate interius cruciaretur, hanc in tertio loco quæſtionem de ſubiecto logicæ dialecticæ ſpeculantibus apponit.

Primũ de ſubiecto agendum inquit Auer. in prologo primi poſt. nam ſi ſubiectum in arte tractandum ignorabitur, & principia & paſſiones etiam ignorabuntur.

Quæritur, an ſubiectum logicæ ſit ſyllogiſmus? Hæc quæſtio magna, & unicuique neceſſaria eſt, quia communiter in principio libri diſputari ſolet. Hæc autem quæſtio in tria diuidi tur: quemadmodum & aliæ quæſtiones diuidi ſolent in titulo quæſtionis, tres termini declarandi ponuntur. Subiectum, logica, & ſyllogiſmus. ſubiectum apud Scotiſtas, duobus modis capitur; quoddam eſt ſubiectum materiale, & eſt illud, circa quod ſpeculantis animus uerſatur. Exemplum, ens in Metaphyſica, ſecundum Scotum, eſt ſubiectum materiale, quia eſt illud circa quod uerſatur, occupatur, & dirigitur, animus ipſius Metaphyſici. Subiectum formale eſt ratio formalis conſiderandi, ut entitas eſt ratio formalis conſiderandi in Metaphyſica. Ideo cum dicitur, ens inquantum ens, eſt nota reduplicationis reduplicans rationem formalem in Metaphyſica.

Nota de duplici ſubiecto .ſ. materiali, & formali; uel de ſubiecto quo, & quod.

Cum igitur quæritur, An ſyllogiſmus ſit ſubiectum logicæ? Quæritur de ſubiecto materiali, quod eſt ſyllogiſmus, circa quem uerſatur animus ipſius logici.

Præterea notandum, quod apud Scotiſtas dicimus in doctrina aſſignari triplex ſubiectum .ſ. pdicationis, principalitatis, & attributionis,

Subiectũ prædicationis ē ens rationis, ſubiectum principalitatis eſt ipſa Demonſtratio. ſubiectũ attributionis eſt ſyllogiſmus.

Vt in logica ſubiectum prædicationis poſſet poni ens rationis, ſecunda intentio. Nam hæc de omnibus in logica conſideratis prædicantur: ſubiectum principalitatis poſſet poni demonſtratio; nam demonſtratio eſt principalior pars conſiderata, & contenta in tota logica. Subiectum autem attributionis eſt illud, ad quod omnia conſiderata in ſcientia diriguntur, & ordinantur. Et ſic eſſet ſyllogiſmus.

Hic diſputatur de ſubiecto attributionis.

Hic autem in præſenti quærimus de ſubiecto attributionis, & uolumus diſputare, quod eſt illud in tota logica, ad quod omnia habent ordinem, & attributionem.

Nota pro iunioribus.

Eſt tamen hic pro uiribus aduertēdum; quod illud quod eſt conſiderandum in aliqua ſcientia, potius poſſet dici, obiectum, q̃ ſubiectū. Nam obiectū uenit ab iſto verbo, obijcio obiicis, inde obiectum obiecti. Quapropter illud, quod primo noſtris ſe obiicit oculis, offert, & repreſentat primum conſideratum, poteſt dici obiectum. Et quia ſyllogiſmus nobis primo obiicitur conſiderandus, ideo meritò obiectum dici poteſt.

Diffentia eſt inter ſubiectum & ſcibile.

Eſt quoque differentia inter ſubiectum, & ſcibile. Nam propriè ſcibile dicitur tota concluſio demonſtrationis: ſubiectum uerò remotum dicitur extremum concluſionis demonſtratæ de ſubiecto. Igitur mota eſt hic quæſtio.

Logica, iſte terminus ſuperius eſt declaratus:

Syllogiſmus pōt capi duobus modis.

Syllogiſmus poteſt capi duobus modis. Pro prima intentione, & ſecunda: ſyllogiſmus primo intentionaliter ſumptus eſt ſyllogiſmus formatus ex tribus propoſitionibus in mente, uoce, & ſcripto: ſed quid iſtorum ſit prius, & cui primo inſunt paſſiones ſyllogiſmi? Dico, quod eſt ſyllogiſmus in mente, ſicut declarat Scotus in ante prędicamentis.

Scotus in anteprædicamentis quæſtione prima.

Syllogiſmus ſecundò intentionaliter

liter ſumptus eſt quidam reſpectus, ſiue quædã habitudo præmiſſarum ad concluſionem.

Præterea ſyllogiſmus adhuc eſt duplex: quidã eſt ſyllogiſmus in communi, & hic eſt ille, qui abſtrahit à ſyllogiſmo particulari, à modo, & figura, qui eſt communis omnibus in logica conſideratis: Poteſt etiam capi pro ſyllogiſmo particulari, puta, pro ſyllogiſmo dialectico, Elencho & Demonſtratiuo. Primo mõ accipitur hic. Syllogiſmus duplex.

Eſt igitur ſenſus quæſtionis: An ſyllogiſmus in communi ſit ſubiectum attributionis in tota logica? Senſus quæſtionis tituli.

Ad partem argumentatiuam adducitur unum argumentum ualde difficile: ſed quia iunioribus eſt ualde laborioſum, ideo illud in ſolutione argumentorum dimittitur formandum, & ſoluendum: per quod argumentum probatur, quod ſyllogiſmus non eſt ſubiectum in logica.

Ad oppoſitum pro rei ueritate arguitur ſic enthymematice Paſſiones ſyllogiſmi ĩ logica principaliter, primo, & per ſe de ſubiecto demonſtrãtur, & de aliis propter ipſum ſyllogiſmum, ergo ſyllogiſmus eſt hic ſubiectum: antecedens patebit in corpore quæſtionis: conſequentia patet. Nam illud debet aſſignari pro ſubiecto in aliqua ſcientia, de quo paſſiones principalius conſiderantur: ſed principalius conſiderantur, & demonſtrantur de ſyllogiſmo, quàm de aliis, ergo. Ad oppoſitum arguitur, & pro parte, uera enthymematice.

Circa declarationem iſtius argumẽti multa Scoti documenta, & præclara ſunt nobis declaranda. Quia Scotus hic dicit in quæſtione, Paſſiones ſyllogiſmi. Vbi loquitur in numero plurali, per quod dat intelligere plures eſſe paſſiones. Documenta Scoti.

Ideo q̃ro. An ſint plures paſſiones ſyllogiſmi?

Ad quod dico, quod ſunt tres: iſtæ ſunt ſcilicet, cõſtare ex tribus terminis: eſſe in modo, & in An ſint plures paſſiones ſyllogiſmi.

figura

figura: & neceſſario inferre concluſionem. Vbi eſt diligenter notandum. Quod iſte paſſiones primo, & per ſe competunt ſyllogiſmo in communi; & primo,& per ſe de ſyllogiſmo in communi demonſtrantur: per ſe uerò, & non primo de ſyllogiſmis particularibus: ſicut à ſimili imaginamur, quod hominis plures ſunt paſſiones .ſ. riſibilitas, diſciplinabilitas, & capacitas diſciplinę: quæ primo,&per ſe competunt honmini, & primo,& per ſe de eo demonſtrantur; per ſe,& non primo de ſorte, & Platone.

Hominis ſunt plures paſſiones.

Sed tu poſſes quærere: iſtæ paſſiones, ex quo ſunt accidentia, à quo fluunt,& undeueniũt? Dico, quod fluunt,& emanant ex principijs ipſius ſyllogiſmi; quemadmodũ & riſibilitas ebulit ex principiis ſpeciei,&ipſius hominis. Hoc uerbo: ebulire, uſus eſt Scotus in 2. ſent. Et pp̃ hocverbũ moti ſunt oẽs Scotiſtæ, qđ paſſiones idẽtificant realiter cũ ſubiecto. Modo igitur dr̃, paſſio cauſatur à ſubiecto: paſſio dependet à ſubiecto: paſſio producitur à ſubiecto. Hæc enim nomina, cum ponant diſtinctionem realem inter paſſionem,& ſubiectum, ſunt interdicta in hoc genere dicendi. Hæc igitur nomina proferre poſſumus ſine ambiguitate. Paſſio emanat, pullulat, ebulit à ſubiecto. Hoc autem uocabulum à rei ueritate,& ſimilitudine ſumptum eſt. Nam ſicut aqua in olla poſita, uel appoſita,& igne approximato ipſius aquę, ebulitio enaſcitur. Ita etiam, principiis ſpeciei pariter in ſpecie unitis, paſſio ipſa fluit.

Paſſiões à quo fluunt.

Scot. in 2. Senten. diſt. 16.

Inter ſubiectũ, & propriã paſſionem eſt ibi efficientia extenſiuè sũpta.

Pulchrũ exemplum.

Prętereà, quia ſermo eſt de paſſionibus, eas declarare & docere uos uolo, quæ in hac materia ſunt neceſſaria. Quodlibet propter quid eſt; Nõ quod ſubiectũ continet uirtualiter omnes ſuas paſſiones, ſicut dicit Scotus in 1. ſenten. continere

Scotus in prologo. q. 3.

re uerò ſubiectũ ſuas paſſiones, nil aliud eſt, niſi ſubiectum ducere paſſiones in eſſe cognito. Reſponſio mea eſt hæc, quia ſicut ſubiectum dat paſſionibus entitatem, ſic & cognoſcibilitatẽ. Et ideo ſubiectum continere uirtualiter ſuas paſſiones, nihil aliud eſt, niſi quod ſubiectum habet medium, per quod ſuas paſſiones cognoſcere facit. Hic autem eſt præ omnibus obſeruãdũ ſummopere unum; quod ſubiectum cuiuſcunq; ſcientiæ habet partes ſubiectiuas, quæ partes ſub ſe habẽt ſuas proprias paſſiones. Modo ſubiectũ continet uirtualiter paſſiones ſuas proprias, ſic quod per diffinitionẽ ipſius ſubiecti poſſunt demonſtrari paſſiones de ſubiecto: Paſſiones partiũ ſubiectiuarum ſubiecti non cõtinet uirtualiter, ideſt quòd per diffinitionem ſubiecti non poſſunt demonſtrari paſſiones partium ſubiectiuarum ſubiecti. Ratio, quia illud medium erat nimis commune ad probandum paſſiones partiũ ſubiectiuarum. Et ita demonſtratio non eſſet ex propriis, ſicut iuſſit Ariſt. ſed ex communibus. Præterea ſequeretur hoc inconueniens, quod media particularia ſuperfluerent. Continet igitur paſſiones ſuas proprias uirtualiter; paſſiones uero partium ſubiectiuarum potentialiter. exemplum horum eſt; Nam certum eſt, quod ſyllogiſmus eſt ſubiectum hic, quod habet has paſſiones, conſtare ex tribus terminis, eſſe in modo, & in figura, & neceſſariò inferre concluſionẽ. Has quidem paſſiones continet uirtualiter, pro quãto per medium ſuum. ſ. diffinitionem ſyllogiſmi, & uirtute eius reducitur in eſſe cognito: neceſſitas, quæ eſt paſſio demonſtrationis; probabilitas, quę eſt paſsio ſyllogiſmi dialectici: & apparentia, quæ eſt paſsio ſyllogiſmi ſophiſtici, nõ continentur ſub ſyllogiſmo uirtualiter, ſed potẽtialiter:

Quid ſit ſubiectum continere uirtualiter. Suas paſſiones.

Ariſt. 1. poſt. cõ tex. 5.

Exemplum.

Quid paſſiones inferiorum cõtineri potentialiter in ſuperiori, ad propria ſubiecta particularia.

tialiter: hoc eſt, quod ſi ego uolo demonſtrare neceſſitatem de demonſtratione, tanquam de ſubiecto, probabilitatem de ſyllogiſmo dialectico tanquam de ſubiecto, & apparentiam de ſyllogiſmo Elencho; non poſſumus uti pro medio diffinitione ſyllogiſmi. Ratio, quia illud medium eſt ualde commune reſpectu harum paſſionũ. Et tunc demonſtratio non eſſet ex propriis, ſed ex communibus. Et ideo ad demonſtrandas has paſſiones, oportet uti diffinitione uniuſcuiusq; ſubiecti proprii pro medio.

An paſſiões ſyllogiſmi in cõmuni ſunt reſpectus?

Vlterius eſt notãdum, quod iſtæ paſſiones ſyllogiſmi in communi, ſyllogiſmi dialectici probabilis, & Elenchi ſunt formaliter reſpectus, & entia reſpectiua. Probatur, omnis aptitudo eſt reſpectus, omnis paſſio eſt aptitudo, ergo omnis paſſio eſt reſpectus. Argumentum eſt in primo modo, omnia luce ſunt clariora.

Secũdò ſic, ſyllogiſmus eſt reſpectus, ergo paſſio eius eſt reſpectus: patet antecedens, quia ſyllogiſmus ſumitur pro reſpectu, ut diximus: conſequentia probatur, quia ſi paſſio eſſet ens abſolutum, & ſubiectum eius ens reſpectiuũ, tũc paſſio excederet naturam ſubiecti: ſed hoc eſt fa ſũ, ergo cogimur fateri, ſi ſubiectum eius eſt reſpectus, quod etiam & ſua paſſio.

Paſſiones iſtæ conuertuntur cum ſuis ſubiectis.

Præterea eſt obſeruandum, quod iſtæ paſſiones conuertuntur cum ſuis ſubiectis, ſicut à pari imaginamur reſpectus de paſſionibus realibus reſpectu ſubiectorum ſuorum.

Sicut in paſſionibus realibus eſt idemtitas, ita in paſſionibus Intentionalibus.

Homo non includit eſſentialiter ipſam riſibilitatem.

Vlterius eſt notandũ, quod ſicut nos imaginamur in paſſionibus realibus, quod ſunt idem realiter, ut homo, & riſibile, & diſtincta formaliter. Quia illa ſunt diſtincta formaliter, quorũ unũ non includit aliud in ſuo conceptu formali, & quidditatiuo; ſicut homo nõ includit in ſui natura

tura eſſentialiter riſibile, ſicut includit animal. Ita à ſimili imaginandum eſt;quod ſyllogiſmus, & conſtare ex tribus terminis, ſunt idem realiter,diſtincta tamen formaliter. Non.n.ſyllogiſmus includit in ſui natura quidditatiuè, & eſſentialiter,conſtare ex tribus terminis, quia prius non includit ſuum poſterius: ſed bene ſyllogiſmus includit oratione͂,quæ eſt genus ipſius ſylſmi. Et ita ſe habet tanquam ſuum ſuperius, & eſſentialiter inclu um in ſyllogiſmo.Stat igitur in ſecundis intentionibus identitas realis cum diſtinctione formali.

Inferius includit ſuum ſuperius, non econtra.

Syllogiſmus includit orationem.

Dicitur in hac parte.Doctor aggreditur quæſtionem ipſam diſſoluendam,et quatuor facit.

Scotus aggreditur q̃ſtionem ipsã,diſſoluendam.

PRIMO ALIORVM narrat opinionem:

SECVNDO,ut uideatur quæ earũ opinionũ ſit uerior, inducit conditiones præcipuas ipſius ſyllogiſmi.

Tertiò remouet illas conditiones à quinque opinionibus,tanquam illis ſubiectis incompetentes, & ſoluit rationem illarum opinionum.

Quatto ponit opinionem propriam de ſubiecto.Et probat ſyllogiſmo præ cęteris has conditiones conuenire:quarta ibi,dicendum ergo q͛d ſubiectum primum:ecunda ibi, ad ratione͂ quidem: ſecunda ibi,ad uidendum autem quæ iſtarum poſitionum.

In prima parte ſex de ſubiecto logicæ narrat opiniones.

Sex opiniones de ſubiecto logicæ.

Quarum prima ponit conceptum formatum ab actu rationis,eſſe ſubiectum in logica.

Prima opinio.

Secunda ponit, quod ſecunda intentio applicata primæ.

Secũda opinio

Tertia ponit, quod eſt ens rationis.

Tertia opinio.

Quarta ponit, quod eſt oratio in communi.

Quarta opinio

Quinta

Quinta opinio

Quinta ponit, quæ eſt Alberti, quod eſt argumentatio.

Sexta opinio.

Sexta ponit, quod eſt ſyllogiſmus.

Prima. n. opinio de ſubiecto eſt. conceptus formatus ab actu rõnis uide Egidium primo elencho rum.

Quælibet harum poſitionum habet ſua fundamenta. Prima igitur opinio tenet, quod ſubiectum logicæ eſt conceptus formatus ab actu rationis. Non ſufficiebat doctori dicere conceptũ præciſè: quia conceptus eſt multiplex. Ideo ut notaret de quo conceptu eſſet ſermo; ſtrinxit ſe ad conceptum formatum. Et quia conceptus formatus, quandoque poteſt eſſe ens reale; ideo ſtrictius limitat ſe dicẽs: quia conceptus realis formatus ab actu. Nec hoc ſufficit, quia conceptus formatus ab actu, poteſt eſſe cõceptus formabilis, qui eſt ens reale: ideo poſtremò addidit ab actu rationis. Conceptus igitur formatus ab actu rationis & à ratione cauſatus, non eſt niſi ſecunda intentio, & ens rationis. Et propterea benè dixit Scotus in reprobatione opinionum: qđ ſecunda intentio, & ens cauſatum à ratione, & conceptus formatus ab actu rationis coincidũt.

Quid ſit conceptus formatus ab actu rõnis.

Pro intelligentia terminorum eſt notandũ, qđ cõceptus eſt multiplex: primò poteſt accipi pro paſſione, & ſpecie intelligibili exiſtente in intellectũ, & ſic intelligitur illud. 1. Perierme. Vox eſt prima nota, & ſignum earum, quæ in anima, paſſionum. i. cõceptuum. Aduertas hic; quia conceptus ſic ſumptus eſt ens reale. Nam ponitur in prima ſpecie qualitatis. Secundò ſumitur conceptus pro quidditate concepta, hoc eſt pro aliquo obiecto reali, ut ſtat ſub concipi, & cognoſci ab intellectu, & de tali cõceptu poteſt uerificari illud quod ſcribit Scotus. Conceptus uerò actum intelligendi terminat. Iſtis duobus modis non accipitur in propoſito conceptus, quia eſt ens reale. Ens autem reale non poteſt eſſe ſubiectum

Conceptus pro ſpecie intelligibili ſic eſt ens reale. Primo periherme. cap. 1.

Vide Scotũ in ſuis Theorematibus.

Ens reale non poteſt eſſe ſubiectum in logica.

biectum in logica. Tertiò ſumitur cõceptus pro actu cauſato à ratione. Et ſic ſumitur hic: quia illud eſt ens rationis, ut patet. Põdera illud uerbũ cum dicit, ab actu rationis, per rationem ego intelligo intellectum. His ſic declaratis arguo ſic pro hac poſitione.

Illud eſt ſubiectum in logica, quod eſt cõmune omnibus conſideratis in logica: iſta patet quia ſcientia, & ſubiectũ dicuntur proportionari, & adequari, ſic quod unũ nõ trãſcẽdat alterũ, ſed conceptus formatus ab actu rationis eſt cõmunis omnibus in logica conſideratis, ergo illud eſt ſubiectum, minor probatur, & pro intellectu iſtus minoris eſt aduertendum, quod triplex eſt actus intellectus, licet ab Ariſt. non ponantur niſi duo 3. de Anima. Primus actus eſt intelligentia ſimplicium terminorum, & indiuiſibilium. Pro iunioribus eſt aduertendum; quod hęc prima operatio intellectus apud Auer. dicitur formatio, ſecunda uerò dicitur fides, dicitur autem intellectus intelligentia. i. Angelus, pro quanto ſtat ſub actu conſiderandi. Et propterea apud Peripateticos, Angelus mouens orbes dicitur intelligentia, quia ſemper ſtat ſub actu intelligendi, nec à uirtute corporea, à qua abſoluitur, in cognoſcendo impeditur.

Triplex eſt actus Intellectus.

3. De Aĩa tex. comm. 21.

Prima operatio intellectus ab Auer. dicitᷓ formatio; ſecũda dicitᷓ fides.

Termini autem illi, qui ab intellectu prima operatione eius intelliguntur, dicuntur indiuiſibiles, & incomplexi: ut homo, leo, animal, aſinus, capra. Vnde dicitur ille actus ſimplex triplici ſimplicitate: ſimplicitate intellectus, nam ſimplex, & indiuiſibilis: ſimplicitate actus, cum ponatur in prædicamento qualitatis. Et ſimplicitate obiecti, quod intelligitur. Nam hoc obiectũ quod dico, homo, eſt ſimplex ſimplicitate oppoſita complexioni, non ſimplicitate oppoſita cõ-

Termini ſunt indiuiſibiles.

Homo eſt ſimplex.

poſitioni

poſitioni : quia homo eſt cõpoſitus ex materia, & forma, non tamen eſt terminus complexus. Et ideo dicitur terminus complexus. Dicitur etiam indiuiſibilis. Nam ſicut ultima reſolutio in geometria ſtat ad punctum, in Philoſophia ad materiam primam, in Metaph. ad ens. Ita in logica ſtat ad terminum. Huic enim primo actui rationis, & intellectus correſpondet liber Prædicamentorum, qui eſt de incomplexis, quia eſt de genere generaliſſimo, de genere ſubalterno, de ſpecie, de indiuiduo, & de differentia : ſed circa hanc primam operationem intellectus. An ſit ueritas, & falſitas? Ad hoc dico, quod non eſt ueritas formaliter, nec falſitas. Quia ueritas, & falſitas, cum ſit paſſio conſequens naturam propoſitionis, nõ poteſt eſſe in primo actu intellectus: Quia in eo non eſt propoſitio negatiua, nec affirmatiua. Et tamen ueritas, & falſitas uirtualis ad hunc ſenſum. Quia in prima operatione intellectus ſunt termini ſimplices, ex quibus uirtualiter poteſt componi propoſitio, ex qua compoſita ueritas, & falſitas enaſcitur. Secundus actus rationis, & intellectus eſt compoſitio uel diuiſio iſtorum terminorum ſimplicium, & indiuiſibilium, facit autem intellectus compoſitionem affirmatiuam, cum uiderit prædicatum conuenire ſubiecto; ut homo eſt animal : facit autẽ propoſitionem negatiuam, & diuiſiuam, cum uiderit naturam prædicati repugnantem ſubiecto. Nam intellectus reſpiciens prædicatum repugnans ſubiecto, tanquam monſtrum horreſcens ſeparat in propoſitione beneficio negationis, quod in rei natura erat pœnitus diſiunctum atque diuiſum : ut homo non eſt aſinus. Et huic actui ſecundo rationis correſpondet liber Peryherine. in quo de enunciatione tanquam de ſubiecto;

Primus actus ĩtellectus dicitur indiuiſibilis.

An in primo actu ĩtellectus ſit ueritas uel falſitas.

Falſitas & ueritas formalis, & uirtualis, virtualis uero eſt in primo actu intellectus.

Iſte ſecundus actus ab Auer. dicitur fides.

Ariſt. 3. de Anima. contex. 21. ponit tantum duos primos licet ex ſecundo poſſit tertius inferri.

bieƈo;& de propoſitione affimatiua, & negatiua agitur, & traƈtatur. Tertius aƈtus rationis eſt diſcurſus ſyllogiſticus formatus à notoad ignotum procedens. Iſte autem ſubdiuiditur. Nã quidam eſt dialeƈticus, & quidam opinatiuus apparens, & quidam falſigraphus, quidam demõſtratiuus. Huic tertio aƈtui intelleƈtus correſpondet, dicit Scotus, tota noua logica. Noua logica ea pars dicitur, quæ de ſyllogiſmo conſiderat, & de eius partibus. Dicitur autem noua reſpeƈtu partium, quæ ueterem partem occupant. Nã uetus illud dici poteſt, quod eſt prius tempore: nouum uerò poſterius tempore genitum. Et ita de toto, & parte dicas. Per hanc digreſſionem apparet probatio minoris. Quomodo aƈtus formatus à ratione eſt communis omnibus in logica conſideratis. Aliter ponitur ibi, tangitur ſecunda opinio, quæ dicit, quod logica eſt de ſecũdis intentionibus, ut arguatur ſic. Illud eſt ſubieƈtũ commune in logica, quod eſt commune omnibus in logica conſideratis, iſta patet: ſed ſecundæ intentiones ſunt huiuſmodi, ergo. hoc patet per Boetium, quia Iogica eſt de ſecundis intentionibus applicatis primis. Eſt igitur aduertendum hic, quod hæc eſt una propoſitio diuulgata: quod logica eſt de ſecundis intentionibus adiunƈtis primis. Vbi in hac authoritate ſunt multa pulchra obſeruanda: primum, quod illa præpoſitio, de, denotat mihi ſubieƈtum materiale conſideratum: & illud eſt ſecunda intẽtio. Vnde cum dicit, quod logica eſt de ſecundis intentionibus, ſecundum hanc opinionem, eſt ſenſus. quod logica eſt de ſecundis intentionibus, tanquam de ſubiecto materiali, circa quod logicus ipſe uerſatur. Vnde iſta autoritas ſi recte reſpiciatur, tangit ea omnia, quæ neceſſeria ſunt

Tertius Aƈtus.

Diuiſio Aƈtus.

Liber prædicamentorum, & liber perhiermeniarum dicunt logica uetus, quia ſunt de partibus integralibus ſyllogiſmi. Logica noua continet libros priorum, poſteriorum: topicorũ elenchorũ, traƈtat de toto, ſcilicet de ipſo ſyllogiſmo in ſe & in ſuis partibus ſubieƈtiuis & reducibilibus ad illas, cuiuſmodi ſunt, enthymema, ĩduƈtio, & exemplum.

Secunda Opinio de ſubieƈto logicæ.

Iſta præpoſitio de, denotat ſubieƈtum materiale.

Logica eſt de ſecundis intentionibus tãquã de ſubieƈto materiali.

pro integritate ſecundarum intentionum. Nam primò eſt ſecunda intẽtio:ſecundò applicatio ſecundę intentionis. Tertiò prima intentio,cui ſit applicatio.

Opinio Aliquorum Scotiſtarum.

Tacuit autem applicantem in ſe ſyllogiſmũ à quo fit effectiuè iſta applicatio. Quo in loco Scotiſtæ uolentes loqui de cauſalitate ſecundarum iotentionum,ualde in longum trahunt ſermones, unde in maximũ tedium trahunt animũ addiſcentis. Ego uerò paucis uerbis uolo uobis declarare cauſalitatem ſecundarum intentionũ quæ requiruntur. vnde diligenter eſt aduertendum; quod conſideratio logica non eſt Mathematica. Nam Mathematicus conſiderat lineam, magnitudinem,& ſuperficiem, nou tamen conſiderat,ea in quibus hæc accidentia ſunt: Quia conſideratio Mathematica abſtrahit a materia ſenſibili,quemadmodum declarat Auer. 1.Phyſ. & aliis locis:ſed eſt conſideratio pictoria. Nam pictor non ſolum conſiderat colorem, & colorum uarietatem:ſed adhuc conſiderat parietem in quo elaborandi apponuntur colores.ſunt igitur in pingendi arte hæc perneceſſaria ſ. intellectus pictoris. Nam pictor eſt agens per rationem, iuxta illud Philoſophi proœmio primæ Philoſophię. Genus hoĩum arte, & rõne uiuit. Secundo eſt manus, q̃ eſt organũ organorũ ſm Philoſophũ.3. de Anima. Tertio requiritur peniculus,cuius leui protractione de loco ad locum uenuſtiſſima, conuenientia de relinquuntur colorum ueſtigia. Quarto requiritur paries ſed hic aduerte, quod non quocunque modo à pingente recipit colores. Nam ſi rudis paries fuerit, dedignabitur pictor ſuos ibi inſerere colores.Requiritur ergo quædam diſpoſitio archi tecti beneficio inducta, qua paries decentius,

Cauſalitas ſecundarum Intentionum.

Conſideratio logicalis nõ eſt mathematica.

Primo phyſ.cõmen. 49.

Conſideratio logicalis eſt pictoria.

Primo intellectus pictoris.

In procœmio Meta.

Secundo manus.

3. De Aĩa con tex. 38.

Tertio peniculus.

Quarto paries.

ac tenacius ſuſceptos retineat colores.

Et ſic à ſimili quatuor requiruntur ad integritatem, & cauſalitatem ſecundarum intentionũ Nam declaratio ſecundarum intentionum habenda eſt per propinquiora, & non remotiora. Primum requiritur intellectus poſſibilis. Nam ipſe ſua in officina eſt architector, pictor, & artifex ſecundarum intentionum. Secundò requiritur actus rectus, qui ſe habet tanquam manus in pictore. Tertio requiritur actus collatiuus ſiue comparatiuus, uel negotiatiuus: quo actu intellectus confert unum obiectum cognitum alteri obiecto cognito, & ex cognitione unius labitur in cognitionem alterius. & ex tali collatione, ut ex peniculo pictoris, relinquitur quædam ſecunda intentio. Et hoc eſt quod optimè uolunt dicere Scotiſtæ, quod ſecundæ intentiones non propriè cauſantur, ſed dereliquuntur, ſicut & colores derelinquuntur ex peniculis, & manus protractione. Quartò requiritur prima intentio, quæ eſt tanquam paries ſecundarum intentionum, & diximus, quod paries nõ quocunque modo recipit colores, niſi architecti manus eum lineauerit. Sic & prima intentio non quocunque modo eſt paries, neque fundamentum ſecundarum intentionum, niſi fuerit cognita ab intellectu. Prima igitur intentio nõ eſt fundamentum ſecundę intentionis nuda: ſed inducta cognitione. Et ideò niſi intentio cognita fuerit, ſecunda intentio ſuper eam applicari non poterit. Propterea recte dicit Scotus, quod prima intentio eſt obiectum cognitum, uel cognoſcibile, ſupra quod nata eſt fundari ſecunda intentio. Exemplum, homo eſt prima intentio: ſpecies eſt ſecunda intentio: homo extra animã & intellectum non eſt fundamentum ſecundæ

Quid requiratur ad cauſandas ſecundas intentiones. Primo intellectus poſſibilis. Secũdò Actus rectus. Tertio Actus collatiuus. Quarto prima Intentio. Pulchra comparatio. Qũo prima intentio ſit fundamentum ſecundarum. Exemplum.

intentionis,& ſpeciei, ſed homo cognitus.Secũ da autem intentio eſt quidam reſpectus rationis effectiuè cauſatus, ſiue derelictus ab actu cõparatiuo intellectus in obiecto cognito & comparato.

Quid ſit ſecunda intentio.

TERTIO MODO PONITVR.

RECITATIS duabus opinionibus de ſubiecto logicæ: ſupereſt in pſenti eã opinionẽ de ſubiecto logicæ referre, quæ tertium locum in dicendo occupat. Et iſta opinio eſt Diui Thomæ, qui ponit, quod ens rationis eſt ſubiectum in logica. Arguit ſic.

3. Opinio eſt, D. Thomæ, 4. Meta. lectione 4. & opus. c. 42.

Circa idem laborat Metaph. ſophiſta,& logicus: ſed ens circa quod laborat Metaph. eſt ſubiectum Metaph. ergo ens rationis circa quod laborat logicus erit ſubiectũ in logica. Vel ſic.

Illud eſt ſubiectum in logica,circa quod laborat,& occupatur logicus; ſed logicus occupatur circa ens rationis,ergò &c.

Sumit autem fundamentum iſta opinio ex dictis Philoſophi. 4. Metaph. Quarto ponitur pro ſubiecto logicæ ipſa oratio. Et arguitur ſic.

4. Meta. cõtex. 5.

Quarta opinio eſt oratio.

Illud eſt ſubiectum in aliqua ſcientia de quo & de eius partibus conſideratur in ueteri,& noua logica, hoc patet: ſed de oratione, & de eius partibus cõſideratur, & determinatur in ueteri, & noua logica, ſicut patet diſcurrẽti, ergo. Præterea illud eſt ſubiectum, quod ponitur in diffinitione ſyllogiſmi, ſed oratio eſt huiuſmodi, ut patet. 1. Prior, ergo.

Primo priorũ, cap. 1.

Quinta opinio ponit, quod ſubiectũ ſit argumentatio,& arguitur ſic.

5. Opinio eſt Argumentatio eſt ipſius Alberti in præambulis prædicabilium.

Illud eſt ſubiectum in aliqua ſcientia, de cuius ſpeciebus, & partibus eſt tota illa ſcientia; ſed tota logica eſt de argumentatione, & eius partibus: igitur,

Sexta

Sexta opinio ponit, quod ſyllogiſmus eſt ſubiectum in logica. Arguitur ſic. 6. Opinio ipſius Sc.

Illud eſt ſubiectum in aliqua ſcientia, propter quod omnia conſiderata habent attributionem ad ipſum: ſed ſyllogiſmus eſt huiuſmodi, ergo. Hæc igitur ſunt opiniones de ſubiecto logicæ.

VIDENDVM AVTEM.

Hic doctor intendit declarare quæ iſtarum opinionum ſit tenēda, & quæ ſit abiicienda. Hoc autem recte uideri nequiuit, niſi apponantur cōditiones requiſitæ ad ſubiectum, quibus conditionibus uiſis, ſciemus pro certo, quid erit ſubiectum in logica. Nam cui conditiones omnes ſimul conueniunt, recte ſubiectum, uel pro ſubiecto cōſtitui poteſt. Cui uerò deſunt, minime pro ſubiecto ſtabiliendum erit in ſcientia. Mens Doctoris.

Sunt igitur tres conditiones præcipuè ſubiecti in ſcientia, Vbi ponderate uerbum illud, præcipuè. Nam per illud uerbum tollitur quedam obiectio, & inſtantia, quę fieri poſſit in iſto loco. Quia Scotus in primo reportationum, apponit ſex conditiones requiſitas ad ſubiectum in ſcientia. Hic autem nō enumerauit niſi tres. Ergo aut hic diminutus, aut ibi ſuperfluus & propterea dicit Scotus hic, quod licet ſint plures conditiones ſubiecti: tamē iſtæ tres ſunt pcipuę, ad quas aliæ reducuntur. Prima igitur conditio eſt hæc, qđ de ſubiecto pręſupponit, & qa eſt & quid eſt. Hęc cōditio ponitur ad Ariſ. 1 Poſt: Ego uerò, ut hunc locum intelligatis, hunc ipſum ſubibo laborem. Vult ergo philoſophus, quod demonſtrator antequā demonſtret paſſiones de ſubiecto, pcognoſcat de ſubiecto, quid eſt, & quia eſt. Primo ergo declarabo quid importatur per iſtum terminum, quid eſt, ſecundò quid per quia eſt. Per quid eſt iuxta doctrinam Scoti poſſumus intelli-

Cōditiones ſubiecti sūt tres.

Scotus in primo reportationum quæſtione prima.

Primo poſt. cōtex. 2.

Vide Mauritiū in 3. q. uniuerſalium.

Vt in logica ſubiectum prædicationis poſſet poni ens rationis, ſecunda intentio. Nam hæc de omnibus in logica conſideratis prædicantur: ſubiectum principalitatis poſſet poni demonſtratio; nam demonſtratio eſt principalior pars conſiderata, & contenta in tota logica. Subiectum autem attributionis eſt illud, ad quod omnia conſiderata in ſcientia diriguntur, & ordinantur. Et ſic eſſet ſyllogiſmus.

Hic diſputatur de ſubiecto attributionis.

Hic autem in præſenti quærimus de ſubiecto attributionis, & uolumus diſputare, quod eſt illud in tota logica, ad quod omnia habent ordinem, & attributionem.

Nota ꝑ iunioribus.

Eſt tamen hic pro uiribus aduertēdum; quod illud quod eſt conſiderandum in aliqua ſcientia, potius poſſet dici, obiectum, q̃ ſubiectū. Nam obiectū uenit ab iſto verbo, obijcio obiicis, inde obiectum obiecti. Quapropter illud, quod primo noſtris ſe obiicit oculis, offert, & repreſentat primum conſideratum, poteſt dici obiectum. Et quia ſyllogiſmus nobis primo obiicitur conſiderandus, ideo meritò obiectum dici poteſt.

Diffentia eſt inter ſubiectum & ſcibile.

Eſt quoque differentia inter ſubiectum, & ſcibile. Nam propriè ſcibile dicitur tota concluſio demonſtrationis: ſubiectum uerò remotum dicitur extremum concluſionis demonſtratæ de ſubiecto. Igitur mota eſt hic quæſtio.

Logica, iſte terminus ſuperius eſt declaratus:

Syllogiſmus pōt capi duobus modis.

Syllogiſmus poteſt capi duobus modis. Pro prima intentione, & ſecunda: ſyllogiſmus primo intentionaliter ſumptus eſt ſyllogiſmus formatus ex tribus propoſitionibus in mente, uoce, & ſcripto: ſed quid iſtorum ſit prius, & cui primo inſunt paſſiones ſyllogiſmi? Dico, quod eſt ſyllogiſmus in mente, ſicut declarat Scotus in ante prędicamentis. Syllogiſmus ſecundò intentionaliter

Scotus in antepræ dicamentis quæſtione prima.

liter ſumptus eſt quidam reſpectus, ſiue quædã habitudo præmiſſarum ad concluſionem. Syllogiſmus duplex.

Preterea ſyllogiſmus adhuc eſt duplex: quidã eſt ſyllogiſmus in communi, & hic eſt ille, qui abſtrahit à ſyllogiſmo particulari, à modo, & figura, qui eſt communis omnibus in logica conſideratis: Poteſt etiam capi pro ſyllogiſmo particulari, puta, pro ſyllogiſmo dialectico, Elencho & Demonſtratiuo. Primo mõ accipitur hic.

Eſt igitur ſenſus quæſtionis: An ſyllogiſmus in communi ſit ſubiectum attributionis in tota logica? Senſus quæſtio nis tituli.

Ad partem argumentatiuam adducitur unum argumentum ualde difficile: ſed quia iunioribus eſt ualde laborioſum, ideo illud in ſolutione argumentorum dimittitur formandum, & ſoluendum: per quod argumentum probatur, quod ſyllogiſmus non eſt ſubiectum in logica.

Ad oppoſitum pro rei ueritate arguitur ſic enthymematice Paſſiones ſyllogiſmi ĩ logica principaliter, primo, & per ſe de ſubiecto demonſtrãtur, & de aliis propter ipſum ſyllogiſmum, ergo ſyllogiſmus eſt hic ſubiectum: antecedens patebit in corpore quæſtionis: conſequentia patet. Nam illud debet aſſignari pro ſubiecto in aliqua ſcientia, de quo paſſiones principalius conſiderantur: ſed principalius conſiderantur, & demonſtrantur de ſyllogiſmo, quàm de aliis, ergo. Ad oppoſitum arguitur, & pro parte, uera enthymematice.

Circa declarationem iſtius argumẽti multa Scoti documenta, & præclara ſunt nobis declaranda. Quia Scotus hic dicit in quęſtione, Paſſiones ſyllogiſmi. Vbi loquitur in numero plurali, per quod dat intelligere plures eſſe paſſiones. Documenta Scoti.

Ideo q̃ro. An ſint plures paſſiones ſyllogiſmi?

Ad quod dico, quod ſunt tres: iſtæ ſunt ſcilicet, cõſtare ex tribus terminis: eſſe in modo, & in An ſint plures paſſiones ſyllo giſmi.

figura: & neceſſario inferre concluſionem. Vbi eſt diligenter notandum. Quod iſte paſſiones primo, & per ſe competunt ſyllogiſmo in communi; & primo, & per ſe de ſyllogiſmo in communi demonſtrantur: per ſe uerò, & non primo de ſyllogiſmis particularibus: ſicut à ſimili imaginamur, quod hominis plures ſunt paſſiones .ſ. riſibilitas, diſciplinabilitas, & capacitas diſciplinę: quæ primo, & per ſe competunt honmini, & primo, & per ſe de eo demonſtrantur; per ſe, & non primo de ſorte, & Platone.

Hominis ſunt plures paſſiones.

Sed tu poſſes quærete: iſtæ paſſiones, ex quo ſunt accidentia, à quo fluunt, & undeueniũt? Dico, quod fluunt, & emanant ex principijs ipſius ſyllogiſmi; quemadmodũ & riſibilitas ebulit ex principiis ſpeciei, & ipſius hominis. Hoc uerbo: ebulire, uſus eſt Scotus in 2. ſent. Et pp hoc verbũ moti ſunt oẽs Scotiſtæ, qđ paſſiones idẽtificanẽ realiter cũ ſubiecto. Modo igitur dr̃, paſſio cauſatur à ſubiecto: paſſio dependet à ſubiecto: paſſio producitur à ſubiecto. Hæc enim nomina, cum ponant diſtinctionem realem inter paſſionem, & ſubiectum, ſunt interdicta in hoc genere dicendi. Hæc igitur nomina proferre poſſumus ſine ambiguitate. Paſſio emanat, pullulat, ebulit à ſubiecto. Hoc autem uocabulum à rei ueritate, & ſimilitudine ſumptum eſt. Nam ſicut aqua in olla poſita, uel appoſita, & igne approximato ipſius aquę, ebulitio enaſcitur. Ita etiam, principiis ſpeciei pariter in ſpecie unitis, paſſio ipſa fluit.

Paſſiões à quo fluunt.

Scot. in 2. Senten. diſt. 16.

Inter ſubiectũ, & propriã paſſionem eſt ibi efficientia extenſiuè ſũpta.

Pulchrũ exemplum.

Prętereа, quia ſermo eſt de paſſionibus, eas declarare & docere uos uolo, quæ in hac materia ſunt neceſſaria. Quodlibet propter quid eſt; Nõ quod ſubiectũ continet uirtualiter omnes ſuas paſſiones, ſicut dicit Scotus in 1. ſenten. contine

Scotus in prologo. q. 3.

re uerò ſubiectũ ſuas paſſiones, nil aliud eſt, niſi ſubiectum ducere paſſiones in eſſe cognito Reſponſio mea eſt hæc, quia ſicut ſubiectum dat paſſionibus entitatem, ſic & cognoſcibilitatẽ. Et ideo ſubiectum continere uirtualiter ſuas paſſiones, nihil aliud eſt, niſi quod ſubiectum habet medium, per quod ſuas paſſiones cognoſcere facit. Hic autem eſt præ omnibus obſeruãdũ ſummopere unum; quod ſubiectum cuiuſcunq; ſcientiæ habet partes ſubiectiuas, quæ partes ſub ſe habẽt ſuas proprias paſſiones. Modo ſubiectũ continet uirtualiter paſſiones ſuas proprias, ſic quod per diffinitionẽ ipſius ſubiecti poſſunt demonſtrari paſſiones de ſubiecto: Paſſiones partiũ ſubiectiuarum ſubiecti non cõtinet uirtualiter, ideſt quòd per diffinitionem ſubiecti non poſſunt demonſtrari paſſiones partium ſubiectiuarum ſubiecti. Ratio, quia illud medium erat nimis commune ad probandum paſſiones partiũ ſubiectiuarum. Et ita demonſtratio non eſſet ex propriis, ſicut iuſſit Ariſt. ſed ex communibus. Præterea ſequeretur hoc inconueniens, quod media particularia ſuperfluerent. Continet igitur paſſiones ſuas proprias uirtualiter; paſſiones uerò partium ſubiectiuarum potentialiter. exemplum horum eſt; Nam certum eſt, quod ſyllogiſmus eſt ſubiectum hic, quod habet has paſſiones, conſtare ex tribus terminis, eſſe in modo, & in figura, & neceſſariò inferre concluſionẽ. Has quidem paſſiones continet uirtualiter, pro quãto per medium ſuum. ſ. diffinitionem ſyllogiſmi, & uirtute eius reducitur in eſſe cognito: neceſſitas, quæ eſt paſſio demonſtrationis; probabilitas, quę eſt paſsio ſyllogiſmi dialectici: & apparentia, quæ eſt paſsio ſyllogiſmi ſophiſtici, nõ continentur ſub ſyllogiſmo uirtualiter, ſed potẽtialiter:

Quid ſit ſubiectum continere uirtualiter. Suas paſſiones.

Ariſt. 1. poſt. cõ tex. 5.

Exemplum.

Quid paſſiones inferiorum cõtineri potentialiter in ſuperiori, ad propria ſubiecta particularia.

tialiter: hoc eſt, quod ſi ego uolo demonſtrare neceſſitatem de demonſtratione, tanquam de ſubiecto, probabilitatem de ſyllogiſmo dialectico tanquam de ſubiecto, & apparentiam de ſyllogiſmo Elencho; non poſſumus uti pro medio diffinitione ſyllogiſmi. Ratio, quia illud medium eſt ualde commune reſpectu harum paſſionũ. Et tunc demonſtratio non eſſet ex propriis, ſed ex communibus. Et ideo ad demonſtrandas has paſſiones, oportet uti diffinitione uniuſcuiusq; ſubiecti proprii pro medio.

An paſſiões ſyllogiſmi in cõmuni ſunt reſpectus.

Vlterius eſt notãdum, quod iſtæ paſſiones ſyllogiſmi cõmuni, ſyllogiſmi dialectici probabilis, & Elenchi ſunt formaliter reſpectus, & entia reſpectiua. Probatur, omnis aptitudo eſt reſpectus, omnis paſſio eſt aptitudo, ergo omnis paſſio eſt reſpectus. Argumentum eſt in primo modo, omnia luce ſunt clariora.

Secũdò ſic, ſyllogiſmus eſt reſpectus, ergo paſſio eius eſt reſpectus: patet antecedens, quia ſyllogiſmus ſumitur pro reſpectu, ut diximus: conſequentia probatur, quia ſi paſſio eſſet ens abſolutum, & ſubiectum eius ens reſpectiuũ, tũc paſſio excederet naturam ſubiecti: ſed hoc eſt fa ſũ, ergo cogimur fateri, ſi ſubiectum eius eſt reſpectus, quod etiam & ſua paſſio.

Paſſiones iſtæ conuertuntur cum ſuis ſubiectis.

Præterea eſt obſeruandum, quod iſtæ pasſiones conuertuntur cum ſuis ſubiectis, ſicut à pari imaginamur reſpectus de pasſionibus realibus reſpectu ſubiectorum ſuorum.

Sicut in paſſionibus realibus eſt idemtitas. ita in paſſionibus Intentionalibus.

Homo non includit eſſentialiter ipſam riſibilitatem.

Vlterius eſt notandũ, quod ſicut nos imaginamur in pasſionibus realibus, quod ſunt idem realiter, ut homo, & riſibile, & diſtincta formaliter. Quia illa ſunt diſtincta formaliter, quorũ unũ non includit aliud in ſuo conceptu formali, & quidditatiuo; ſicut homo nõ includit in ſui natura

tura eſſentialiter riſibile, ſicut includit animal. Ita à ſimili imaginandum eſt;quod ſyllogiſmus, & conſtare ex tribus terminis, ſunt idem realiter, diſtincta tamen formaliter. Non.n.ſyllogiſmus includit in ſui natura quidditatiuè, & eſſentialiter, conſtare ex tribus terminis, quia prius non includit ſuum poſterius: ſed bene ſyllogiſmus includit orationẽ, quæ eſt genus ipſius ſylſmi. Et ita ſe habet tanquam ſuum ſuperius, & eſſentialiter inclu um in ſyllogiſmo. Stat igitur in ſecundis intentionibus identitas realis cum diſtinctione formali.

Inferius includit ſuum ſuperius, non econtra.

Syllogiſmus includit orationem.

Dicitur in hac parte. Doctor aggreditur quæſtionem ipſam diſoluendam, et quatuor facit.

Scotus aggreditur q̃ſtionem ipsã, diſſoluendam.

PRIMO ALIORVM narrat opinionem:

SECVNDO, ut uideatur quæ earũ opinionũ ſit uerior, inducit conditiones præcipuas ipſius ſyllogiſmi.

Tertiò remouet illas conditiones à quinque opinionibus, tanquam illis ſubiectis incompetentes, & ſoluit rationem illarum opinionum.

Quarto ponit opinionem propriam de ſubiecto. Et probat ſyllogiſmo præ cęteris has conditiones conuenire: quarta ibi, dicendum ergo q̃d ſubiectum primum: ecunda ibi, ad rationẽ quidem: ſecunda ibi, ad uidendum autem quæ iſtarum poſitionum.

In prima parte ſex de ſubiecto logicæ narrat opiniones.

Sex opiniones de ſubiecto logicæ.

Quarum prima ponit conceptum formatum ab actu rationis, eſſe ſubiectum in logica.

Prima opinio.

Secunda ponit, quod ſecunda intentio applicata primæ.

Secũda opinio

Tertia ponit, quod eſt ens rationis.

Tertia opinio.

Quarta ponit, quod eſt oratio in communi.

Quarta opinio

Quinta

Quinta opinio

Quinta ponit, quæ eſt Alberti, quod eſt argumentatio.

Sexta opinio.

Sexta ponit, quod eſt ſyllogiſmus.

Prima. n. opinio de ſubiecto eſt, conceptus formatus ab actu rōnis uide Egidium primo elencho rum.

Quælibet harum poſitionum habet ſuā fundamenta. Prima igitur opinio tenet, quod ſubiectum logicæ eſt conceptus formatus ab actu rationis. Non ſufficiebat doctori dicere conceptū præcisè: quia conceptus eſt multiplex. Ideo ut notaret de quo conceptu eſſet ſermo; ſtrinxit ſe ad conceptum formatum. Et quia conceptus formatus, quandoque poteſt eſſe ens reale; ideo ſtrictius limitat ſe dicēs: quia conceptus realis formatus ab actu. Nec hoc ſufficit, quia conceptus formatus ab actu, poteſt eſſe cōceptus formabilis, qui eſt ens reale: ideo poſtremò addidit ab actu rationis. Conceptus igitur formatus ab actu rationis & à ratione cauſatus, non eſt niſi ſecunda intentio, & ens rationis. Et propterea benè dixit Scotus in reprobatione opinionum: qđ ſecunda intentio, & ens cauſatum à ratione, & conceptus formatus ab actu rationis coincidūt.

Quid ſit conceptus formatus ab actu rōnis.

Pro intelligentia terminorum eſt notandū, qđ cōceptus eſt multiplex: primò poteſt accipi pro paſſionē, & ſpecie intelligibili exiſtente in intellectu, & ſic intelligitur illud. 1. Periermе. Vox eſt prima nota, & ſignum earum, quæ in anima, paſſionum. i. cōceptuum. Aduertas hic; quia conceptus ſic ſumptus eſt ens reale. Nam ponitur in prima ſpecie qualitatis. Secundò ſumitur conceptus pro quidditate concepta, hoc eſt pro aliquo obiecto reali, ut ſtat ſub concipi, & cognoſci ab intellectu, & de tali cōceptu poteſt uerificari illud quod ſcribit Scotus. Conceptus uerò actum intelligendi terminat. Iſtis duobus modis non accipitur in propoſito conceptus, quia eſt ens reale. Ens autem reale non poteſt eſſe ſubiectum

Conceptus pro ſpecie intelligibili ſic eſt ens reale. Primo periher me. cap. 1.

Vide Scotū in ſuis Theorematibus.

Ens reale non poteſt eſſe ſubiectum in logica.

biectum in logica. Tertiò ſumitur cóceptus pro actu cauſato à ratione. Et ſic ſumitur hic: quia illud eſt ens rationis, ut patet. Pōdera illud uerbū cum dicit, ab actu rationis, per rationem ego intelligo intellectum. His ſic declaratis arguo ſic pro hac poſitione.

Illud eſt ſubiectum in logica, quod eſt cōmune omnibus conſideratis in logica: iſta patet quia ſcientia, & ſubiectū dicuntur proportionari, & adequari, ſic quod unū nō trāſcēdat alterū, ſed conceptus formatus ab actu rationis eſt cōmunis omnibus in logica conſideratis, ergo illud eſt ſubiectum, minor probatur, & pro intellectu iſtus minoris eſt aduertendum, quod triplex eſt actus intellectus, licet ab Ariſt. non ponantur niſi duo 3. de Anima. Primus actus eſt intelligentia ſimplicium terminorum, & indiuiſibilium. Pro iunioribus eſt aduertendum; quod hęc prima operatio intellectus apud Auer. dicitur formatio, ſecunda uerò dicitur fides, dicitur autem intellectus intelligentia. i. Angelus, pro quanto ſtat ſub actu conſiderandi. Et propterea apud Peripateticos, Angelus mouens orbes dicitur intelligentia, quia ſemper ſtat ſub actu intelligendi, nec à uirtute corporea, à qua abſoluitur, in cognoſcendo impeditur.

Triplex eſt actus Intellectus.

3. De Aīa tex. comm. 21.

Prima operatio intellectus ab Auer. dicit̄ formatio; ſecūda dicit̄ fides.

Termini autem illi, qui ab intellectu prima operatione eius intelliguntur, dicuntur indiuiſibiles, & incomplexi: ut homo, leo, animal, aſinus, capra. Vnde dicitur ille actus ſimplex triplici ſimplicitate: ſimplicitate intellectus, nam ſimplex, & indiuiſibilis: ſimplicitate actus, cum ponatur in prædicamento qualitatis. Et ſimplicitate obiecti, quod intelligitur. Nam hoc obiectū quod dico, homo, eſt ſimplex ſimplicitate oppoſita complexioni, non ſimplicitate oppoſita cōpoſitioni

Termini ſunt indiuiſibiles.

Homo eſt ſimplex.

poſitioni: quia homo eſt cōpoſitus ex materia, & forma, non tamen eſt terminus complexus. Et ideo dicitur terminus complexus. Dicitur etiam indiuiſibilis. Nam ſicut ultima reſolutio in geo metria ſtat ad punctum, in Philoſophia ad materiam primam, in Metaph. ad ens. Ita in logica ſtat ad terminum. Huic enim primo actui rationis, & intellectus correſpondet liber Prædicamentorum, qui eſt de incomplexis, quia eſt de genere generaliſſimo, de genere ſubalterno, de ſpecie, de indiuiduo, & de differentia: ſed circa hanc primam operationem intellectus. An ſit ueritas, & falſitas? Ad hoc dico, quod non eſt ueritas formaliter, nec falſitas. Quia ueritas, & falſitas, cum ſit paſſio conſequens naturam propoſitionis, nō poteſt eſſe in primo actu intellectus: Quia in eo non eſt propoſitio negatiua, nec affirmatiua. Et tamen ueritas, & falſitas uirtualis ad hunc ſenſum. Quia in prima operatione intellectus ſunt termini ſimplices, ex quibus uirtualiter poteſt componi propoſitio, ex qua compoſita ueritas, & falſitas enaſcitur. Secundus actus rationis, & intellectus eſt compoſitio uel diuiſio iſtorum terminorum ſimplicium, & indiuiſibilium, facit autem intellectus compoſitionem affirmatiuam, cum uiderit prædicatum conuenire ſubiecto; ut homo eſt animal: facit autē propoſitionem negatiuam, & diuiſiuam, cum uiderit naturam prædicati repugnantem ſubiecto. Nam intellectus reſpiciens prædicatum repugnans ſubiecto, tanquam monſtrum horreſcens ſeparat in propoſitione beneficio negationis, quod in rei natura erat pœnitus diſiunctum atque diuiſum: ut homo non eſt aſinus. Et huic actui ſecundo rationis correſpondet liber Peryherine. in quo de enunciatione tanquam de ſubiecto;

Primus actus intellectus dicitur indiuiſibilis.

An in primo actu intellectus ſit ueritas uel falſitas.

Falſitas & ueritas formalis, & uirtualis, uirtualis uero eſt in primo actu intellectus.

Iſte ſecundus actus ab Auer. dicitur fides.

Ariſt. 3. de Anima. contex. 21. ponit tantum duos primos licet ex ſecundo poſſit tertius inferri.

bieĉto;& de propoſitione affimatiua, & negatiua agitur, & tractatur. Tertius actus rationis eſt diſcurſus ſyllogiſticus formatus à noto ad ignotum procedens. Iſte autem ſubdiuiditur. Nã quidam eſt dialecticus, & quidam opinatiuus apparens, & quidam falſigraphus, quidam demõſtratiuus. Huic tertio actui intellectus correſpondet, dicit Scotus, tota noua logica. Noua logica ea pars dicitur, quæ de ſyllogiſmo conſiderat, & de eius partibus. Dicitur autem noua reſpectu partium, quæ ueterem partem occupant. Nã uetus illud dici poteſt, quod eſt prius tempore: nouum uerò poſterius tempore genitum. Et ita de toto, & parte dicas. Per hanc digreſſionem apparet probatio minoris. Quomodo actus formatus à ratione eſt communis omnibus in logica conſideratis. Aliter ponitur ibi, tangitur ſecunda opinio, quæ dicit, quod logica eſt de ſecũdis intentionibus, ut arguatur ſic. Illud eſt ſubiectũ commune in logica, quod eſt commune omnibus in logica conſideratis, iſta patet: ſed ſecundæ intentiones ſunt huiuſmodi, ergo. hoc patet per Boetium, quia logica eſt de ſecundis intentionibus applicatis primis. Eſt igitur aduertendum hic, quod hæc eſt una propoſitio diunlgata: quod logica eſt de ſecundis intentionibus adiunctis primis. Vbi in hac authoritate ſunt multa pulchra obſeruanda: primum, quod illa præpoſitio, de, denotat mihi ſubiectum materiale conſideratum: & illud eſt ſecunda intẽtio. Vnde cum dicit, quod logica eſt de ſecundis intentionibus, ſecundum hanc opinionem, eſt ſenſus. quod logica eſt de ſecundis intentionibus, tanquam de ſubiecto materiali, circa quod logicus ipſe uerſatur. Vnde iſta autoritas ſi recte reſpiciatur, tangit ea omnia, quæ neceſſeria ſuut

Tertius Actus.

Diuiſio Actus.

Liber prædicamentorum, & liber perhiermeniarum dicunt logica uetus, quia ſunt de partibus integralibus ſyllogiſmi. Logica noua continet libros priorum, poſteriorum: topicorũ elenchorũ, tractat de toto, ſcilicet de ipſo ſyllogiſmo in ſe & in ſuis partibus ſubiectiuis & reducibilibus ad illas, cuiuſmodi ſunt, enthymema, ĩductio, & exemplum.

Secunda Opinio de ſubiecto logicæ.

Iſta præpoſitio de, denotat ſubiectum materiale.

Logica eſt de ſecundis intentionibus tãquã de ſubiecto materiali.

pro integritate ſecundarum intentionum. Nam primò eſt ſecunda intẽtio:ſecundò applicatio ſecundę intentionis. Tertiò prima intentio,cui ſit applicatio.

Opinio Aliquorum Scotiſtarum.

Tacuit autem applicantem in ſe ſyllogiſmũ à quo fit effectiuè iſta applicatio. Quo in loco Scotiſtæ uolentes loqui de cauſalitate ſecundarum iotentionum,ualde in longum trahunt ſermones, unde in maximũ tedium trahunt animũ addiſcentis. Ego uerò paucis uerbis uolo uobis declarare cauſalitatem ſecundarum intentionũ quæ requiruntur.vnde diligenter eſt aduertendum; quod conſideratio logica non eſt Mathematica.Nam Mathematicus conſiderat lineam, magnitudinem,& ſuperficiem, nou tamen conſiderat,ea in quibus hæc accidentia ſunt: Quia conſideratio Mathematica abſtrahit a materia ſenſibili,quemadmodum declarat Auer. 1.Phyſ. & aliis locis:ſed eſt conſideratio pictoria. Nam pictor non ſolum conſiderat colorem, & colorum narietatem:ſed adhuc conſiderat parietem in quo elaborandi apponuntur colores.ſunt igitur in pingendi arte hæc perneceſſaria ſ. intellectus pictoris. Nam pictor eſt agens per rationem, iuxta illud Philoſophi procemio primæ Philoſophię. Genus hoĩum arte, & rõne uiuit. Secundo eſt manus, q̃ eſt organũ organorũ ſm Philoſophũ.3. de Anima. Tertio requiritur peniculus,cuius leui protractione de loco ad locum uenuſtiſſima, conuenientia de relinquuntur colorum ueſtigia. Quarto requiritur paries ſed hic aduerte, quod non quocunque modo à pingente recipit colores. Nam ſi rudis paries fuerit, dedignabitur pictor ſuos ibi inſerere colores.Requiritur ergo quædam diſpoſitio archi tecti beneficio inducta, qua paries decentius,

Cauſalitas ſecundarum Intentionum.

Conſideratio logicalis nõ eſt mathematica.

Primo phyſ.cõmen. 49.

Conſideratio logicalis eſt pictoria.

Primo intellectus pictoris.

In procemio Meta.

Secundo manus.

3. De Aĩa contex. 38.

Tertio peniculus.

Quarto paries.

ac tenacius ſuſceptos retineat colores.

Et ſic à ſimili quatuor requiruntur ad integritatem, & cauſalitatem ſecundarum intentionũ Nam declaratio ſecundarum intentionum habenda eſt per propinquiora, & non remotiora. Primum requiritur intellectus poſſibilis. Nam ipſe ſua in officina eſt architector, pictor, & artifex ſecundarum intentionum. Secundò requiritur actus rectus, qui ſe habet tanquam manus in pictore. Tertio requiritur actus collatiuus ſiue comparatiuus, uel negotiatiuus: quo actu intellectus confert unum obiectum cognitum alteri obiecto cognito, & ex cognitione unius labitur in cognitionem alterius. & ex tali collatione, ut ex peniculo pictoris, relinquitur quædam ſecunda intentio. Et hoc eſt. quod optimè uolunt dicere Scotiſtæ, quod ſecundæ intentiones non propriè cauſantur, ſed dereliquuntur, ſicut & colores derelinquuntur ex peniculis, & manus protractione. Quartò requiritur prima intentio, quæ eſt tanquam paries ſecundarum intentionum, & diximus, quod paries nõ quocunque modo recipit colores, niſi architecti manus eum lineauerit. Sic & prima intentio non quocunque modo eſt paries, neque fundamentum ſecundarum intentionum, niſi fuerit cognita ab intellectu. Prima igitur intentio nõ eſt fundamentum ſecundę intentionis nuda: ſed inducta cognitione. Et ideò niſi intentio cognita fuerit, ſecunda intentio ſuper eam applicari non poterit. Propterea rectè dicit Scotus, quod prima intentio eſt obiectum cognitum, uel cognoſcibile, ſupra quod nata eſt fundari ſecunda intentio. Exemplum, homo eſt prima intentio: ſpecies eſt ſecunda intentio: homo extra animã & intellectum non eſt fundamentum ſecundæ

Quid requiratur ad cauſandas ſecundas intentiones. Primo intellectus poſſibilis. Secũdò Actus rectus.

Tertio Actus collatiuus.

Quarto prima Intentio.

Pulchra comparatio.

Quõ prima intentio ſit fundamentum ſecundarum.

Exemplum.

intentionis,& ſpeciei, ſed homo cognitus. Secū-da autem intentio eſt quidam reſpectus rationis effectiuè cauſatus, ſiue derelictus ab actu cō paratiuo intellectus in obiecto cognito & comparato.

Quid ſit ſecunda intentio.

TERTIO MODO PONITVR.

RECITATIS duabus opinionibus de ſubiecto logicæ: ſupereſt in pſenti eā opinionē de ſubiecto logicæ referre, quæ tertium locum in dicendo occupat. Et iſta opinio eſt Diui Thomæ, qui ponit, quod ens rationis eſt ſubiectum in logica. Arguit ſic.

3. Opinio eſt D. Thomæ, 4. Meta. lectione 4. & opus. c. 42.

Circa idem laborat Metaph. ſophiſta, & logicus: ſed ens circa quod laborat Metaph. eſt ſubiectum Metaph. ergo ens rationis circa quod laborat logicus erit ſubiectū in logica. Vel ſic,

Illud eſt ſubiectum in logica, circa quod laborat, & occupatur logicus; ſed logicus occupatur circa ens rationis, ergò &c.

Sumit autem fundamentum iſta opinio ex dictis Philoſophi. 4. Metaph. Quarto ponitur pro ſubiecto logicæ ipſa oratio. Et arguitur ſic.

4. Meta. cōtex. 5.

Quarta opinio eſt oratio.

Illud eſt ſubiectum in aliqua ſcientia de quo & de eius partibus conſideratur in ueteri, & noua logica, hoc patet: ſed de oratione, & de eius partibus cōſideratur, & determinatur in ueteri, & noua logica, ſicut patet diſcurrēti, ergo. Prætérea illud eſt ſubiectum, quod ponitur in diffinitione ſyllogiſmi, ſed oratio eſt huiuſmodi, ut patet. 1. Prior, ergo.

Primo priorū, cap. 1.

Quinta opinio ponit, quod ſubiectū ſit argumentatio, & arguitur ſic.

5. Opinio eſt Argumentatio eſt ipſius Alberti in præambulis prædicabilium.

Illud eſt ſubiectum in aliqua ſcientia, de cuius ſpeciebus, & partibus eſt tota illa ſcientia; ſed tota logica eſt de argumentatione, & eius partibus: igitur.

Sexta

Sexta opinio ponit, quod ſyllogiſmus eſt ſubiectum in logica. Arguitur ſic. — 6. Opinio eſt ipſius Scoti.

Illud eſt ſubiectum in aliqua ſcientia, propter quod omnia conſiderata habent attributionem ad ipſum: ſed ſyllogiſmus eſt huiuſmodi, ergo. Hæc igitur ſunt opiniones de ſubiecto logicæ.

VIDENDVM AVTEM.

Hic doctor intendit declarare quæ iſtarum opinionum ſit tenẽda, & quæ ſit abiicienda. Hoc autem recte uideri nequiuit, niſi apponantur cõditiones requiſitæ ad ſubiectum, quibus conditionibus uiſis, ſciemus pro certo, quid erit ſubiectum in logica. Nam cui conditiones omnes ſimul conueniunt, recte ſubiectum, uel pro ſubiecto cõſtitui poteſt. Cui uerò deſunt, minime pro ſubiecto ſtabiliendum erit in ſcientia. — Mens Doctoris.

Sunt igitur tres conditiones præcipuè ſubiecti in ſcientia, Vbi ponderate uerbum illud, præcipuè. Nam per illud uerbum tollitur quedam obiectio, & inſtantia, quę fieri poſſit in iſto loco. Quia Scotus in primo reportationum, apponit ſex conditiones requiſitas ad ſubiectum in ſcientia. Hic autem nõ enumerauit niſi tres. Ergo aut hic diminutus, aut ibi ſuperfluus & propterea dicit Scotus hic, quod licet ſint plures conditiones ſubiecti: tamẽ iſtæ tres ſunt pcipuę, ad quas aliæ reducuntur. Prima igitur conditio eſt hæc, qđ de ſubiecto pręſupponitᷓ, & qa eſt & quid eſt Hęc cõditio ponitur ad Ariſ. 1 Poſt: Ego uerò, ut hunc locum intelligatis, hunc ipſum ſubibo laborem. Vult ergo philoſophus, quod demonſtrator antequã demonſtret paſſiones de ſubiecto, p̃cognoſcat de ſubiecto, quid eſt, & quia eſt. Primo ergo declarabo quid importatur per iſtum terminum, quid eſt, ſecundò quid per quia eſt. Per quid eſt iuxta doctrinam Scoti poſſumus intelli- — Cõditiones ſubiecti ſũt tres. — Scotus in primo reportationum quæſtione prima. — Primo poſt. cõ tex. 2. — Vide Mauritiũ in 3. q. uniuerſalium.

telligere duo, diffinitionem,& conceptum quidditatiuum,de eo poſſunt fieri demonſtrationes, ſiue illud ſubiectum poni poteſt in aliqua ſcientia:exemplum,licet enim Deus,qui ponitur, ſecundum Scotum, ſubiectum in theologia:& ens in quãtum ens, quod ponitur ſubiectum in Metaphyſica, non habent diffinitionem: quia Deus cum ſit ſummè ſimplex: & ens ſit ſimpliciter ſimplex, non poſſunt diffiniri; quia non habent ſupra ſe prædicata quidditatiua, ſiue non habent genus, & differentiam, per quæ poſſint diffiniri: & ita iſta duo ſubiecta remanebunt indiffinibilia: tamen habent cõceptum quidditatiuum,ſic quod ſunt entia quidditatiua, quæ entia quidditatiua de ſuis inferioribus prędicari poſſunt.Et ideo poni poſsũt loco ſubiecti in ſciẽtia.Secundò per quid eſt; poſſumus intelligere diffinitionem.Diffinitio autem eſt duplex,quædam eſt quid nominis:& quædam quid rei. Nos autem hic in propoſito, iuxta principia Scoti, non intelligimus de diffinitione quid nominis, quia illa in nobis non aggenerat ſcientiam:ſed intelligimus diffinitionem quid rei. Et propter hoc habemus,quod diffinitio quid rei eſt mediũ in demonſtratione potiſſima. Nam à principiis illius fluunt paſſiones ſubiecti, & demonſtrabiles de ſubiecto.

Scotus in prologo.q.3.

Deus, cum ſit ſummè ſimplex, nõ poteſt definiri.

Diffinitio duplex.

Diffinitio quid rei eſt mediũ in demonſtratione potiſſima.

Nota bene.

Hic eſt aduertendum, quod ſęp iſsimè inueniuntur in dictis philoſophi,& Scoti,quod diffinitio dicitur quod quid eſt. Vnde dicitur quod, pro quãto diſtinguit eſſentialiter diffinitum à quocunque non eſt ipſum.Nam,quod,in neutro genere,& aliud, diuerſitatem eſſentialem faciunt, ut patet per Porphyrium, capite de differẽtia.Dicitur,quid,pro quanto quidditatem rei ſignificat.Dicitur,eſt,pro quanto diffinitum ſiue diffinire

nire eſt. Vbi aduertas, quod ſunt tria hic, quod, quid, & eſt. Ita in diffinitione ſunt tria hæc: qđ .ſ. genus: & quid, ideſt differentia, quæ quidditatem ſignificat: et eſt, quę completiuè differentia ex tota ſubſtantia rei, ſecundum Scotum, ut tu uides, quod in iſtis talis eſt ordo, quod prius eſt, quod, ſecundo quid, & tertio eſt. Ita in diffinitione primò ponitur genus, ſecundò differẽtia: tertio ad iſtam differentiam ſequitur rei complementum ſignificatum prædicati eſt.

In diffinitione ſunt tria.

Ordo in iſtis.

In diffinitione ponitur Ordo.

Habemns igitur quod demonſtrator uolens demõſtrare paſſiones de ſubiecto, oportet, quod illud ſubiectum habeat quod, ideſt diffinitionẽ quidditatiuam; aut quod habeat quid .i. conceptum quidditatiuum, ſicut Deus, & ens. Et per hãc conditionem abiiciuntur à ratione ſubiecti ea omnia, quæ nec conceptum quidditatiuum habent, nec quidditatiuam diffinitionem habent.

Secundo loco eſt declarandum & quia eſt, quid autem intelligat philoſophus per quia eſt, quæ eſt una præcognitio dignitatis, & ſubiecti uarii uaria dicunt. Nos uerò ueriorẽ Scoti doctrinam ſequentes dicemus, quod demonſtrator, antequã demonſtret, oportet, quod præcognoſcat, & p̃accipiat de ſubiecto, quia eſt: hoc eſt, qđ ſubiectum tale eſt ens poſſibile, cui nõ repugnat exiſtentia in rerum natura. Dico autem hoc, q̃a non oportet, ſubiectum inquantũ ſcibile eſt, & inquantum de eo pasſiones demõſtrantur, quod ſit actu exiſtens ſubiectum cuiuſcunque ſcientiæ humanitus inuentæ abſtrahẽs ab exiſtentia Ratio, quia tale ſubiectum eſt uniuerſale. Vniuerſale autem abſtrahit ab hic, & nũc, & ab omni exiſtentia: ratio eſt, quia exiſtentia in creaturis eſt primum pręcicatum per accidens præſuppoſitũ ab omnibus aliis prædicatis per accidens. Con-

Gloſa quid & quia eſt.

Vera opinio Scoti.

Vniuerſale abſtrahit ab omni exiſtentia.

tingentia eſt principium uariationis,& mutatio nis: uariatio,& contingentia, & poſſibilitas tollunt à ratione ſcientiæ æternitatem. Et ideo non poteſt poni ſubiectum in ſcientia, quia ſubiectũ in ſcientia, ſecundum philoſophum. 1. Poſt Impoſſibile eſt aliter ſe habere. Modo ſi ſubiectum ſcibile ſumeretur cum rei exiſtentia, quæ eſt contingens, poſſet aliter ſe habere: & tunc de eo nõ eſſet ſcientia, quia ſcientia eſt eorum, quæ non poſſunt aliter ſe habere. Quare ſequitur, quod ſubiectum ſcibile non includit inquantum ſcibile exiſtentiam ſui, ſed abſtrahit ab illa.

Primo poſt. cõ tex. 5.

Scientia eſt eorum, quæ non poſſunt aliter ſe habere.

Pro tenuiori declaratione eſt intelligendum, quod omne ſubiectum habet aliqualem exiſtentiam, ſed diuerſimode. Nam Deus includit exiſtẽtiam: ſed quando Deus ponitur pro ſubiecto in theologia, non abtrahit ab iſta exiſtentia, ſed quæ eſt ratio: Ratio eſt Scoti in 1. Nã iſta propoſitio Deus eſt, eſt in primo modo dicendi ꝑ ſe, & eſt immediatisſima, ad quam omnes aliæ reducũtur. Et iſta exiſtentia eſt prædicatum eſſentiale reſpectu Dei. Et ideo Deus non poteſt abſtrahi, & ſeparari ab illo prædicato, quia Deus, tanquã ſubiectum ſcibile in theologia nõ abſtrahit à tali exiſtentia, obiectum autem ſcibile ſciẽtiæ abſtrahit à tali exiſtentia: tum quia exiſtentia eſt prædicatum contingens, & per accidens, tũ quia impedit rei cognitionem: tum poſtremò, quia eſt poſterius ſubiecto ſcibili. Et ita non includit illam exiſtentiam.

Scotus in primo diſt. 2. q. 2.

Exiſtentia eſt de intrinſeca ratione Dei ui de Scotum in 1. q. quoli. art. 1. hoc idem adſtruit in 1. ſenten. diſt. 2. q. 2.

Sed hic quæro, qualem exiſtẽtiam habeat ſyllogiſmus? aut à qua inquantum ſubiectum ſcibile eſt, abſtrahit? Dico, quod duplicem habet, nam ſyllogiſmus tanquã quoddam commune habet particularia. & inferiora, in quibus ſuperius exiſtit: habet etiam fundamenta primas intentio-

Sed ſyllogiſmus habet ne exiſtentiam. Syllogiſmus duplicem habet exiſtentiã.

tentiones, in quibus etiam exiſtit. Quando igitur ponitur ſubiectum in logica ſyllogiſmus in communi, qui ponitur ſubiectum in tota logica, abſtrahit ab hac duplici exiſtentia, quia cum conſideratur in uniuerſali, abſtrahit ab exiſtentia in particulari, & abſtrahit à primis intentionibus, & remanet apud intellectum tantũ quid ditas ſyllogiſmi: remanet etiam diffinitio ſyllogiſmi, q̃ diffinitio cõtinet ꝑdicata quidditatiua: remanẽt ẽt apud intellectũ paſsiones demõſtrabiles de ſubiecto; & ita hẽt ea oĩa, q̃ requiſita sũt ad demõſtrationẽ, & ad gñandã ſciẽtiã in nobis. Præſupponitur ergo de ſubiecto, quid eſt. ſ. diffinitio. Et quia eſt, non quod actu exiſtat, quia iſta exiſtentia actualis in creaturis non facit ad ſciẽtiam, ſed impeditur, propter hoc abſtractũ eſt: ſed præſupponitur quia eſt. ſ. ens poſsibile, cui non repugnat exiſtentia, aut in ſuis inferioribus de quibus prædicatur, aut de primis intentionibus quas denotat, ſicut dictũ eſt de ſyllogiſmo. *Syllogiſmus abſtrahit ab hac duplici exiſtentia.* *Exiſtentia Actualis in creaturis, non facit ad ſcientiam.*

Secunda conditio, quod per eius quod quid eſt. i. per diffinitionem ſubiecti demonſtrentur in ſcientia paſsiones illius ſubiecti de eo, ratio eſt, quia ſine medio non poſſunt demõſtrari paſſiones de ſubiecto: ſed diffinitio ſubiecti eſt medium, ut diximus. *Secunda conditio.*

Tertia conditio eſt, quod ad ipſum. ſ. ſubiectũ omnia alia determinata in ſcientia reducantur: & propter ipſum tanquam propter finem principalem intentum conſiderentur. *Tertia conditio.*

Pro intelligentia iſtius, eſt intelligendũ quod ſubiectum in ſcientia habet rationem finis irreferibilis: quia cauſa finalis eſt nobilior, & inordinabilis, ratio, quia cauſa finalis eſt nobilior omnibus aliis cauſis, ſecũdum Scotum, et Ariſ. Et ideo ſcientia habita de cauſa finali eſt nobilior *Subiectum in ſcientia habet rationẽ finis.* *Secundo Phyſ. cõtex. 31. & 5. Meta. cõtex. 3.*

biliot ſcientia habita de quacunque alia cauſa. Modò ſubiectũ in ſciẽtia habet rationem finis: & conſiderata in ſcientia habent rationem ordinatorum ad finem. Et ideo benè dicit Scotus hic quod omnia in ſcientia, oportet, quod reducantur ad ſubiectum, & propter ipſum conſiderantur, quia ipſum eſt finis in tota ſcientia, quibus

Scotus in 1. q. 1.

Dictum notabile.

fauẽt ea, quæ ſcribit Scotus in 1. Sent. Quod omne quod ordinatur ad aliud, inquantum ordinatur ad illud, eſt imperfectius eo: quare conſiderata in ſcientia propter ſubiectum habẽt rationẽ imperfecti, & ſubiectum habet rationẽ perfecti. Modo dignum eſt quod imperfectũ ordinetur, & reducatur ad perfectum. Iſta autem reductio eſt ſecundum cognitionem, non tamen ſemper ſecundum entitatem.

Eſt enim intelligenda illa attributio ſecundum cognitionem, & non ſecundùm entitatẽ. uide Mau. in 3. q. uniuerſalium.

Nota cõſequentiam Scoti. in 3. conditione.

Aduertatis ad illam particulam conſequentiæ, quam facit Scotus. Aliter enim ab eius unitate non eſſet unitas ſcientiæ. Conſequentia eſt hæc, propter ſubiectum non omnia conſiderantur, ergo ab unitate ſubiecti non eſt unitas ſciẽtiæ. Conſequentiam deduco ſic, quia ſi non cõſiderantur omnia propter ſubiectum, ergo illud non poteſt poni ſubiectum. Probo hoc, quia ſibi deficit una conditio ſubiecti. Non ponitur ſubiectum, ergo non eſt ſcientia de illo ſubiecto: probo, quia priori non poſito, mox poſterius ruit. Et ita non poſito ſubiecto, nec habetur ſciẽtia, nec eſt ſcientia de ſubiecto, ergo nec eſt unitas ſcientiæ ab unitate ſubiecti: Probo, quia deſtructo ſubiecto deſtruitur omnis paſſio eius: Quare benè dicit Scotus, quod ſi propter ſubiectum non omnia conſiderantur ab unitate ſubiecti, non eſt unitas ſcientiæ.

Deſtructo ſubiecto deſtruitur omnis paſſio eius.

Declaratis his tribus conditionibus ad ſubiecta requiſitis, nunc remouet ens conditiones à

ſubiectis,

ſubiectis, in quibus non inueniuntur. Et ait, quod duæ primæ conditiones, quæ ſunt pręcognitiones, quia, & quid, & quod per medium demonſtrentur paſſiones, deſunt tribus primis poſitionibus. Vt arguatur ſic.

Ratio.

De conceptu formato ab actu rationis, & de ſecunda intentione, & de ente rationis conſideratis ſecundum rationem generalem, & in ſua maxima communitate non pręſupponitur quid eſt & quia eſt, nec habent quod quid eſt tanquã medium, ergo non poſſunt ſtabiliri pro ſubiecto. Quod autem non habeant eas duas conditiones, patet, quia, ut ponuntur ſubiecta ſecundum rationem generalem, non habent diffinitionem, nec ponuntur, ut principium ſcientiæ, ſiue ut medium, nec paſſio aliqua de eis demonſtratur, ergo &c. Et formatur ſic.

Ratio.

Quia illud quod eſt commune, ſiue communis ſcientia, non poteſt eſſe ſubiectum in aliqua doctrina: ſed conceptus ab ente rationis formatus, & ſecunda intentio, & ens rationis ſunt nimis communis, quia non tantum conſiderantur à logico, ſed à grammatico, & rethorico ergo.

Cõceptus formatus ab actu rationis, ſecunda Intentio, & ens rõnis non differunt.

Præterea iſtæ tres opiniones non differunt. Nam conceptus formatus, ſecunda intentio, & ens rationis ſunt idem: de prima, & ſecunda patet. Nam conceptus formatus ab actu rationis, nihil aliud eſt, quam ſecunda intentio, & econuerſo. Tertia patet, quia aut eſt ens reale ſubiectum huius ſcientiæ, aut ens rationis: non primo modo, quia tunc ſcientia eſſet realis, igitur ſecundo modo: ſi eſt ens rationis, aut eſt ens rationis conſideratum à ratione, aut cauſatum à ratione: ſi conſideratum à ratione, illud coincidit cum ente reali; quoniam nullum eſt ſubiectum, quin conſideretur à ratione. Si eſt ens

Ens rõnis aut eſt conſideratum à ratione, aut cauſatum a ratione.

cauſa-

cauſatum à ratione, igitur illud eſt ſecunda intentio, & conceptus formatus ab ente rationis. Et ita iſtæ tres rationes coincidunt.

Ad rationem primæ opinionis.

Ad rationem quidē, propria poſitione arguebatur enim, illud eſt ſubiectum in aliqua ſcientia, quod eſt commune omnibus in ſcientia conſideratis: conceptus formatus ab ente rationis, eſt huiuſmodi, ergo. Dico, quod iſtud argumentum committit fallaciam conſequentis: unde eſt regula Scoti. Quandocunque arguitur ab aliquo uno habente plures cauſas ueritatis, & plures conditiones, arguendo ab una illarum non concluditur intentum. Ita eſt in propoſito: quia arguit ab una cōditione ad ſubiectum, & dimittit duas, illud argumentum non tenet.

Quomodo ſit fallacia conſequentis.

Arguebatur ſecundo.

Arguebatur ſecundò, quod logica eſt de ſecundis intentionibus, ſecundum Boetium. Ad hoc dicimus, quod ſecunda intentio non poteſt poni pro ſubiecto, quia eſt terminus communis, & tranſcendit rationem ſcientiæ.

Ad illud, quod dicebatur pro tertia poſitione, quod laborant circa idem. Dico, quod non ſequitur. Nam ſcientia laborat circa multa: tamen illa multa non ſunt ſubiecta.

Ad illud quod dicebatur de oratione Dico, quod non ſequitur propter hoc, quia ſic deficit, ſecundā, & tertia conditio. Nō enim habet quod quid eſt, per quod poſſit demonſtrare paſſionē: nec etiam habet paſſiones demonſtrabiles de ſubiecto: quando dicebatur, quod oratio ponitur in diffinitione ſyllogiſmi. Dico ſecundum Scotum, quod oratio eſt æquiuoca. nam ſecundum alium modum conuenit orationi diſiunctiuæ. quæ eſt in ſyllogiſmo: & ſecundum aliam rationem conuenit orationi ſimplici.i. enunciationi: & ideo eſt æquiuoca. ſicut nec habet diffinitionem,

Orō eſt quoddam æquiuocum.

tionem, ita nec poteſt poni pro ſubiecto.

Ad illud de argumentatione. Dico quod nō habet diffinitionem; & nota quod Scotus loquitur de ſcientia tradita ab Ariſt. Nam in logica tradita ab Ariſt. nunquam diffinitur argumentatio, licet diffiniatur à Boetio. Et hic nota; quod hic loquitur tantū de ſubiecto tradito ab Ariſt. cum non habeat diffinitionem, ſequitur, quod non habet quod quid eſt, per quod poſſit demonſtrare paſſionem de ſubiecto. Nec habet tertiam conditionem, quia aut eſt æquiuocum, uel analogum, tunc ſi eſt æquiuocum ab unitate argumentationis, non erit unitas ſcientiæ. Si eſt analogum, tunc ab unitate principalioris conſiderati in ſcientia, erit unitas in ſcientia: ſicut in Metaph. unitas eius ſumitur ab unitate ſubſtātiæ, quæ eſt ſubiectum principalius contentum ſub ente, quia nulla iſtarum opinionum uerum aperuit.

Ariſt. nunquā definiuit argumentationem licet Boetius eam diffiniat in topicis ſuis.

Reprobatis quinque opinionibus de ſubiecto logicæ, quibus minimè conueniebant conditiones præcipuæ, & neceſſariæ ad conſtitutionem, & ipſius ſubiecti, ſupereſt in præſenti ponere ſubiectum, cui uerè, & perfectè competant illæ conditiones, Scotus autem uolens hoc determinare, ſuam ponit concluſionem ſecundum mentem propriam eo in loco, ubi dicit. Dicendum ergo, quod ſubiectum primum, & propriū totius logicæ eſt ſyllogiſmus. Pondera tamen illud uerbum Scoti, ubi dicit, primum, & proprium; Nam ſyllogiſmus dicitur ſubiectum primum duplici primitate, primitate adæquationis, nam adæquatur ſcientiæ logicæ, ſic quod nō excedit ſuam conſiderationem. Dicitur etiam primū primitate attributionis, pro quanto etiā conſiderata in logica habent attributionem & ordi-

Ponitur opinio propria.

Syllogiſmus dicitur ſubiectum primum triplici primitate.

ordinem ad ſyllogiſmum. Demonſtratio uerò poteſt poni ſubiectum principalitatis, cõceptus formatus ab actu rationis, ſecunda intentio, & ens rationis poſſunt poni ſubiectum prædicationis, quia quodlibet horum poteſt prædicari de omnibus in logica conſideratis.

Demonſtratio eſt ſubiectum principalitatis, & perfectionis.

Hic tamen eſt aduertẽdum, quod quæſtio mota hic, eſt de logica tradita ab Ariſt. Et propter hoc aagumentatio excluditur à ratione ſubiecti in logica, quia nullibi apud Ariſt. inuenitur diffinita. Et ideo non poteſt locari pro ſubiecto.

Nota cur mota ſit quæſtio.

Præterea de ratione ſubiecti eſt, quod ſit uniuocum, uel analogum: & propter hoc abiicitur oratio, cum æquiuoci ſubeat rationem.

Præterea eſt aduertendum, quod quæſtio nota eſt de ſubiecto attributionis propriè, & adæquationis, & propter hoc ruunt illæ quinque opiniones. ſ. de conceptu formato ab actu rationis, de ſecũda intentione, & actu rationis: quia licet hæc poſſint poni ſubiectum prædicationis: tamen de eis ſic quæſtio non eſt mota, & ideo non faciunt ad propoſitum.

Quæſtio mota eſt de ſubiecto attributionis.

Supereſt igitur, ut ſyllogiſmus ponatur ſubiectum, quod probatur ſic.

Illud eſt ponendum primum, & proprium ſubiectum in aliqua ſcientia, ut pura in logica, quod habet illas tres conditiones præcipuas requiſitas ad ſubiectum: iſta propoſitio patet: quia illæ ſunt præcipuæ conditiones ſtabilientes ſubiectum in ſcientia, ut dictum eſt.

Præterea arguitur ab aliquo habente omnes cauſas ueritatis ſimul; ſed ſyllogiſmus eſt ille, qui habet has tres conditiones ſimul, ergo ſyllogiſmus eſt primum, & proprium logicæ: minorem probat Scotus inductiuè. Nam ſyllogiſmus habet primã conditionem, quia de eo præ-

Probatio Scoti.

ſupponi-

ſupponitur quid eſt, & quia eſt. Præſupponitur enim quia eſt ſic, quod eſt ens poſſibile in latitudine, atque amplitudine entium, cui non repugnat exiſtentia, in ſuis inferioribus, aut in fundamentis. Præſupponitur etiam de eo quid eſt, quia ſyllogiſmus eam diffinitionem habet, quam philoſophus tradidit ei. 1. Prio. Nam poſt determinationē de eius partibus integralibus, quæ traduntur in libro prædicamentorum, & Peryerm. ſtatim philoſophus dedit diffinitionē de ſyllogiſmo. 1. Prio. Et quia Scotus facit hic mentionem de partibus ſyllogiſmi: ideo eſt notādum, quod ſyllogiſmus habet partes duas, integrales, & ſubiectiuas: partes integrales ſunt duæ, quia quædam propinquæ, & quædam remotæ, ſiue quædam ſunt complexę, quædam incomplexæ. Partes integrales ſyllogiſmi ſunt propoſitiones, de quibus pertractat philoſophus in libro Peryerm. partes ſubiectiuæ ſyllogiſmi ſunt duæ, poſitiuæ, & priuatiuæ: priuatiuæ, ut ſyllogiſmus elenchus: poſitiuæ adhuc ſunt duæ, una probabilis, de qua eſt liber topicorum. altera demonſtratiua de qua eſt liber Poſte. Et ita ex conſideratione ſyllogiſmi poſſumus colligere totius logicæ diuiſionem, atque partitionem. Habet etiam ſyllogiſmus præter partes integrales, & ſubiectiuas eius principia regulatiua, ſcilicet, dici de omni, & dici de nullo, quorum commeminit philoſophus. 1. Prio. Habet etiam ſua principia formalia, cuiuſmodi eſt illatio, aut euidentia illationis Habet etiam & ſuas paſſiones, ut conſtare ex tribus terminis, ordinari in modo, & in figura, de neceſſitate inferre concluſionem. Et ita patet ambitus, latumque imperium ipſius ſyllogiſmi. Nam illius conſideratio per totam ipſius logicæ prouinciam

Primo priorū. cap. 1.

Syllogiſmus habet duas partes integrales.

Partes ſubiectiuæ ſyllogiſmi.

Syllogiſmus habet prīcipia regulatiua.

Habet principia formalia illatio euidentia.

uinciam ſpargitur, & diſſeminatur,cum omnia ꝓpter ipſum,tanquã pp ſubiectũ iſtius artis con ſiderata.Et ſic habet primam conditionem. Nã diffinitionem habet aſſignatam.1.Prior. Habet etiam & ſecundam conditionem, quia in eodẽ, ſcilicet, libro.Prio. Philoſophus oſtendit multas paſſiones per illam diffinitionem, ſcilicet, ſyllogiſmi,ſed quæ ſunt iſtæ paſſiones,oſtendit, ut modum,& figuram in illis,ſcilicet, propoſitionibus de ineſſe, & in modalibus propoſitionibus.Vbi notandum,quod quidam ponũt modum,& figuram inter principia formalia ſyllogiſmi, quidam nõn,paſſiones enumerant ſicut facit Scotus & hoc mihi uidetur congruentius. Nam ſyllogi mum ordinari in modo & in figura,uidetur paſſio eius.Et ita habemus ſecũdam conditionem de mente philoſophi.1. Priorum. Vbi demonſtrat per diffinitionem ſyllogiſmi multas paſſiones de illo.

Primo priorũ. cap.1.

Cap.28.

Vide Mauritiũ in 3.q.uniuerſalium.

Poſtremò tertiam habet conditionem requiſitam ad ſubiectum. Nam propter ipſum; ſcilicet ſyllogiſmum determinatur & cõſideratur in ueteri logica,ſcilicet,in libro prædicamentorum, & Peryer.de partibus integralibus ſyllogiſmi.ſ. de termino incomplexo, de enunciatione,quæ conſideratur in libro interpretationum. Et de partibus,de ſubiectiuis poſitiuis in libro Topico.Prio,Poſte Et de aliis ſpecieb.argumentationis cuius eſt inductio, enthymema,& exemplũ. Nam omnia iſta reducuntur ad ſyllogiſmum quod probatur;omne imperfectum debet reduci,& ordinari ad perfectum: ſed iſta ſunt imperfecta, igitur debent ordinari ad ſyllogiſmum, tanquam ad perfectum. conſiderat etiam de ſophiſtico,tanquam de priuatiuo ente. Nam eiuſdem ſcilicet artificis eſt conſiderare habitum, & priuatio-

Omne imperfectum reducitur ad ꝑfectũ.

priuationem,ideſt,poſitiuum, & priuatiuum: & tunc infert Scotus, quod penes eius diuiſionē, & penes attributa ſyllogiſmo patet diuiſio totius logicæ, igitur ſyllogiſmus habet præ cæteris omnes conditiones enumeratas. Sequitur neceſſe,quod ſyllogiſmū pro ſubiecto primo, & attributionis in logica ſuſcipiatis.Et ita patet determinatio iſtius quæſtionis.

AD ARGVMENTA.

Argvebatvr ſic ad oppoſitum. Omnis ſcientia eſt per ſyllogiſmum, iſta eſt Philoſophi 1.Poſter.Nam ſcire eſt per demonſtrationem intelligere: ſed de ſyllogiſmo in cōmuni eſt ſcientia; patet,quia ſi ſyllogiſmus in communi ponitur ſubiectum, oportet quod de illo ſit ſcientia, ergo illa erit per ſyllogiſmum: ſed hoc eſt falſum. ſ. hoc quod de ſyllogiſmo in communi ſit ſcientia per ſyllogiſmum, quia ſyllogiſmus in communi,de quo ſcientia quæritur, eſt ignotus patet, quia de illo quæritur ſcientia, ſyllogiſmus autem per quem habetur ſcientia eſt notus, quia per ignotum nihil ſcitur, ergo idem erit notum,& ignotum, quod eſt falſum. Secūdò propter hoc, quia ego quæro à te de ſyllogiſmo,per quem habetur ſcientia de ſyllogiſmo in communi,aut de illo eſt ſcientia, aut non: ſi tu dicis,quod non, ergo nec erit ſcientia de ſyllogiſmo in communi,quia quod ſcitur de communi, ſcitur de quolibet particulari:ſi tu dicis, q̄d de illo habetur ſcientia;certum eſt, quod habetur per alium ſyllogiſmum, & tunc quæro de illo primo, aut habetur ſcientia, aut non, ſi non ergo nec de ſyllogiſmo in communi, ſi ſic, hoc non poterit eſſe niſi per alium ſyllogismum: & tunc eſſet ibi ire in infinitum in ſyllogismis, & tūc nihil ſciretur,quia per ignotum nihil ſcit.

Quæſtio prima ante oppoſitū. primo poſt. cō-tex. 5.

Vide Ioānem Grammaticū 1.priorum.

Si in ſyllogiſmis procederetur in infinitum, nūquam ſcientia eſſet terminata ꝙ eſt impoſſibile 1.poſt.contextu.6.

Solutio primi Argumenti.

Ad hoc argumentum eſt pulchra ſolutio,& ut ordinatè reſpondet ad illas propoſitiones, ſummopere ſunt obſeruandæ. Dicit ergo ad primã propoſitionem, concedendo hanc propoſitionem,quod omnis ſcientia habetur per ſyllogiſmum aliquem particularem, Vbi notandum, quod per ſyllogiſmum hic intelligimus ſyllogiſmum particularem,& demonſtratiuum:quod autem ſit ſyllogiſmus demonſtrationis, patet, Ariſt. 1. Poſt. Nam ſcientia eſt effectus demonſtrationis:ſed ego quæro, quare ſcientia habetur per ſyllogimum particularem de ſyllogiſmo in communi?

Primo poſt. cõ tex. 5.

Ad hoc ego dico, quod per ſyllogiſmum in communi non poteſt haberi ſcientia, ſed bene de eo habetur ſcientia. Et ratio:aliud eſt dicere de ſyllogiſmo habetur ſcientia,quod hoc uerificatur de ſyllogiſmo in communi, & aliud eſt dicere,ſcientia per ſyllogiſmum, quia hoc uerificatur de ſyllogiſmo particulari.Secundò,quia generare ſcientiam, eſt quædam actio;actiones autem ſunt ſuppoſitorum,aut indiuiduorum,& particularium, & non uniuerſalium. Quare bene dictum eſt, quia ſcientia eſt de ſyllogiſmo p ſyllogiſmum aliquem particularem;ad hoc adducebantur duæ inſtantiæ. Ideo Scotus primò reſpondet ad primam,ſecundò ad ſecundam. Ad primam,cũ dicebatur,quod ſyllogiſmus de quo habetur ſcientia eſt ignotus, quia per ignotum nihil ſcitur, declarat modò Scotus, quomodo ſyllogiſmus in cõi eſt ignotus,& qũodo particularis eſt notus,quo ad duo.Primò eſt notus quo ad ueritatẽ pmiſſarũ,hoc hr̃ merito demõſtrationis iuxta illud Philoſophi. 1.Poſt. Vbi uult, qđ demonſtratio ſit ex primis immediatis prioribus,&c.Et ita patet, quod ſyllogiſmus particularis

Generare ſciẽtiam eſt quædam actio. Actiones ſunt ſuppoſitorum exponitur tripliciter à Doctore in 4.diſt. 12.q.3.

Syllogiſmus particularis eſt notus quoad duo.

Primo poſt. cõ tex. 5.

laris,per quem habetur ſcientia, eſt notus quoad ueritatem præmiſſarum. Secundò eſt notus quo ad illationem concluſionis ex præmiſſis. Nam illatio eſt per ſe manifeſta, cum iſte ſyllogiſmus particularis ſit perfectus ſyllogiſmus. Et ideo nullius eſt indigens, ut appareat neceſſarius. i. nihil indiget iſte ſyllogiſmus, ad hoc ut manifeſtet concluſionem ſequi ex præmiſſis. Hoc eſt de mente Philoſophi. 1. Prio. Eſt autem ſyllogiſmus iſte particularis,per quem habetur ſcientia,ignotus quantum ad hoc,ſcilicet,quantum ad illam paſſionem, quæ demonſtratur de ſyllogiſmo in communi, ſecũdum quam etiam ſyllogiſmus in communi eſt ignotus:quare patet ſecundum idem.Nam ſyllogiſmus particularis eſt notus quoad duo primo, & ignotus quantum ad unum,&ita ſecundum diuerſa: hoc autem nõ implicat contradictionem, eſſe notum, & ignotum ſecundum diuerſa.

Syllogiſmus particularis eſt ignotus quoad unum, ſcilicet quoad paſſiones.

Ad aliud, quod erat contra hoc, cum quærebatur,an de ſyllogiſmo particulari,per quẽ habetur ſcientia de ſyllogiſmo in cõmuni,ſit ſcientia? Dico quod ſic. Et cum petis à me,per quem ſyllogiſmum;dico, quod per ſe ipſum ſyllogiſmum, Et ideo ſtandum eſt in primo, & non eſt abire in infinitum in ſyllogiſmis:ſed quod per ſe ipſum ſyllogiſmum habetur ſcientia? Dico, quod hoc modo, quia inquantum aliqua paſſio demonſtratur de ſyllogiſmo in communi per ſyllogiſmum particularem, oſtenditur etiam eadem paſſio de ſe ipſo ſyllogiſmo, inquantum eſt ſyllogiſmus. Nec aliter eſt ſcientia de particulari, ſicut diximus, quod riſibilitas, quæ eſt paſſio hominis, quæ demonſtratur de ipſo homine, demonſtratur etiam per ſe,& non primo de Franciſco exiſtente ſub homine.

Vide pro hoc Antonium. de fantis.

Colliguntur duo hic de mẽte Scoti.

Ex his habeo de mente Scoti duo hic, primò, quod de eadem demonſtratione demonſtratur paſſio de aliquo ſubiecto per ſe, & primo, & de contento ſub illo per ſe, & non primo. Secũdò, quod eadem eſt ſcientia de uniuerſali, & particulari.

SECVNDO ARGVEBATVR SIC.

Secunda ratio. Quomodo ſyllogiſmus poteſt eſſe ſubiectum in libro priorum, & in tota logica.

NVLLVM eſt ſubiectum totius, & partis, ut patet: ſed ſyllogiſmus eſt ſubiectum partis logicæ; quia in libro Priorum quantum ad aliquas paſſiones, & proprietates, quæ faciliter ingrediuntur ſyllogiſmum. Poteſt etiam eſſe ſubiectum totius logicæ quo ad paſſiones conſideratas in ſe de ſyllogiſmo, uel quo ad paſſiones cõſideratas in ſuis partibus integralibus, & ſubiectiuis reducibilibus ad ipſum ſyllogiſmum. Et ita poteſt reſpoderi primò p diſtinctionem: ſecũdò poteſt reſponderi negando illam maiorem. ſ. quod nullũ eſt ſubictum totius, & partis. Quia illa maior propoſitio aſſumpta eſt falſa in illis ſcientiis, ubi ſubiectum totius requirit, atque poſtulat multa determinari p eius cognitionẽ.

TERTIO ARGVEBATVR SIC.

Tertia ratio.

Omne ſubiectum eſt intelligibile: ſed ſyllogiſmus non eſt intelligibilis, ergo ſyllogiſmus non eſt ſubiectum: maior eſt manifeſta, & probatur per illam diuulgatam propoſitionem Philoſophi. Nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu.

Ariſt. in libro de ſenſu & ſenſato.

1 Tunc arguo ſic. ſyllogiſmus nõ cadit ſub ſenſu, ergo nec ſub intellectu. Ad illud argumentũ conceditur maior, & negatur minor: ad probationem, quæ fit per illam autoritatem, Scotus exponit illam autoritatem, quod illa autoritas eſt uera de eo obiecto, quod eſt primum intelligibile; hoc eſt, quod philoſophi autoritas habet

locum

locum de ipſo quod quid eſt rei materialis.i.de obiecto motiuo ipſius intellectus: quod quidē obiectum motiuum in re.ſ.ſecundum Thomam eſt quidditas rei materialis: ſecundum Scotum eſt quidditas rei ſenſibilis, quocunque obiecto dato,eſt certum,quod mouet intellectum. Obiectum autem mouere intellectū, nihil aliud eſt, niſi particulariter cauſare actum intelligendi. Non poteſt autem cauſare actum intelligendi, niſi cauſet ſpeciem ſui prius in ſenſu, & deinde apud intellectum. Modo dico, quod nihil eſt in intellectu motiuè, niſi prius fuerit in ſenſu ſpecies illius obiecti motiui. Poſſumus etiam dicere,quod illa autoritas habet locum de actu recto,non autem de actu reflexo. Nam intellectus poteſt multa intelligere reflectendo ſe ſupra ſe, quæ non prçfuerunt in ſenſu;non poteſt intelligere actum ineelligendi habitum quem habet in intellectu, & ſpeciem intelligibilem, & ipſum intellectum, & ita multa per ſe intelligit, licet non motiuè, ſicut eſt de ſyllogiſmo, & ſecundis intentionibus, & cæteris relationibus realibus. Poſſumus etiam dicere ad argumentū, negando minorem, quod ſyllogiſmus non ſit intelligibilis, quia non eſt ſub ſenſu, poteſt tamen cadere ſnb ſenſu dupliciler, aut per ſua inferiora in quibus exiſtat, aut per primas intentiones quibus applicatur; ſicut à ſimili dicimus de intelligentia, & de cauſa, quæ licet per ſe non cadant ſub ſenſu, cadunt tamen ſub ſenſu per motū, ratione cuius intellectus fertur ad intelligētiam, & cognitionem ipſius.

Primum obiectum Intellectus eſt. Quiditas rei materialis ſecūdum D. Thomam. Quidditas rei ſenbibilis ſecū dum Scotum. Differunt ſicut magis commune & minus commune.

Quid ſit obiectum mouere intellectum.

Nihil eſt in intellectu quin non fuerit ſub ſenſu.

Per ſe ut color per ſuas partes ut mons aureus.

In ſuo remiſſo ut albedo in tenſ. In ſuo ſimili ut antich.

In ſuo effectu ut Intelligentia prima.

Secunda reſpō ſio.

Tertia reſponſio.

Syllogiſmus poteſt cadere ſub ſenſu dupliciter.

Quomodo intelligentiæ cadūt ſub ſenſu.

HIERONYMVS

Balduinus arguit contra Scotum malè aſſignantem triplicem conditionem ſubiecti in ſcientia, ut uidiſtis in hac quæſtione Vniuerſalium.

PRIMA OBIECTIO.

ASSERIT Hyeronimus Balduinus, quod primò errat Scotus circa primam conditionem ſubiecti, & probat hoc; quoniam dicit Doctor Subtilis, quod de ſubiecto ſemper oportet præcognoſci quid; & quia: ſed hoc eſt contra Ariſt. Qui dixit. 1. Poſt. Quod de ſubiecto non præcognoſcitur eſſe, & quid nominis, quando eſt manifeſtũ. Quo in loco dicit Themiſtius, quod ridiculum eſt præcognoſcere, quoniam ſumitur tanquam manifeſta illa conditio, & ex domo afferrur, ſine qua fruſtra fit aditus ad ſcholas. Et clarius Auer. hoc retulit. 1. Poſt. & Themiſtius etiam 1. Poſt. Falſum eſt igitur, dicit iſte uir, de ſubiecto præcognoſci quid, & quia.

Primo poſt. c. 25.

Primo poſter. comm. 74. Cap. 2. & 21.

RESPONSIO.

DICIMVS, quod ſubiectũ nõ quæritur, ſed præſupponitur: ſed poſſumus quærere quod eſt ſubiectum, quo habet conditiones, per quas debet in eſſe ſubiecti conſtitui. exempli gratia, homo eſt ſubiectum in medicina; non eſſe homi nis quætitur: ſed quero, an homo in medicina habeat illas conditiones, per quas poſſit in eſſe ſubiecti conſtitui. Hanc reſponſionẽ dedit Auer. 1. Poſt. Vbi dicebat, ſi quis quæreret, an anguli trianguli ſint æquales duobus rectis? hic abſque dubio habet ſub ſe notam triangulum eſſe: ſed quærit, an illa paſſio, ſcilicet, habere t res inſit trian-

Primo poſt. cõme. 73.

triangulo. Similiter dicit Auer. ſi quis quęreret, an ens mobile eſſet ſubiectum, haberet pro com perto eſſe ens mobile: ſed quæreret, an ens mobile ſit genus, ideſt, ſit ſubiectum. Igitur nō quęro eſſe ſubiecti: ſed quæro, quid eſt illud ſubiectum? An diffinitio? an demonſtratio? an ſyllogiſmus? uel modus ſciendi? de quo probantur illæ paſſiones, quæ ab Ariſ. inueſtigantur, uel ſi loqui uolumus, ut Latinis placet.

Dico, quod ſubiectum de ſecundo adiacente non quæritur: ſed benè de tertio, quod Auer. his uerbis explicauit. 1. Poſt. Non quæritur de quæſito, & eſſe ſimplici, benè de quæſito, & eſſe cōpoſito; & ſic patet reſponſio ad hoc dubium. Primo poſt. cōme. 73.

SECVNDA OBIECTIO.

Ens ſecundum Scotum, eiuſque ſequaces eſt ſubiectum in Metaphyſica: & tamen de eo non præcognoſcitur quid, & quia. Quia expers diffinitionis, quare dicendum erit, aut quod ens non ſit ſubiectum in Metaph. quod eſt contra ipſum, aut quod prima conditio ſubiecti ab ipſo aſsignata ſit falſa.

RESPONSIO.

Dico, quod iſta propoſitio eſt inſufficiens, quod ſi ens non habeat diffinitionē propriè dictam, ergo non habet quid; non. n. ſequitur, niſi de quidditate ſpeciei, cuius eſt ꝓpriè diffinitio. Licet ergo ens non habeat quid, quod exprimitur per diffinitionem; tamen habet quid eo modo, quo habet eſſentiam: oportet enim in diffinitionibus deuenire ad aliqua ſimpliciter indiffinibilia: quia non eſt proceſſus in infinitum in rationibus ſecundum Philoſophum. 4. Metaph. Et ideo ipſum ens habet unum conceptum quidditatiuum prædicatione in quid prædicatū; uel quidditatiuum, ideſt, entitatiuum, qui quidem 4. Meth. contex. 9. & 26.

conceptus ſtat loco diffinitionis.

TERTIA OBIECTIO.

Scotvs errat, dicit iſte uir, in aſſignãdo ſecundam conditionem ſubiecti: quoniam ſecũdum eum;ut ſupra etiam dictum eſt,ens ſubiectũ in Metaph. de quo nõ poſſunt demonſtrari paſſiones ſecundum eius diffinitionem, quia caret diffinitione,ergo falſum eſt,quod paſsiones ſubiecti neceſſario demõnſtrentur de ſubiecto per eius diffinitionem.

RESPONSIO.

Nam ubi ſubiectum nõ eſt diffinibile, oportet paſsiones eſſe ordinatas, ita quod una demõſtret aliam,ſcilicet, paſsio poſterior per priorem demonſtretur; licet nonnulli tenuerint entis paſſiones de ente indemonſtrabiles,demonſtrabiles uerò per entis conceptum.

Vide tataretũ. 1.Meta.2.notabili. 1.Poſt.contex 8.

Contra, arguit ipſe Balduinus. Nã dixit Ariſ. 1.Poſt. Quod principia demonſtrationis potiſſimæ debent eſſe cauſæ priores in eſſendo, & in cognoſcendo, ut etiam Græci interpretes, & Auerroes ibi exponũt:at paſsio, & diffinitio paſſionis ipſius entis non poſſunt eſſe cauſa in eſsẽdo ipſius entis, ſed tantum in cognoſcẽdo. Quoniam nullum inferius poteſt eſſe cauſa in eſſendo ſui ſuperioris: ſed tantum in cognoſcendo,ut omnes confitentur. Cum igitur nulla poſsit eſſe cauſa in eſſendo,per quam paſsiones entis demõſtrentur de ipſo: ſequitur à primo ad ultimum, quod poteſt eſſe ſubiectum in ſciẽtia,cuius partes non demonſtrantur de eo, per eius quod qd. eſt: Et ſic ſecunda conditio ſubiecti aſsignata à Scoto non ſemper eſt neceſſaria.

RESPONDETVR.

Qvod non eſt demonſtratio ſimpliciter,ubi præmiſſæ nõ ſunt cauſæ in eſſendo, & in cogno-

ſcendo: ſed tantum ſunt cauſæ in cognoſcendo, & ſic non eſt demonſtratio ſimpliciter, ſed ſolum ſecundum quid:

QVARTA OBIECTIO.

FALSVM dicit Scotus, quod quid eſt ſubiecti eſſe medium ad demõſtrandam paſsionẽ de ſubiecto. Quoniã dixit Ariſtoteles. 2 Poſ. Quod diffinitio maioris eſt. Deinde Auerro in pluribus locis afferit, quod medius terminus in demonſtratione ſimpliciter eſt tantum cauſa maioris extremi, hoc eſt diffinitio paſsionis eſt medium in demonſtratione potiſſima, quare errat Scotus, & alij ſecum hoc idẽ prorſus ſentientes. 2. Poſt. contex. 41.

RESPONSIO.

NAM ly ratio, ideſt diffinitio maioris eſt medium; ratio poteſt ſumi bifariam, uno modo, ut eſt ꝓpria cauſa, alio mõ pro diffinitione dicente quidditatem: unde exponãtur omnes textus hoc modo, ſcilicet ratio, ideſt, propria cauſa eſſendi, & inferendi maioris, ideſt, prædicati eſt medium in demonſtratione ſimpliciter.

Sed dices, ſi per rationem debemus intelligere propriam cauſam, cum cauſa reperiatur quatuor modis, quam ergo cauſam debemus accipere? quæ cauſa dicat rationem. Reſpõdet Ariſt. 4. Phyſi. Quod cauſa, quæ uocatur ratio, eſt illa q̃ dicitur forma. Vnde exponatur textus ſecundi poſt. hoc modo: ratio, ideſt, forma, quæ forma eſt propria cauſa maioris, ideſt, prædicati, eſt medium in demõſtratione. Iam profectò reddimus Ariſt. ſui ipſius expoſitorẽ: Et iſta ratio eſt ſumpta ex textu Ariſt. 1. poſt. Vbi per rationem, ut exponit Auer. 2. Poſt. intendit diffinitionem, ergo ſi ratio eſt mediũ, & ratio eſt diffinitio, ut Auer. 8. Phyſic. dicit, ergo diffinitio eſt medium. 2. Phyſic. contex. 27. 4. Phyſic. contex. 11. Primo poſter. contex. 48. Auer. comm. 95. Auer. comm 75.

Dicimus, quod licet ratio ſit diffinitio, tamen

quando eſt medium in demonſtratione, non ſumitur uti diffinitio eſt, ſed ut cauſa, qua mediante maius extremum, ideſt, prædicatum concluditur de minori, ideſt, de ſubiecto.

QVINTA OBIECTIO.

ERRAT Scotus in aſsignando tertiã conditionem ſubiecti, quod omnia habeãt attributionẽ ad ipſum ſyllogiſmum, immo omnia reducuntur ad diffinitionem. Ex quibus omnibus cõcludit Scotum erraſſe in aſſignandis his tribus conditionibus ſubiecti.

REESPONSIO.

DICIMVS Scotum non erraſſe, immo uerũ dixiſſe. Nam concedimus, quod omnia reducantur ad ipſam diffinitionem, tanquam ad ſubiectum principale, & nobilius inſtrumentum ſciendi. Tamen Scotus aſſerit omnia reduci ad ipſum ſyllogiſmum, tanquam ad ſubiectum attributionis; ueluti demonſtratio, diffinitio, diuiſio, & omnia alia: tamen illa attributio ipſius demonſtrationis intelligenda eſt ſecundum cognitionem, & non ſecundum entitatem: diffinitio uerò reducitur tanquam medium demonſtrationis: diuiſio, ut eſt paſſio terminorum: Nã termini reducuntur ad ipſum ſyllogiſmum, ergo & diuiſio, enthymema, inductio, & exemplũ reducuntur, ſicut imperfectum ad perfectum.

Vide Mauritium in 3. q. uniuerſalium.

SEXTA, ET VLTIMA OBIECTIO.

SCO. uidetur ſibi etiam contradicere: quoniam in eadem quæſtione ſecunda 1. Priorum, dicit, quòd inſtrumentum ſciendi eſt ſubiectum in logica; & probat per conditiones ſubiecti ibidem ab eo poſitas. Et in tertia quæſtione uniuerſalium probat eaſdem conditiones conuenire ſyllogiſmo, ergo contradicit ſibi expreſſe.

RESPONSIO.

Svbtilis Doctor, priorum libro. quæſtione 2. loquitur de ſubiecto adæquato, quod quidem eſt modus ſciendi: in 3. uerò quæſtione uniuerſalium loquitur de ſyllogiſmo tanquam de principali contento ſub modo ſciendi. Et ideo in lib. Priorum loquitur Sco. de ſubiecto magis communi. in 3. q. uniuerſalium de ſubiecto minus communi, quod quidem eſt ſyllogiſmus. Nulla ergo eſt contradictio in uerbis ipſius. Quicquid dicat ipſe Gometius Franciſcanus in ſuis additionibus contra Scotum, & Doctorem ſubtilem, immo contra ueritatem: tuendus eſt ipſe Doctor, & non redarguendus.

QVAESTIO QVARTA.

IN ſpeciali quærendum eſt. Diſputatis tribus quæſtionibus ſuperius de logica in communi: Nūc Sco. leui ſuauique pede deſcendit ad uallem illam nemoroſam Porphyrianam, declaraturus dubia per ardua, & quæſtiones perdifficiles. Antequam autem textum Porphyrianum dubitatiuè tangat, multas præclaras quæſtiones præmittit, quibus diligenter intellectis patens, apertaque erit uia ad penetrandum, & intelligendum ea, quæ abdita ſunt, & occulta in Porphyriana doctrina: oſtendit autem modum, quem obſeruaturus eſt in iſtis quæſtionibus.

Nam primò petet, & diſputabit.

An uniuerſales ſit ens?

Secundò dato, & conceſſo, quod ſit ens.

An ſit intelligibile? cum intelligibilitas ſit paſſio entis, & ſic diffinibile.

Tertiò

Tertiò. An habeat uniuerſale proprietates, & paſſiones, quod ſi uiſum fuerit, atque diſputationis linea fuerit concluſum uniuerſale eſſe, ens diffinibile, & intelligibile, proprietates & paſſiones habens; tunc erit diſputandum altius. An uniuerſale ſit ſubiectum in libro Porphy. Ordo autem iſte uidetur multum rationabilis. Nã quæſtio quid eſt præcedit omnes alias quæſtiones. Circa illud dictum eſt notandum, quòd duplex eſt quæſtio quid. Nam quædam eſt quæſtio quid, quæ dicitur per nomen, & de hac quęſtione uerificatur dictum Sco. hic, quod præcedit omnem quæſtionem, & quæſtionem ſi eſt, & quia eſt, & propter quid eſt. Ratio huius ẽ, quia de nullo diſputari poteſt, niſi intelligatur per nomen quid ſit & quid ſignificet. Ideo philoſophus dicit, ꝙ principia cognoſcimus, inquantũ terminos cognoſcimus. Et Sco. in primo dicit, ꝙ ꝓpoſitio per ſe nota, licet ſit manifeſta: tamẽ adhuc præſupponit ſuorum terminorum intelligentiam. Secundo per quid poſſumus intelligere quæſtionem quid rei; & ſic loquendo non eſt uerum, quod dicit Sco. hic, quia quęſtio quid rei præſupponit quæſtionem ſi eſt. Nã quærere quid eſt ignorato ſi eſt, fruſtra eſt q̃rere prima namque quæſtio, quæ debet fieri de ente quocũque, eſt quæſtio ſi eſt. ſecunda, quid eſt, tertia, quia eſt, quarta propter quid eſt. Nam omnis quæſtio, aut eſt circa incomplexum, aut circa complexum: ſi eſt circa incomplexum, aut quærit de exiſtentia rei, aut de quidditate rei: ſi quærit de eſſe rei, ſic eſt prima quæſtio, ſi eſt, ſi q̃rit de quidditate, & eſſentia rei, ſic eſt quęſtio quid eſt. Vbi aduertas, quòd in fictitiis, & chimericis, poteſt fieri prima qõ, non tñ ſecũda ut ſi dicatur, An ſit centaurus, uel ycoceruus, tragelaphus,

Marginalia: Ordo ꝓceden di rationalis. — Quomodo q̃ſtio quid eſt, ꝑcedat omnes quæſtiones. — Duplex q̃ſtio. — Primo poſter. contex. 6. — Scotus in primo diſt. 2. q. 2. — Omnis quæſtio, aut eſt circa incomplexum, aut circa complexum. — Quæſtio circa incomplexa ſi eſt quid eſt. Circa complexa quia eſt propter quid eſt.

phus, chimera, uel mons aureus, ſtatim abſoluitur quæſtio per negationem, quia hæc non ſunt in rerum natura, quibus negatis, & in rerum latitudine minimè inuentis, non poteſt quæri de eis quid eſt. Aut quæſtio eſt circa complexum: & hoc dupliciter: quia aut quærit de inhærentia prædicati ad ſubiectum; & ſic eſt quæſtio, quia eſt; ſic quod tale ens habet prædicatũ ſibi inhærens. Aut quærit de cauſa inhærentiæ iſtius prædicati ad ſubiectum &, ſic eſt quæſtio propter quid eſt. Iſte igitur eſt ordo quæſtionum, quas 2. Poſt. deſcripſit philoſophus: ſic igitur applicando ad propoſitum, Sco. has mouet quæſtiones de uniuerſali.

Quæſtio eſt circa complexũ & hoc dupliciter.

Ordo quæſtionum.

Primo. An uniuerſale ſit ens, cui correſpondet prima quæſtio.

Secundò. An ſit intelligibile, & diffinibile, cui correſpondet ſecunda quæſtio.

Tertiò. An uniuerſale habeat proprietates, cui correſpondet tertia quæſtio.

Quartò. An illæ proprietates ſint de uniuerſali demonſtrabiles, quod in reliquis quæſtionibus diſputabitur, cui correſpõdet. quarta qõ.

Primo an uniuerſale ſit ens. Secundo an ſit intelligibile & definibile. Tertio an uniuerſale habeat proprietates. Quarto an illæ ꝓprietates ſint de uniuerſali demonſtrabiles.

Ideo notandum in parte illa Sco. declarat ſe ipſum, de quo uniuerſali in li. Porph. intendit diſputare, Et quia uniuerſale poteſt intelligi tripliciter, ſicut omnia cõcreta. ſ. accidentalia, ideo diuiſionem ponit, per quam diuiſionem duo membra abiicit, & tertium per ſe retinet.

In hac parte eſt notandum, quòd duplex eſt cõcretum, quoddam ſubſtantiale, & dicitur concretum ad ſuppoſitum. exemplum, ut homo dicitur concretum ad ſuppoſitum, hoc eſt ad Petrũ, & Franciſcum. Et ut me intelligas, declaro terminos: hoc nomen concretum uenit à concerno, inde in præterito perfecto concreui, in ſupino

Duplex concretum.

Cur dicat̃ terminus concretus.

no cõcretum: & dicitur terminus concretus ille qui ſuæ habitudinis, ſiue reſpectus oculo aliquid reſpicit: propterea dicimus, quòd homo dicitur concretum, quia in tali conſideratione, ſiue nominis inflexione concernit, reſpicit, & miti uultu intuetur ſua inferiora. Et propter hoc, qa iſte reſpicit, ſub hac habitudine de ſuis inferioribus prædicatur dicendo, Franciſcus eſt homo, Conſtantius eſt homo. Abſtractum uerò iſtius concreti, quia unicuique concreto ſuum correſpondet abſtractum, erit humanitas; & humanitas dicitur abſtractum, quia per intellectũ agẽtem abſtrahitur homo ab omnibus ſuis ſuppoſitis: & in tali abſtractione non põt illud abſtractum prædicari de ſuis inferioribus, & ideo iſta prædicatio non eſt bona. Franciſcus eſt humanitas, Cõſtãtius eſt humanitas. Quia in creaturis abſtractum non prædicatur de concreto.

Quid ſit abſtrahere, hominẽ à ſuppoſitis.

Quid autem ſit abſtractum, dico quòd abſtrahere hominem à ſuppoſitis nihil aliud eſt, niſi eleuare hominem per funiculum conſiderationis

Quid ſit abſtrahere.

ſimplicis, & puriſſimæ quidditatis. Iterum abſtrahere hominem à ſuis ſuppoſitis nõ eſt aliud, niſi denudare, & expoliare ipſum hominem ab omnibus ſuis inferioribus, & ponere ipſum in

Quid ſit abſtrahere.

aula puræ quidditatis. Abſtrahere hominem nil aliud eſt, niſi lambicare hominem, in quo lambicandi officio feces ſuppoſitorum abiiciuntur, & puritas humanitatis ſummo cum gaudio retinetur. Et ita in tali abſtractione poteſt idem de ſe ipſo prædicari, dicendo humanitas eſt humanitas.

Cõcretum accidentale eſt duplex.

Aliud autem eſt concretum accidentale, & iſtud eſt duplex. Nam quoddam eſt reale, ſicut album; quoddam eſt intentionale, ut uniuerſale; & iſtud dicitur concretum ad ſubiectum, & non dicitur concretum ad ſuppoſitum.

Declaratio.

Declaro ſic.

ſic. Nam hoc concretum, album, dicitur concretum ad ſubiectum: quia hoc album concernit, & reſpicit ipſum hominem tanquam ſubiectum, ſine quo non poteſt eſſe: Et tunc huic concreto correſpōdet ſuum abſtractum, ut albedo. Et iſta eſt. prima abſtractio, q̃ fit in accidētalibus realibus. Nam ſeparamus ipſam albedinem à ſubiecto. Albedo.n. ut albedo non reſpicit ſubiectū: & propter hoc iſta prædicatio non eſt bona: homo eſt albedo: ſicut nec iſta, homo eſt humanitas. Et licet albedo ſit abſtractum à ſubiecto, adhuc ſibi remanet habitudo, & concernentia ad indiuidua, & inferiora eius. & ideo oportet, quòd albedo adhuc abſtrahatur ulterius: quia albedo adhuc eſt concretū ad indiuiduum eius. Vnde albedo ſi comparetur ad ſubiectum, dicitur abſtractum: ſi comparetur ad indiuidua ſua .ſ. ad hanc, & ad illam albedinem, dicitur concretum, & ſuum abſtractum dicitur quidditas albedinis, ut albedineitas. Ideo in concretis ſubſtantialibus eſt unica tātum abſtractio: quia ſolum eſt abſtractio à ſuppoſitis. In accidentalibus realibus abſolutis duplex eſt abſtractio. prima à ſubiecto cui inhæret. ſecūda ab indiuiduis qb. de prædicatur. In accidētibus reſpectiuis realibus eſt triplex abſtractio. Nam relatio dicitur accidens, dicitur ſpecies, dicitur relatio: ex eo, quia eſt accidens, poteſt abſtrahi à ſubiecto ex eo quia eſt ſpecies, poteſt abſtrahi ab indiuiduis: ex eo quia eſt relatio, reſpicit fundamentum, & terminum. Et ideo tertio loco poteſt abſtrahi à fundamento: ſed cur non fit abſtractio à termino? Ratio, quia omnis abſtractio fit à poſteriori, & non à priori: ſed terminus habet rationem prioris, cum per illum diffiniatur ſecūdum Ariſt. cap. de relatione, ergo non poteſt ab

Non ualet iſta prædicatio homo. eſt Albedo.

In concretis ſubſtantialibus unica eſt abſtractio.

In accidentalibus abſolutis duplex eſt abſtractio.

In reſpectiuis, triplex abſtractio.

Pulchra difficultas & pulchrior ſolutio.

Vniuerſale accipitur tripliciter.

illo abſtrahi. Aliud eſt concretum accidentale ſicut eſt uniuerſale,& hoc poteſt accipi tripliciter ſecundum Sco.Nam primo ſumitur pro ſubiecto.i.pro re primæ intentionis.Et hoc modo uniuerſale eſt primum obiectum intellectus; quandoque ſumitur pro forma.i. pro ſecunda intentione,quandoque pro aggregato ex utraque ex 1.& 2.intentione.Sed ut detur nobis aptior locus intelligendi dicta Sco.in iſtis nniuerſalibus,& in aliis locis. Vniuerſale ſumptum pro ſignificato formali, pro forma, pro reſpectu rationis,pro 2.intentione,& pro ente cauſato à ratione;omnia iſta ſub diuerſis nominibus idem ſignificant. Vniuerſale ſumptum pro ſubſtratio, pro cõnotato, pro 1.intentione,pro denominato, pro abſoluto, & ente reali. Hæc nomina ſub diuerſis nominibus idem ſignificant.Dicitur autem uniuerſale ſubſtratum, pro quanto ſubſtratur, proſternitur, & procumbit ſub ſecũda intẽtione dicitur pro connotato,pro quanto eſt illud quod connotatur. Dicitur pro denominato paſſiuè, pro quanto eſt illud quod à ſecunda intẽtione denominatᷣ,& explicatur,& ſic ſuo mõ de cæteris dicatis. Vniuerſale igitur acceptũ pro prima intẽtione non eſt de conſideratione logici per ſe,quia hoc pertinet ad ſciẽtiam realem: ſed tantum eſt de conſideratione logici per accidens. Vniuerſale uerò ſumptum pro aggregato ex 1.& 2.intentione nullius eſt ſcientiæ,& cõſiderationis,quia illud eſt ens per accidens: & entis per accidens nulla eſt conſideratio. quod autem de ente per accidens non ſit ſcientiæ probatur, quia entis per accidens non eſt diffinitio, ergo nec paſſio, ergo nec primus, & ſecundus modus dicendi per ſe, ergo nec demonſtratio, ergo nec ſcire.prima conſequentia eſt

Synonyma ꝓ ſignificato formali, pro forma,pro reſpectu rationis,ꝓ ſecũda.Intẽtione ꝓente cãto à ratione:ſynonyma pro prima Intentione pro denominato,pro abſoluto & ente reali.

Vniuerſale acceptum ꝓprima intentione non eſt de cõſideratione logici ſed Meta.

Entis per accidens non eſt definitio. 7. Meta. contex.14. & 19.

eſt philoſophi. 7. Meta. quia non entis non eſt diffinitio: ſecunda conſequentia eſt Ariſt. primo Poſt. Quia diffinitio conſtituit primum modum dicendi per ſe., & paſſio ſecundum: tertia conſequentia eſt D. Thomę. Sco. & Linco. primo Poſt. quarta conſequentia eſt Ariſt. 1. Poſt. De uniuerſali igitur ſumpto pro forma, & ſecunda intentione deinceps erit ſermo, quia de illo logicus per ſe conſiderat. Vbi aduerte proteſtationē quam facit Sco. quòd de cæteris non eſt locuturus in iſtis quæſtionibus Porphyrianis, niſi de vniuerſali ſumpto pro ſecunda intentione, tamen iſta proteſtatio eſt intelligenda cum grano ſalis. ſ ut in pluribus, quia quandoque loquetur pro prima intentione, ſicut audituri eſtis. His omnibus ordinatis. Ad primam quæſtionē diſputandam Scotus aperto Marte accedit, quærens utrum vniuerſale ſit ens? termini quæſtionis patent per ea quæ dicta ſunt.

Primo poſte. contex. 9.

Scotus non loquitur niſi de uniuerſali pro Secunda intentione.

Arguitur ad partem ſic. probando quòd uniuerſale nō eſt ens per dictum Boetij: omne quòd eſt, ideo eſt, quia unū numero eſt: ſed uniuerſale non eſt unū numero: probatur, quia illud qđ prędicat de plurib. nō eſt unū numero, uniuerſale eſt huiuſmodi, ſequitur ergò, quòd non ſit ens. In oppoſitum ibi Scot. arguit ad partem affirmatiuam, & ueram, autoritate philoſophi.

Boetius in libello de unitate & uno.

Omne illud quod diffinitur eſt ens, patet per philoſophum. 7. Metaph. Quia non entis nō eſt diffinitio; ſed uniuerſale diffinitur, hoc patet per Ariſt. in li. Peryerni. & in 1. & 2. Poſt. igitur eſt ens. Pro declaratione minoris propoſitionis, nota illud, quod ſcribit Auer. 7. Metaph. Quod duplex eſt diffinitio: quædam ſimpliciter; & iſta eſt tantum ſubſtantiæ ſpecificæ, ſiue genericæ, Alia eſt diffinitio ſecundum quid; & iſta eſt acciden-

Ad oppoſitum arguitur 1.

7. Meta. cōtex. 14. & 19.
Cap. 5.
Primo poſt. cō tex. 25. 2. poſt. contex. ultim.
7. Meta. cōm. 14. & 19.

 tium:

Diffinitio ſimpliciter ſubſtãtiæ, ſecundum quid accidentiũ. uide Auer. ut ſupra.

tium: ratio iſtius eſt, per illud quod ſcribit Auer. in eodem loco. Nam ſicut ſe habet quidditas ad quidditatem, iſta diffinitio ad diffinitionem, ſed ita ſe habet quidditas ſubſtãtiæ, ad quidditatem accidentis, quòd quidditas ſubſtãtiæ eſt quidditas ſimpliciter, & perfecta: & quidditas accidentis eſt ſecundum quid, & imperfecta, ergo ſequitur, quòd ſic ſe habebit diffinitio ad diffinitionem, quòd diffinitio ſubſtãtiæ erit ſimpliciter: & diffinitio accidentis eſt ſecundum quid Et ſicut ſe habet accidens reale ad intentionale, ita diffinitio ad diffinitionem. Ex his omnibus concludo, quòd diffinitio accidentis intentionalis, ſiue ſecundarum intentionum ponitur in orizonte, ac in confinio omnium diffinibilium, & diffinitionũ. Pro declaratione, nota illud quod ſcribit Auer. 7. Metaph. Quod de accidentibus tres fuerunt opiniones, duæ extremæ, & Philoſophi fuit media. Prima opinio fuit Herculeorũ. Iſti, n. tantum profitebantur accidentia, & negabant ſubſtãtias, & dicebãt iſti, quòd diffinitio accidentium erat diffinitio ſimpliciter. Et ulterius dicebant, quòd in diffinitione accidentium non cadit ſubſtantia, quia illam negant. Alia opinio extrema erat, quæ penitus negat accidentia, ſicut patet per Auer. 7. Metaph. Et iſti dicebant, quòd accidentium nulla eſt diffinitio. Acceſſit Philoſophus tanquam medius, & dixit, quòd accidentium eſt diffinitio, & per hoc ruit ſecunda opinio. Dicebat etiam, quòd accidẽtium eſt diffinitio non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & ſic ruit prima opinio Herculeorum. Erit igitur diffinitio uniuerſalis, diffinitio ſecundum quid, & non ſimpliciter.

7. Meta. cõtex. 15.

Nota de Accidentibus quòd triplex eſt opinio.

Qui dixerit accidentia habere diffinitiões, dicit ea habere magisquàm habent, & qui negat diffinitionem in accidentibus dicit ea habere minus; quàm debent habere.

7. Meta. cõtex. 15.

Opinio philoſophi.

Secũdo arguitur.

ITEM ARGVITVR SIC.

Omne illud quod applicatur alicui eſt ens, ſed

ſed uniuerſale applicatur enti, ergo eſt ens: quapropter remanet quæſtio pro utraque parte dubia. Dicendum quòd uniuerſale eſt ens.

In hac pte Sco. aggredit corpus q̃ſiti, ſiue qõnis propoſitę, & eam unica cõcluſione diſſoluit. Quærebatur igitur, an u'le ſit ens? Solutio & qõ ad concluſionẽ eſt hæc, ꝙ v'le eſt ens. Vt terminos cõcluſionis intelligatis, declaro, de quo uniuerſali, & de quo ente hic Sco. intelligit. De uniuerſali igitur dicimus, quòd cum illud trifariam poſſit accipi, duobus modis relictis, tertio modo ſumitur. ſ. pro uniuerſali, quod eſt ſecunda intentio. Hoc firmatur per ſolemnem proteſtationem, quam facit Sco. Vbi pollicitus fuit non loqui niſi de uniuerſali pro ſecunda intentione ſumpto. Quomodo autem ibi ens capiatur eſt aduertendum, quod ens tranſcendentiſſimè, ſumptum ęquiuocum, & analogum, diuiditur in ens reale, & in ens rationis. Ens reale labitur, & peregrinatur per uniuerſam ſcientiarũ ſpeculatiuarum prouinciam. Ens rationis eſt illud, quod ambit totam dialecticã diſciplinam: ſumitur autem hic ens non pro ente in communi diuiſo, quia illud nullam habet unitatẽ præter unitatem uocis: nec etiam ſumitur pro ente reali, quia illud realem realis artificis expoſcit ſpeculationem. Sumitur ergo pro ente rationis cauſato à ratione. Et tunc hic eſt prædicatio, cũ dico, uniuerſale eſt ens, communis de minus cõmuni. Declarata concluſione, ut cathedrans nullas ſentiat argumẽtationũ ictus, uolo pro defenſione ꝓpoſitæ qõnis duodecim fundamenta apponere, qb. munitus erit quocũq; duce ſecurior.

Concluſio Scoti.

Vniuerſale pro forma intentionali.

Ens tranſcendentiſſime eſt æquiuocũ Analogum.

Ens reale qd.

Ens rationis quid.

Vniuerſale eſt ens, eſt prædicatio alicuius communis de minus cõmuni.

Probatur. 12. Argumentis, ꝙ uniuerſale eſt ens.

PROBO IGITVR QVOD uniuerſale eſt ens.

QVICQVID eſt ratio intelligendi, eſt ens, hæc.

Prima ratio probans uniuerſale eſſe ens quia eſt ratio intelligendi.

hæc patet, quia non ens non poteſt eſſe ratio intelligendi ens: ſed uniuerſale eſt ratio intelligẽdi: hæc eſt Sco. in textu, ergo.

Secunda ratio eſt diffinibile 7. Meta. cõtex. 14. & 19. Cap. 5. & 1. poſte. contex. 25. ſed non ita expreſſe. & 2. poſter. contex. ultimo.

Secundò ſic. Quicquid eſt diffinibile eſt ens patet, quia non entis non eſt diffinitio. 7. Meta. ſed uniuerſale eſt diffinibile, ergo eſt ens; minor eſt philoſophi, primo interpretationum. 1. & 2. Poſt. Dicit n. ſic, uniuerſale eſt illud, qđ eſt unum in multis, & dicitur de multis. Pro intelligentia iſtius autoritatis eſt aduertendum, quòd in quolibet uniuerſali duo ſunt conſideranda, unum quod ineſt ſibi à natura nullo cogitante intellectu, ſicut in homine communicabilitas. Nam homo ex natura ſui habet quidditatem communicabilem multis.

Nota iſta.

Idem eſt dicẽdum de ſole, luna, & ſtellis: ſol quidem naturam habet ex ſe communicabilem multis: ideo quantum eſt ex natura ſui poſſent eſſe in cœlo plures ſoles, ſed non ſunt, quia non eſt materia inuenta capax illorum. Et ideo quòd uniuerſale ſit unum in multis, hoc habet à ſe ex natura ſui, & non ab intellectu. Quod uniuerſale prædicetur de multis, hoc habet ab intellectu. Nam intellectus eſt ille, qui prædicabilitatem tribuit uniuerſali. Vniuerſale igitur diffinibile eſt.

Tertia rõ quia eſt applicabile.

Tertio arguitur ſic: quicquid eſt applicabile alicui primæ intentioni eſt ens. Ratio, quia cum applicatio ſit actus ſecundus, præſupponit actum primum, & ita præſupponit ens. Non entis non eſt applicatio, quia cuicunque tollitur actus primus, eidem negatur actus ſecundus: ſed uniuerſale eſt applicabile primæ intentioni, & enti, ergo eſt ens: minor eſt Boetii dicentis logicam eſſe de ſecundis intentionibus primis applicatis.

Logica eſt de ſecundis intentionibus.

QVARTO ARGVITVR SIC.

Qvicqvid eſt ſubiectum in aliqua ſcientia

tia eſt ens. hæc patet, quia non ens nõ poteſt eſſe ſubiectum: ſed uniuerſale eſt ſubiectũ in li. Porphy. ſicut Sco. diſputabit in q.7. ergo &c.

Quarta rõ quia eſt ſubiectum ĩ libro porphyrii.

QVINTO ARGVITVR SIC.

QVICQVID eſt genus eſt ens, hæc manifeſtè patet, ſed uniuerſale eſt genus ad hæc quinque uniuerſalia, ergo. minor patet. Nã uniuerſale ſe habet tanquam genus ad genus, quod eſt primum prædicabile, ad ſpeciem, & differentiã, proprium, & accidens. Vnde in logica iſtæ ſunt prædicationes quidditatiuæ, & formales: Genus eſt uniuerſale, ſpecies eſt uniuerſale, & ſic de cæteris; quia in omnibus his prædicatur per ſe de ſuo inferiori.

Quinta rõ quia eſt generis ad uniuerſalia.

Prædicationes quidditatiuæ & formales.

Sexto arguo ſic. Quod eſt terminus actionis poſitiuæ eſt ens; patet hæc: quia de non ente nulla eſt actio. Et propterea noluit Comment. & Sco. quòd ad præteritum non ſit actio, quia omnis actio (ne ſit uana terminorum natura) oportet quòd habeat terminum. Præteritum uerò formaliter ſumptum, cum ſit nihil, & non ens, non potetit eſſe terminus actionis alicuius agentis: ſed uniuerſale eſt terminus actionis poſitiuæ; patet hæc, quia eſt terminus actus collatiui ipſius intellectus, ut patet p bonos logicos, ergo &c.

Sexta ratio.

Septimo arguo ſic. Omne illud quod eſt unũ in multis, & dictũ de multis, eſt ens: hæc unicuique nota: ſed uniuerſale eſt in multis unum, & dictum de multis per Ariſt. ergo.

Septima ratio.

Octauo arguo ſic. Quicquid ſubiectatur in prima intentione cognita, eſt ens, hæc patet, quia actus ſecundus præſupponit actum primum ut dictum eſt: ſed uniuerſale eſt huiuſmodi, ut patebit per Scotum, ergo.

Octaua ratio.

Nono arguo ſic. Quicquid intelligitur ab intellectu, eſt ens. ſ. poſitiuè, patet; quia intelligibi-

Nona ratio.

litas eſt paſſio entis. Nam, cuicunque competit prædicatum in primomō dicendi per ſe, eidē cōpetit & paſſio in ſecundomō dicēdi per ſe, & ecōuerſo. Cum igitur intelligibilitas competat uniuerſali in ſecūdomō, ergo & ens ī primomodo.

Decima ratio.

Decimo arguo ſic. Quicquid terminat actum intellectus eſt ens, patet; quia terminare eſt entis, & non ipſius non entis; ſed uniuerſale terminat actum intellectus, patet, quia cum intelligitur, terminat actum intellectus, ergo.

Vndecima ratio.

Vndecimo arguo ſic. Omnis reſpectus rationis eſt ens, hæc patuit ſupra; uniuerſale eſt ens rationis, ut patet, ergo.

Duodecima ratio.

Duodecimo arguo ſic. Quicquid eſt diuiſibile, & contrahibile eſt ens; patet hæc: quia diuiſibilitas, & cōtractio præſupponit ens: ſed uniuerſale eſt diuiſibile in quinque uniuerſalia, ſeu prædicabilia, & contrahibile per aliquas differentias materiales; & formales, ergo. patet igitur, quomodo uniuerſale ſit ens.

Aduertatis argumenta. Illud ꝙ dicit Scot. ꝙ ſub ratione nō entis nihil intelligitur mō, quo

Ad Intellectionem noſtram tria requiruntur.

ad intellectionem noſtram tria requiruntur. Requirit. primo obiectū ītelligibile. Et aduertatis hic punctum, quod de ratione ſubiecti intelligibilis, eſt terminare actum intellectus: ſed petes

Quid ſit obiectum mouere intellectum. Quid terminare.

à me, quid eſt obiectum mouere intellectum, uel terminare intellectum ipſum. tuæ miſeratus indigentiæ, ſuccurro: obiectum. n. mouere intellectū nil aliud eſt niſi partialiter, & effectiuè cauſare actū intelligendi. Terminare uero actum intellectus non eſt effectiuè cauſare actum intelligendi. Sed eſt per illum actum attingere obiectum. Ita quòd ſufficit ipſum intellectū per ſuū actum attingere illud obiectum. Terminare uero actum intellectus, competit unicuique obie-

Ideo Deus ſupplet rationem mouentis non autem terminantis.

cto; mouetur uero non omnibus datum eſt, Secundo requiritur ad actum intelligendi intellectus tanquam cauſa principalis: de ratione autẽ intellectus eſt recipere cognitionem, & non cauſare. Vnde ad plura ſe extendit receptio intellectus quã cauſatio eius. Nam multa poteſt recipere, quæ non cauſat: ſicut patet de theologia diuinitus infuſa: & de multis alijs, quẽadmodum tangit Sco. Iſta duo requiſita ad intellectum patent de mẽte Auguſtini per illam diuulgatã propoſitionem. Ex cognoſcente, & cognito paritur notitia. Vbi aduertas unum dictum Sco. Quod licet intellectus habeat intra ſe, et in domicilio animæ ea, quæ ſe tenent ex parte intellectus: non tamẽ habet intra ſe id, quod ſe tenet ex parte obiecti; quia reſpectu obiecti anima eſt tanquam tabula raſa, in qua nihil depictum eſt.

Secũdo requiritur ĩtellectus.

Scotus in prima.q. prologi. Aug.9. de triu. cap. Vltimo & 30. de paruis.

Anima eſt tanquam tabula raſa.

Tertio requiritur ratio intelligendi. Et hic aduertas, quod ratio intelligendi quandoq; requiritur in ratione repreſentandi ſolum: quandoque in ratione cauſandi, & producendi actũ: ſi requiritur ratio intelligendi in ratione repreſentandi ſolum; hoc poteſt dupliciter: Quia aut hoc eſt in ratione abſtractiua. & ſic eſt ſpecies intelligibilis, aut requiritur ĩ cognitione intuitiua. ſecũdo eſt quidditas actu exiſtẽs. ſi requirit̃ in ratione cauſandi & producẽdi actum, hoc dupliciter adhuc: quia aut ĩ cognitione abſtractiua ſecundo eſt ſpecies. Nam ſpecies cõcurrit ad cauſandum actũ intelligendi ratione obiecti repreſentati. Quandoq; in cognitione intuitiua, ſicut eſt quidditas rei exiſtentis, ut exiſtens. Iſtis modis uniuerſale non eſt ratio intelligendi, loquendo de uniuerſali intentionali: q̃a nec in cognitione abſtractiua, nec intuitiua cauſat actũ intelligendi: nec eſt ſpecies intelligibilis: nec

Tertio requiritur ratio intelligendi.

Ratio intelligendi ratione repreſentandi abſtractiue ſic eſt ſpecies ĩtelligibilis in cognitione intuitiua ſic eſt quiditas actu exiſtens.

quidditas actu exiſtens. Et propterea eſt dicendũ quòd ratio intelligẽdi, quandoque eſt ratio cogitandi, & eſt cognita, præmiſſæ ſunt cognitæ, & ſunt ratio cognoſcendi concluſionem. Et tunc aduertas hic regulam optimam, ꝙ quandocũq; aliquid eſt cognitum, & ratio cognoſcendi, excedit in entitate, & perfectione illud, reſpectu cuius eſt ratio cognoſcẽdi: ſicut patet de præmiſſis reſpectu concluſionis. Quandoq; eſt ratio cognoſcẽdi, & nõ cognita, ſecũdo mõ eſt de uniuerſali; quia uniuerſale eſt ratio cognoſcendi, ut dicit Sco. Et tunc eſt regula, quòd quando aliquid eſt ratio cognoſcendi non cognita, non eſt perfectius eo, reſpectu cuius eſt ratio cognoſcẽdi; ſed exceditur ab illo: ſecundo modo eſt de uniuerſali. Patet igitur, quomodo eſt ratio cognoſcendi, & quomodo non.

Nota regulam.

Vniuerſale eſt ratio cognoſcẽdi.

Dicimus autem quòd uniuerſale eſt cognitũ reſpectu cuius uniuerſale eſt ratio intelligendi. Amplius eſt aduertendum circa illud quod dicit Sco De non ente, quòd nõ ens ſecundũ Auer. 5 Phyſ. Dicitur quatuor modis. Dicitur.n. non ens ſecundum comparationem, ut homo eſt aſinus: illud non ens nunquam poteſt eſſe ratio intelligendi; quia illud dicitur ratio in ſe falſa, & contradictionem includens. Et ideo eſt nihil ſecundum Sco. Illud autem qđ eſt nihil, ſicut non habet eſſe extra animam, ita nec in anima: & ita non poteſt eſſe ratio intelligendi: ſecundò dicitur non ens ſecundum diuiſionem, ut homo nõ eſt animal, & cum hoc ſit falſum, & falſitas non poteſt eſſe ratio intelligẽdi. Vnde ſequi neceſſe eſt, ut nõ ſit rõ intelligẽdi. Tertio dr̃ nõ ens actu, & illud eſt materia prima Materia autem prima non poteſt eſſe ratio intelligendi: ſed oportet ꝙ ſit aliud ratio intelligendi eam. Ideo dicit Philoſophus

Quinto phyſi. comm. 8.

Non ens dicitur quatuor modis.

In 4. diſt. 3. q. 1.

Secundo modo.

Tertio modo.

Primo phyſ. cõ tex. 69.

loſophus primo Phyſic. quod materia intelligitur per anologiam ad formam, quarem forma erit ratio intelligendi materiam, & non ecōuerſo. Quarto dicitur non ens per accidens, ut non album: modo iſtis modis ſub ratione non entis nihil intelligitur. Rurſus nota ad hoc propoſitū illud quod ſcribit Cōmen. 12. Meta. quòd nō ens dupliciter dicitur. Primò per negationem cuiuſcunque entitatis. Secundò non ens nihil eſt, dupliciter intelligendus eſt Sco. quòd ſub ratione non entis, nullam entitatem habentis, nihil intelligitur. Secundò dicitur non ens, vt diſtinguitur contra ens poſſibile, & illud non ens conuertitur cum ente impoſſibili. Dupliciter intelligitur Sco. ſub ratione non entis impoſſibilis nihil intelligitur: quia illud ens impoſſibile nō habet eſſe in efficiente. Tertio modo dicitur non ens, ut diſtinguitur contra ens in actu, & hoc modo non ens poteſt eſſe ratio intelligendi.

Quarto modo.

12. Meta. cōm. 11.

Dupliciter Itelligendus eſt Scotus.

Hic eſt aduertendum, domini, quòd non ens nullam habet actionem, niſi in corruptione & annihilatione: primo non poteſt eſſe ratio intelligendi: ſecundo non poteſt eſſe ratio cōponendi propoſitionē uerā. tertio non poteſt eſſe ratio diffiniēdi quarto nō pōt eſſe ratio gñandi. quīto non poteſt eſſe ratio mouendi, quia motus eſt actus entis ſexto nō pōt eſſe ratio demōſtrādi. ſeptimo nō pōt eſſe ratio creandi. In quo ergo loco inuenietur in duobus? in quibus? in corruptione, & annihilatione. Pōderate illud uerbum Sco. cum dicit intelligibile mouet intellectum. Vbi eſt ſciēdum quòd iuxta doctrinam Sco. Triplex eſt obiectum intellectus, quoddam obiectū terminatiuum, & eſt ens inquantum ens, & illud eſt obiectum intellectus in ſe conſiderati: ſecundum obiectum eſt ens abſolutum uel reſpectiuū

Non ens nullā habet actionē niſi in corruptione, & annihilatione.

Tertio phyſic. contex. 6.

Ponderate intelligibile mouere ītellectū.

Triplex obiectum Intellectus.

cuius

cuius terminus non eſt Deus, & illud etiam eſt obiectum terminatiuum. Tertium obiectum intellectus eſt quidditas rei ſenſibilis, & illud eſt obiectum motiuum, & de illo intelligibili poteſt eſſe uerum, quod dicit Sco. hic quòd mouet intellectũ. Aduerte etiã ad illud quòd dicit hic Sco. quòd intellectus eſt uirtus paſſiua, ſicut eſt de mẽte philoſophi tertio de Anima. Tu uerò aduertas hic, quòd duplex eſt intellectus, quidã poſſibilis, quidam agens. Agens autem ponitur ut abſtrahat à formis imaginatis; ſicut ſcribit Cõment. 3. de Ani. cõtra Platonem. Intellectus poſſibilis tres habet actus. Nã eſt receptiuus, eſt paſſiuus, & eſt actiuus; Eſt enim actiuus, ꝓ quãto cõponit propoſitiones, & ſyllogizat. Eſt receptiuus pro quanto recipit ſpeciem intelligibilem, actum intelligendi, & ipſum habitum. Dicitur paſſiuus reſpectu intellectus agentis. qui dicitur actiuus: & de hoc poteſt intelligi illud quod dicit Sco. hic, quòd intellectus eſt uirtus paſſiua ꝑ comparationem ad intellectum agentem, & ad ipſum obiectũ: & ideo nõ operatur, niſi moueatur ab obiecto: mouere uerò ẽ ipſius ẽtis in actu. Aduerte tamẽ tu hic, quòd in propoſito mouere ſumitur pro terminare. Ex his omnibus patet, quòd cum uniuerſale ſit ratio intelligendi, quòd iure optimo ens appellari poteſt.

[Margin: Quando de. — Tertio de Anima contex. 14. 17. 18. & 27. — Duplex intellectus. — Tertio de Anima contex. 18. Intellectus poſſibilis tres habet actus. uide Trombetã in formalitatibus — Mouere eſt ipſius entis in actu.]

Propoſita fuerat q̃ſtio, an uniuerſale ſit ens? concluſum autem fuerat multis, ac bonis rationibus ipſum uniuerſale eſſe ens: & quia argumẽtum fuerat ad oppoſitam partem, ſupereſt in pręſentiarum reſpondere ad argumenta, atque ad contrarias rationes.

[Margin: Diſſoluũtur rationes ante oppoſitum.]

Primo arguitur ſic autoritate Boetii: omne quod eſt, ideo eſt, quia unum numero eſt: ſed uniuerſale non eſt unum numero, ergo. maior

argu-

argumenti eſt Boetij, minor probatur: quod prædicatur de pluribus uniuocè, non eſt unum numero: patet, quia iſta ad inuicem opponuntur, & eidem cōpetere non poſſunt: ſed uniuerſale prædicatur de pluribus uniuocè, probatur hæc, quia genus prædicatur de pluribus uniuoce universale eſt genus, ergo, Iſtud argumentum, domini, longam depoſcit declarationem. Tamen quia gaudent breuitate moderni, paucis uerbis abſoluam, & quidem claris, quæ longiori ſermone poterant exarari; quidam dicunt, quod illa autoritas non debet ſic formari, ſicut in textu iacet. Omne quod eſt, ideo eſt, quia unum numero eſt: ſed hoc modo, omne quod eſt unum, ideo eſt unum, quia eſt, hoc eſt quia exiſtit: ſed hæc ſolutio mihi non placet: quia eſt ſenſus, quod exiſtētia rei ſit cauſa unitatis eius. Hoc enim non uidetur uerum: quia exiſtētia non eſt ratio, & cauſa, quia alicui ineſt entitas: imo alicui rei prius ineſt unitas quàm exiſtentia. Ratio mea eſt, quia unitas tanquam paſſio entis cōpetit alicui in ſecundomō dicēdi per ſe pcedūt ea q̄ in tertiomō ueniuntur. Propterea poſſumus ad hoc argumētum dupliciter reſpondere. & dupliciter exponere hanc autoritatem. Primo ponendo fundamētum Sco. quòd aliquid prius eſt unū numero, à principio inſtrinſeco, quàm eſſe actu exiſtens: ratio quia ꝙ aliquid ſit unum, nō habet à proprietate indiuiduali, quæ proprietas indiuidualis indiuiſibilis indiuiduo prior eſt quàm exiſtentia. Nam proprietas hæc indiuidualis eſt ultima differentia indiuidui, & conſtitutiua indiuidui in ultimato eē ſubiicibili: & eſt de intrinſeca ratione indiuidui. Exiſtētia uerò eſt modus, & conditio conſequens indiuiduum iam conſtitutum in eſſe. Et ideo, ut ſæpè diximus, exiſtētia

Iſtud argumētum longā pēcit declarationem.

Bona formatio primæ rationis.

Dupliciter reſpondetur.

Aliquid prius eſt unum numero a principio intrinſeco.

Exiſtentia eſt minus intima quam dr̄ia indiuidualis.

rei eſt primum prædicatum per accidens præſup poſitum ab omnibus prædicatis per accidẽs Eſt igitur ſenſus, omne quod eſt in actuali exiſtentia, ideo eſt. ſ. in tali eſſe, quia unũ numero eſt. ſ. conſtitutũ per principium intrinſecum: & ideo quia in iſto loco eſt reditio, cauſæ à priori: pro ulteriori declaratione hujus eſt notandum, ꝙ tota coordinatio prædicamentorum abſtrahit ab actuali exiſtentia: non tamen repugnat exiſtẽtia rebus prædicamentalibus, aliter eſſet fictitia & chimerica ratione inuenta. cum igitur indiuidua ſint in prædicamento tanquam in ultimo ſcibilia ſunt, per oppoſitum datur primum prędicamentale de neceſſitate abſtrahens ab exiſtentia, cum iſta indiuidua ſint cõpleta, & perfecta in ratione indiuidui, habebunt principia intrinſeca, per quæ iſta indiuidua conſtituentur in eſſe indiuiduali: iſta autem principia conſtituentia indiuidua in eſſe indiuidui, obſcuro ſermone dicuntur hęcheitates ſecundum Scotiſtas, clariori uocabulo dicũtur proprietates indiuiduales: ut Sorteitas in Sorte: & Platoneitas in Platone. Cum igitur iſtæ proprietates indiuiduales ſint tanquam formæ conſtitutiuę indiuiduorũ in eſſe indiuidui, & ſint entia: ſequitur de neceſſitate, ꝙ in eo inueniũtur proprietates, & paſſiones entis: cuiusmodi eſt uerum, bonũ & nu. Ex his igitur aperte patet, quòd rebus prædicamentalibus, & ipſis indiuiduis, ut ſunt ordinata in latitudine prędicamentorum, cõpetit unitas in ſecundo modo dicendi per ſe, ens cuius eſt unitas cõpetit in primo modo dicendi per ſe. Egredientibus autem indiuiduis domo predicamentorũ, mox illis exiſtẽtia occurrit: & ideo uides ex hac declaratione, quòd prius ineſt ipſis indiuiduis unitas, quàm exiſtentia. quare bene dictum eſt, quòd

Sensus authoritatis Boetii.

Omne qđ eſt i prædicamento abſtrahit ab exiſtentia actuali, nam prædicumenta conſiderãtur quoad eſſe cognitum.

Quid ſint hæc chæitates & unde dicantur ui de Scotum in 2. diſt. 3. q. 6.

ꝙ omne quod eſt, ideo eſt, quia unum numero eſt. Poteſt dari alia expoſitio huic loco. Cum dicitur omne quod eſt, ideo eſt, &c. quod ly, quia, ſit redditio cuiusdam cōditionis, cōcomitantis indiuiduum per ſe exiſtens. Et in iſto ſenſu exiſtē tia præcederet unitatē numeralē, quę expoſitio mihi non placet; quare prima teneatur. Patet, igitur intellectus iſtius autoritatis, cum dicitur, quòd uniuerſale non eſt unum numero; ad hoc poſſumus dicere ſic, quòd Boetius intellexit de illo, quod eſt unum numero, quod eſt ens reale, & prçter operationem intellectus. Modò hæc autoritas non militat contra concluſionem noſtram: quia ego teneo uniuerſale eſſe ens rationis, & non realę. Poſſumus dicere igitur aliter, quòd eſſe unū numero ſtat dupliciter, Aut quod eſt unum numeroſitate ſuppoſiti & ſic eſt ſortes, & Plato. Aut eſt unum numero numeroſitate eſſentiæ; & ſic uniuerſale eſt unum numero.

Poteſt alia expoſitio aſſignari.

Alia Reſponſio.

Vnū nūero numeroſitate ſuppoſiti, ſic ē Sortes, & Plato, numeroſitate eſſentiæ, & ſic eſt uniuerſale.

Ad argumentum, cū dicitur, omne quod eſt, ideo eſt, quia unum numero eſt. Dico, quòd hoc eſt uerum de eo, quod eſt unum numero numeroſitate ſuppoſiti. Cum autem dicis, ſed uniuerſale non eſt unum numero: Dico, quòd licet nō ſit num numero numeroſitate ſuppoſiti; eſt tamen unum numero numeroſitate eſſentiæ. Quarè argumentum non currit.

Secundò arguitur ſic auctoritate philoſophi in prædicamentis. omne quod eſt aliquid à prima ſubſtantia, aut dicitur de prima ſubſtantia, aut eſt in illa; hæc eſt philoſophi, ubi ſupra: ſed uniuerſale eſt aliud à prima ſubſtantia, & diſtinctum ab ea, & non dicitur de ea, neç eſt in illa prima ſubſtantia, ergo non eſt ens: probo minorem, primo, quòd uniuerſale non dicatur de prima ſubſtantia. ſolæ ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur

tur de primis; probo, quod nec uniuerſale eſt in prima ſubſtantia; omne quod eſt in aliquo tanquam accidens in ſubiecto denominat illud: ſed uniuerſale non denominat primam ſubſtantiã, ergo non eſt in illa: probo, quia tunc prima ſubſtantia non diceretur ſingularis, ſed uniuerſalis quod eſt falſum.

Reſponſio ad ſecũdum principale.

Ad hoc argumentum dicitur, ſicut ad primũ dictum eſt, quod Ariſt. intelligit de prima & ſecunda ſubſtantia, quæ eſt ens reale, & non per operationem intellectus. ſed hęc ſolutio improbatur à Sco. & uult quòd ſecundæ ſubſtantia nõ ſit præter operationem intellectus: ſed ſit ſecunda intentio. ideo probat hoc. Quia quando ſubſtantia diuiditur in primam, & ſecundam, certum eſt, quòd iſta diuiſio datur per oppoſita. Et ideo per ſecundam ſubſtantiam non debemus intelligere ens reale, ſed ens rationis, quia ens reale, & ens rationis opponũtur. Si autem intelligeremus per ſecundam ſubſtantiam ens reale non opponeretur primę ſubſtantiæ, quæ etiam eſt ens reale: ideo uniuerſale dicitur de primis ſubſtantiis. Et cum arguebatur contra, quia ſolę ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur de primis: dico, ait Sco. quòd ſecundæ ſubſtãtiæ, ut ibi loquitur philoſophus, non ſunt ſubſtantiæ reales, ſed sũt accidentia, nec etiam ſunt quæcunque accidentia realia, de quibus philoſophus ponit aliud membrum. ſ. eſſe in, ſed ſunt accidentia intentionalia, quibus per ſe competit dici de. Vnde eſt aduertendum, quòd uniuerſale eſt quoddam cõmunius ad ſecundam ſubſtantiam: quia ſecũda ſubſtantia dicitur uniuerſale applicatum ad aliquid in genere ſubſtantiæ.

Ad formam argumenti.

Ad formam argumenti: omne quod eſt aliud à prima ſubſtantia, aut dicitur de illa, aut eſt in

illa

illa, tráſeat iſta: ſed uniuerſale eſt aliud à prima ſubſtantia, tránſeat: at quando dicitur, ſed uniuerſale non dicitur de prima ſubſtantia; nego iſtud: cum dicis contra, ſolæ ſecundæ ſubſtantiæ dicunt de primis; diſtinguo, ſi per ſecũdam ſubſtantiam intelligis ens reale, non bene dicis; hoc eſt, ſi per ſecundam ſubſtantiam intelligis animal, & hominem, nõ rectè ſentis: tunc enim diuiſio non eſſet data per oppoſita: ſi autem intelligis per ſecundam ſubſtantiam accidentia intentionalia, bene dicis, & ſic uniuerſale poteſt eſſe ſecunda ſubſtantia, genus, & ſpecies; quibus per ſe competit dici de. Aduerte ibi punctum quòd illa dictio, de, ſemper indicat tibi propoſitionem eſſentialem, & ſuperioris de inferiori; ut animal prædicatur de homine, ergo homo eſt animal: illa autem dictio, eſſe in, ſemper tibi oſtendit prædicationem denominatiuam, ut album eſt in homine, ergo homo eſt albus.

Tertio arguitur ſic. Si uniuerſale eſt ens, aut eſt à natura, aut ab intellectu: ſed a neutro iſtorum eſt, ergo non eſt ens. probo minorem, primo quòd non ſit à natura; quia tunc eſſet ſingulare & terminus tranſitorius, ut patet, nec eſt à ſolo intellectu, quia tunc uniuerſale eſſet figmẽtum, & ita non ens. Ad hoc argumentum dico: cum petis, uniuerſale aut eſt à natura, aut ab intellectu. Dico, quòd non eſt à natura: ſed eſt ab intellectu. cum dicis, ergo eſt figmentum, nego, ratio eſt, quia figmento nihil correſpondet in re extra. Hoc autem eſt intelligendum ſecundum totum, non autem ſecundum partes: quia figmẽto ſecundum partes aliquid correſpõdet: uniuerſali autem aliquid extra & in re ipſa correſpondet ſ. ipſa proprietas rei, à qua proprietate intellectus noſter mouetur ad cauſandam ta-

Tertio arguitur ſic.

Vt chimeræ. nihil correſpondit ſecundum totum, bene ſecundum partes.

lem

Species eſt tenuis ſimilitudo ſingulariũ, & ſimilis ſententia habetur ab Ariſt. c. de ſubſtantia inquit genus plus cõplectitur &.

lem intentionem, Adducit ibi auctoritatem Boetii. Species eſt tenuis ſimilitudo ſingularium .i. tenuis conceptus: genus uerò magis ſimilitudo eſt: ratio huiuſmodi eſt, quia quãto aliquid magis impartitur in plura, tanto redditur imbecille, ac magis tenue. Cũ ergo genus in plura patiatur quàm ſpecies, ſequi neceſſe eſt, ut ſit magis tenuis ſimilitudo, & conceptus ſuarum ſpecierum, quàm ſpecies ſuorum ſingularium. Cõcludit ergo Sco. quòd uniuerſale effectiuè eſt ab intellectu, ſicut & quæcunque alia ſecunda intentio, à proprietate uerò rei eſt materialiter, originaliter, & occaſionaliter: figmento uerò ſecundum ſe totum à rei proprietate eſt minime & ita finis huius quartæ quæſtionis.

Vniuerſale eſt effectiue ab intellectu, licet ĩproprie uide Mau. in in expoſitione huius quæſtionis.

QVAESTIO QVINTA.

Ratio cõtinuationis.

QVAERITVR An uniuerſale ſit p ſe intelligibile? Superiori loco Sco. diſputauit, an uniuerſale eſſet ens? & concluſit multis rationibus ipſum eſſe ens. Nunc uerò intendit diſputare. An uniuerſale ſit per ſe intelligibile? Ratio autem iſtius continuationis eſt: quia declarato, ſi eſt, & quid eſt, declarandum erat, quia eſt, quæ eſt quæſtio de inhærentia paſſionis ad ſubiectum: & quia intelligibilitas eſt paſſio entis: uiſo, quòd uniuerſale erat ens, diſputandum erat, an eſſet intelligibile: & illa q̃ſtio quarta meritò præcedit hanc quintam. Præterea quandocunque ſunt duo obiecta, quorum unum eſt ſubiectum, alterum paſſio: tunc ſicut ſubiectum præcedit paſſionem; ita quæſtio ſubiecti debet præcedere quæſtionem paſſionis: pro-

probo per illud philoſophi ſecundo. Meta. ſicut ſe habet res ad eſſe, ita ſe habet ad cognoſci. modo res ita ſe habet quòd idem prius eſt ens, ſecundò intelligibile: ideò prius debebat eſſe quæſtio de ente, quàm quæſtio de paſſione entis. Præterea ſicut primus modus dicendi per ſe, præcedit ſecundum: ita & primus modus prædicandi præcedit ſecundum: ita etiam primus modus quæſtionandi, ſicut eſt ſubiecti, præcedit ſecundum, quod eſt paſſionis quid eſt, erit ordo in intelligendo, in prædicando, & in quæſtionando. Primum patet ex intentione philoſophi ſecundo Meta. dicentis, ſicut ſe habet res ad eſſe, ita ad cognoſci, ecce ordo, domini, in intelligendo: ſecundum patet de mente philoſophi. 1. Poſt. De ordine perſeitatum, ubi primus modus dicendi per ſe præcedit ſecundum: tertium patet ex ſententia philoſophi ſecundo. Poſt. Vbi in illis quatuor quæſtionibus poſuit ordinem in quæſtionando. Nam quæſtio, ſi eſt, præcedit quæſtionem quid eſt, & hanc ſequitur quæſtio quia eſt: & poſt hanc meritò uenit quæſtio propter quid. Quare bene fecit Sco. ſequendo ueſtigia. philoſophi. Nam prius de uniuerſali fecit quæſtionem ſi eſt, & quid eſt: ſecundo fecit quæſtionem de quia eſt, quærens de inhærentia paſſionis ad ſubiectũ, & de intelligibilitate ipſius uniuerſalis cum dicit. An uniuerſale ſit per ſe intelligibile? Quid ſit uniuerſale, non oportet hic immorari, quia uniuerſale ſumitur hic pro formali, & pro denominato; ſicut patet ex ſolenni promulgatione, quam fecit Sco. ſupra Quid ſit per ſe intelligibile? dicimus, quòd ponitur per ſe ad differentiam eorum, quæ per accidens intelliguntur: quemadmodum ſunt negationes & priuationes, quæ per ſe non intelliguntur,

Secundo Meta. contex. 4.

Alia ratiõ continuationis.

Secundo Meta. contex. 4.

Primo poſt. cõ tex. 9.

Secundo poſt. tex. comm. 1.

Scotus imitatus eſt Ariſtotelem.

Vniuerſale hic ſumitur ꝑ formali.

Per ſe ad differentiã eorum quæ ꝑ accidẽs intelliguntur ut priuationes, negationes.

nec de eis ponitur aliqua ſciencia: eſt ergo ſenſus quæſtionis. Vtrum uniuerſale ſumptum pro ſecunda intentione ſit per ſe perſeitate ſecundi modi intelligibile ſic, quòd intelligibilitas tanquam paſſio conueniat uniuerſali tanquam ſubiecto in ſecundo modo dicendi per ſe.

Senſus quæſtionis.

Arguo igitur, quòd uniuerſale non eſt in intellectu, ergo non eſt per ſe intelligibile: probo antecedens, uniuerſale non eſt in ſenſu, ergo non eſt in intellectu: probo antecedens ſecundæ conſequentiæ, uníe non cadit ſub obiecto ſenſus, ergo non eſt ſenſibile, ergo non eſt ſub ſenſu: probo illationem ſecundæ conſequẽtiæ: quia quandocunque ſunt duæ potentiæ eſſentialiter ordinatæ, quarum una eſt prior & altera poſterior: Aliquid non poteſt eſſe in potentia poſteriori, niſi prius fuerit in potentia priori, ſicut patet de intellectu, & uoluntate: nihil poteſt eſſe in intellectu, niſi præfuerit in ſenſu, tanquam in potentia priori: ſed ſenſus, & intellectus ſunt duę potentiæ eſſentialiter ordinatæ, & ſenſus eſt potentia prior, & intellectus poſterior; ergo ſi uniuerſale non fuerit in ſenſu tanquam in potentia priori, non poterit eſſe in intellectu tanquam in potentia poſteriori. Et ita patet antecedens. Probatio primæ conſequẽtiæ patet, quia non poteſt aliquid per ſe intelligi, niſi fuerit aliquo modo apud intellectum, ut manifeſtum eſt.

Conſequentia iſta prima maniſeſta eſt, q d non cadit ſub intellectu non poteſt intelligi.

Ad oppoſitum, uniuetſale eſt per ſe diffinibile, ergo eſt per ſe obiectum intelligibile: conſequentia eſt nota, quia non poteſt aliquid diffiniri, niſi cognoſcatur: antecedens eſt philoſophi. primo lib. interpretationum, & lib. Poſt. In quibus locis philoſophus diffiniuit uniuerſale, ut dictum eſt. Ipſis rationibus mutuò prælìantibus

Arguiẽ ad oppoſitum.

Cap. 5. Primo poſt. cō tex. 25.

remanet

remanet quæſtio pro utraque parte dubia.

Dicendum, in ea parte Sco. ponit quæſtionẽ, quę eſt hæc: quod uniuerſale eſt per ſe intelligibile ſic, quod uniuerſale eſt per ſe perſeitatẽ ſecundi modi intelligibile; iſta concluſio habet fundamenta ſua, quibus poteſt tueri.

Concluſio Doctoris.

Primò, uniuerſale eſt per ſe ſcibile, ergo per ſe intelligibile, conſequentia nota, antecedẽs probatur ſic: uniuerſale habet diffinitionem, habet & paſſionem, ſicut demonſtrabitur, ergo eſt per ſe ſcibile: patet hoc de mẽte philoſophi. 1. Poſt. Nã hæc requiruntur ad hoc, quod aliquod obiectum ſit ſcibile ſcientia demonſtratiua.

Primo igĩ Roboratur cõcluſio Scoti.

Primo poſt. cõ tex. 25.

Secundò, uniuerſale eſt per ſe diffinibile, ergo per ſe ſcibile; conſequentia nota, antecedeens eſt philoſophi.

Secundo.

Tertiò, uniuerſale eſt per ſe ſubiectum in libro Porphy. ſicut inferius diſputabitur, ergo per ſe intelligibile: cõſequentia eſt Sco. & omnium Peripateticorum. Nam de ratione ſubiecti eſt, quòd ſit per ſe intelligibile, immo primo intellectum.

Tertio.

Quartò, uniuerſale eſt per ſe ens, ut concluſum eſt quæſtione quarta, ergo eſt per ſe intelligibile: conſequentia probatur per regulam Sco. De quocũq; prædicatur ſubiectum in primomõ dicendi per ſe, de eodem prædicatur & paſſio illius ſubiecti in ſecũdo mõ dicendi per ſe. cũ igitur ens rationis prædicetur per ſe de uniuerſali in primo modo dicendi per ſe, ergo.

Quarto.

Quintò, uniuerſale eſt per ſe ratio intelligendi, ergo eſt per ſe intelligibile: antecedens eſt Sco. in corpore iſtius quæſtionis: conſequentia patet, quia poteſt eſſe illud, ad quod terminatur actus intelligendi ipſius uniuerſalis. Ex his igitur rationibus patet uniuerſaele ſſe per ſe intelli-

Quinto.

ligibile. Tamen pro ulteriori declaratione eorum, quæ dicuntur hic, ſunt ponderandæ & examinandæ aliquæ propoſitiones.

Examinandæ ſunt quædam propoſitiones.

Primò igitur eſt hic obſeruandum, quod quęſtio mota de intelligibilitate uniuerſalis poteſt extendi ad intelligibilitatem omnium ſecundarum intentionum. Et ideo circa hanc quæſtionem ſunt profundiſſimæ difficultates de intelligibilitate ſecundarum intentionum. Nam poteſt probari ex efficaciſſimis rationibus: quod uniuerſale non eſt per ſe intelligibile, quia intelligibilitas eſt paſſio entis realis, ergo per ſe non competit enti rationis: conſequentia patet, quia ens reale, & ens rationis opponuntur, & ideo quæ eſt paſſio unius, nō poteſt eſſe paſſio alterius: antecedens patet, quia intelligibilitas illius eſt paſſio, quod eſt obiectum per ſe primū intellectus: ſed primum obiectum intellectus eſt ens reale, & non rationis: hoc probo de mente Sco. Nam illud eſt obiectum intellectus, quod eſt ſubiectum in Meta. ſed ſubiectum in Meta. eſt ens reale, & non rationis, ergo.

Nota ponderādo.

Probatur uniuerſale non eſ ſe ītelligibile. Intelligibilitas eſt paſſio entis realis formaliter, & per Anthonomaſiam reductiue, eſt entis rationis.

Subiectum in Meta. eſt ens reale.

Secundò arguitur ſic: A quocunque remouetur ſubiectum per ſe, ab eodem & propria paſſio ſed ens reale remouetur per ſe ab uniuerſali, ergo & intellectus.

Secundo arguitur.

Tertiò, arguitur ſic: illud quod conuenit alicui ſubiecto per ſe, conuenit per accidens, & nō per ſe accidenti illius ſubiecti: ſed intelligibilitas competit per ſe ipſo ſubiecto, uel obiecto intellectus, ergo per accidens competit accidenti, & modo illius ſubiecti: ſed uniuerſale eſt modus ipſius rei intellectæ, & accidens eius, ergo.

Tertio Arguitur.

Quartò arguitur ſic: Vniuerſale, & quæcunq; alia ſecunda intentio intelligitur per fundamētum, & terminum, & per aliud, ergo non per ſe con-

cōſequentia patet, quia per ſe, & per aliud ſunt oppoſita: antecedens probatur ſic: omnis relatio cognoſcitur per ſuum fundamentum, & terminum, ergo per aliud: probo antecedens iſtius ſecundæ conſequentiæ: omnis relatio habet à fundamento, & termino entitatem, ergo ab illis habet intelligibilitatem.

In oppoſitum eſt ſententia Sco hic. Pro intelligentia eorū argumentorum eſt notandum, qđ iſte locus, domini, eſt qui uexauit capita omniū Scotiſtarum: & ideo circa hanc materiam fuerunt uarię opiniones. In oppoſitum.

Prima fuit, quòd ſecundæ intentiones nullā habent intelligibilitatem. Et iſti fuerunt, qui negauerunt entia rationis: & ita ſicut non habent eſſe, ita nec intelligi. Prima opinio de ſecundis intentionibus.

Secunda opinio fuit, quòd uniuerſale, & ſecūdæ intentiones per ſe intelliguntur: ſed cui primo competit iſta intelligibilitas tanquam paſſio, eſt dura difficultas apud Scotiſtas: & ideo sūt duæ opiniones in hoc. Prima opinio eſt, quòd iſta paſſio conuenit enti in communi, quod eſt indifferens ad ens reale, & ens rationis. Et illud ens eſt æquiuocum analogum: & ita ponit hæc opinio quòd æquiuocum analogum poſſit habere paſſionem. & ratio iſtius opinionis fuit, ꝙ iſta paſſio, quæ eſt intelligibilitas, aut conuenit enti reali, aut rationis: non primo, quia tunc non competeret enti rationis: nec ſecundo, quia tunc non competeret enti reali, ergo oportet dicere, quòd conueniat enti communi ad ens reale, & ad ens rationis: contra, quia ens in communi, ex quo eſt æquiuocum, non poteſt eſſe obiectum intellectus: & ita non poterit per ſe intelligi: quare paſſio ei non conueniet. Reſpondet iſta opinio, quòd duplex eſt æquiuocum: à caſu, Secunda opinio. Cui primo cōpetit intelligibilitas. Opinio prima ꝙ enti Analogo æquiuoco competit. Obiectio. Reſponſio.

& eſt illud, quod ſignificat omnia ſua ſignificata ſine ordine: ſicut canis, qui ſignificat canem latrabilem, ſidus cęleſte; & piſcem marinum ſine ordine. Et de hoc æquiuoco uerum eſt dicere, quòd nō poteſt habere obiectum intellectus, nec poteſt habere paſſionem, Aliud autem eſt ęquiuocū à conſilio; & eſt illud, quod habet ſuā ſignificata cum ordine: & eſt illud, quod eſt analogia permixtum, ſicut ens, quod per prius ſignificat ſubſtantiam, & per poſterius accidens. Ecce ordo, domini, & ideo poteſt eſſe obiectum intellectus, & habere pasſionem, hunc modum ſumunt Scotiſtæ ex dictis Scō. & ſequendo hanc opinionem dicendum eſſet, quòd uniuerſale, & quæcunq; ſecunda intentio eſt per ſe intelligibilis. Alia eſt opinio communis, quæ ab omnibus tenetur, pro ueriori ſententia, quòd obiectum adæquatum intellectus eſt ens reale: & iſtud eſt ſubiectum in Metaph. & iſtius entis realis eſt prima paſſio, & intelligibilitas; ex hoc ſe quereretur, quod iſta pasſio non eſt per ſe ſecundarum intentionum: quomodo ergo intelligerentur ſecundæ intentiones per ſe? Dico reductiuè; & ratione primarum intentionum. Vnde eſt hic ualde aduertendum; quòd quando intelligūtur ſecundæ intentiones per primas: tunc primę intentiones, ſiue prima intentio eſt principiū quo intelligendi: ipſa uerò ſecunda intentio, & uniuerſale eſt illud, quod intelligitur, ſic quod eſt illud, ad quod terminatur actus intelligendi, q̄a ſi ſecus, nunquam ſecunda intentio cognoſceretur ab intellectu: quando uero ſecunda intentio eſt ratio cognoſcendi primam, tunc prima intentio eſt quod intelligitur, & ſecunda intentio eſt ratio qua intelligendi. Et ideo cum dicitur, quòd ſecūda intētio intelligitur per aliud, ergo

Aequiuocum à caſu, à cōſilio, huic conuenit intelligibilitas.

Scotus in quolib. q. 3. art. 1.

Alia opinio cō munis.

Notandum.

Secundā Intentio intelligitur per aliud in ratione principii quo, non q̄d.

ergo non per ſe, debet ſic exponi, intelligitur per aliud in ratione principij quo, nō tamē in ratione principij quod. Erit ergo intelligibilitas paſsio entis realis: & iſta paſsio non cōpetit niſi reductiuè ſecūdis intētionibus. Eſt tū hic imaginandum, quòd ſicut ſecundæ intentiones habēt entitatem tenuem: ita etiam habent, & tenuem intelligibilitatem; & ideo illa intelligibilitas, quamquā tenuis, per ſe competit ſecundis intentionibus. & ſic dico, ꝙ uniuerſale per ſe eſt intelligibile perſeitate terminationis: & iſta perſeitas, domini, in propoſito negat medium cōcurrens in ratione quod, quia nullum medium cognitum cadit inter intellectum, & hanc ſecundā intentionem cognitam. Primum igitur argumētum ſolutum eſt: quia intelligibilitas per ſe cōpetit enti reali, & reductiuè ſecundis intentionibus, & per ſe competit illa. Conclusio.

Secundum argumentum procedit ſecundum intelligibilitatem realem.

Tertium argumentum uerum dicit. Nam illa paſsio, quę per ſe competit ſubiecto, per accidēs competit accidenti illius ſubiecti: ſed loquēdo de paſsione tenui ſecundarum intentionum illa per ſe competit ſecundis intentionibus.

Ad quartum dico, quòd licet intelligantur ꝑ aliud, non tamen in ratione principij quod: ſed in ratione principij quo: & iſta nō tollunt, quin per ſe intelligantur. Determinatum eſt in corpore quæſtionis, quòd uniuerſale eſt per ſe intelligibile, & fuerūt plura adducta in fauorē iſtius quæſtionis: ſed quia remanſerunt quędam propoſitiones declarandæ, quæ in ſuis uerbis obſcuræ ſunt, ideo illas hic aponā. Dicit igitur Sco. Quod primum obiectum intellectus eſt ipſum quod quid eſt. Hic eſt aduertendū, quòd Sco. in- Declaratio quæſtionis.

telligit de primo obiecto motiuo intellectus: & ideo cum dicit, quòd ipſum quod qd eſt, eſt primum obiectum intellectus, debet ſic gloſari, & exponi: quod eſt primum primitate motionis. Sed dices, quid eſt iſtud primum obiectum primitate motionis? dicam tibi, quòd eſt quidditas rei ſenſibilis? Sed dices; quid eſt iſta quidditas rei ſenſibilis? Dicã tibi, quòd eſt ipſa albedo: ſed dices, quomodo albedo eſt ſenſibilis? cum albedo ſit quoddam commune: & commune ſubterfugit ipſum ſenſum? Quomodo ergo erit ſenſibilis? Dicam tibi, quòd eſt ſenſibilis in ſuis inferioribus, in quibus eſſentialiter includitur; ut puta in hac, uel illa albedine, quæ albedines particulares noſtris ſenſibus mouent obiecta ſenſus, multiplicando ſpeciem per medium uſq; ad pupillam oculi: & ita ſpecies illa mouet intellectum, hoc eſt partialiter cauſat actum intelligendi cum ipſo intellectu Hæc igitur quidditas rei ſenſibilis, quæ pro exemplo eſt albedo ipſa, intelligitur ſub ratione uniuerſalis. hæc de prima propoſitione.

Quid ſit quidditas rei ſenſibilis.

Dicit quoq; Sco. Quod ratio intelligendi nõ eſt idẽ eſſentialiter cum quidditate rei ſenſibilis, ſiue cum obiecto motiuo intellectus: Ratio huius rei eſt: quia illa ratio, ex quo eſt uniuerſale intentionale, eſt accidens reſpectiuum. Quidditas uerò rei ſenſibilis eſt accidens reale abſolutum: Accidens autem intentionale reſpectiuũ, & accidens reale abſolutum diſtinguntur eſſentialiter: patet, quia eſſentiæ prędicamentorum ſunt impermixte: ſed accidẽs intentionale reſpectiuum, & accidens abſolutum reale ſunt diſtincta genere generaliſſimo. Item plus diſtinguũtur accidens reale abſolutum, & intẽtionale reſpectiuum, quàm genus, & ſpecies in ſecundis in-

Prædicamenta ſunt impermiſta.

tentio-

tictionibus:ſed hęc diſtinguūtur ſpecificè,& eſsẽtialiter, ergo. Sed tu dices,ego dubito, quomodo illud, quod eſt diſtinctum eſſentialiter ab aliquo,poteſt eſſe ratio intelligendi illud?Dico, ꝙ hoc non inconuenit. Nam nos uidemus ſecundum Peripateticos,ꝙ ſpecies intelligibilis,quæ eſſentialiter diſtinguitur ab obiecto, eſt ratio intelligendi illud.Item etiam poteſt eſſe in propoſito. Sed dices, eſt ne uniuerſale ratio intelligẽdi ipſum quod quid eſt à priori, uel poſteriori? Dico, quòd duplex eſt ratio intelligendi aliud; quædam ſunt à priori;ut eſt diffinitio, reſpectu deffiniti,& ordinatæ pręmiſſæ reſpectu illatæ cõcluſionis. Alia eſt ratio intelligendi à poſteriori,& ſic eſt uniuerſale. Ratio,quia uniuerſale cũ ſit ſecunda intẽtio eſt poſterior prima ſicut fundatum ſuo fundamento. Pręterea modus alicuius eſt poſterior eo,cuius eſt modus:ſed uniuerſale eſt modus ipſius quod quid eſt ſecundũ Sco hic,ergo Dicit inſuper Sco.ꝙ intellectus noſter poteſt cognoſcere differentiam inter ſuum obiectum primum, & illum modum:hoc eſt,intellectus poteſtcognoſcere differentiam cadentẽ inter quidditatem rei ſenſibilis,& ipſum uniuerſale:patet,cognoſcens extrema,cognoſcit relationem, quæ labitur inter extrema : ſed intellectus cognoſcit iſta extrema, ergo cognoſcit illã relationem inter illa extrema: & ita cognoſcit differentiam.Patet etiam,quia intellectus poteſt diſtinguere illa quæ non ſunt eadem eſſentialiter.Nam ſicut ſunt diſtincta in re,ita poſſunt eſſe diſtincta apud intellectum . Et ità cum quidditas rei ſenſibilis,& uniuerſalis,ſint diſtincta in re,ut dictum eſt,erunt quoq; diſtincta apud intellectum.Amplius ait Sco.ꝙ omnis uirtus cognoſcens ſe differentiam inter aliqua duo,cognoſcit

Dubium notabile.

Duplex eſt ratio intelligendi aliud.

Intellectus poteſt diſtinguere illa quæ nõ ſunt eadem eſſentialiter.

ſcit utrunq; extremũ ſub propria ratione;iſta eſt una propoſitio famoſa; qua frequenter utuntur arguentes in ſuis rationibus. Et ideo iſta eſt intelligenda, quòd cognoſcit utrunq; extremũ ſub propria ratione, aut motiuè, aut terminatiuè; aut in conceptu proprio, uel communi. Dico hoc, quia, licet intellectus ponat differentiã inter uniuerſale, & ſingulare, non tamẽ cognoſcit ſingulare ſub propria ratione motiuè, ſed terminatiuè: neque cognoſcit, domini, ſub proprio conceptu; ſed communi, & tranſcendenti, & hoc ſufficit ſibi.

Nota Gloſam famoſæ propoſitionis cognoſcens differentiam aliquorũ cognoſcit illa.

Poſtremò tangit Sco. de modo cognoſcendi ipſum uniuerſale in actu reflexo. Vbi eſt aduertendum diligenter, quòd quando uniuerſale eſt ratio intelligendi aliquod obiectum, tunc uniuerſale non eſt illud, quod intelligitur: ſed eſt ratio, qua aliquid intelligitur: & hoc eſt uerum in actu recto: in actu autem reflexo ipſum uniuerſale eſt obiectum: tamen hæc, quia obſcura ſunt aliquantiſper, recte intelligantur; eſt obſeruandum, quòd triplex eſt actus intellectus ſecundũ hunc Doctorem: quidam eſt actus rectus, & eſt ille, in quo directè, & immediatè intellectus fertur ſupra obiectũ cognitum: exemplum, ut ſi intellectus meus intelligit hominem, iſte intellectus dicitur actus rectus: & in tali actu recto uniuerſale eſt ratio cognoſcendi, ſiue intelligendi, & non obiectum intellectum. Alius autem eſt actus collatiuus, & eſt ille, quo intellectus decurrit ab uno obiecto cognito ad aliud obiectũ cognitum: & hoc actu collatiuo ipſum uniuerſale derelinqtur in obiecto cognito. Alius eſt actus reflexus, & eſt ille, quo potentia reflectit ſe ſupra ſe. Iſta autem reflexio poteſt fieri multipliciter, ſaltem quatuor modis. Primo intellectus poteſt refle-

Triplex eſt actus.

Actus rectus.

Actus collatiuus.

Actus reflexus.

Reflexio pōt fieri multipliciter.

reflectere ſe ſupra ſe intelligentem; & ita poteſt cognoſcere ſe intelligentem eſſe: quia non eſt intellectus noſter ſicut ignis, qui ſuam cõbuſtionem, quam ꝓducit, omnino ignorat: & ideo nõ cognoſcit ſe cõburentem. Vnde benè dicit Sco. Theorematib. quod in rebus materialibus non poteſt eſſe actus reflexionis. Aſinus .n. per uirtutem ſenſitiuam non reflectit ſe ſupra ſe. quapropter dicere homini, tu cares actu reflexiuo intellectus, eſt perinde, ac ſi diceres, tu es pulcher aſellus. Secũdo poteſt intellectus reflectere ſe ſupra actum, quẽ produxit. quia poteſt cognoſcere fuiſſe ſuum actum, & ab eo reductum. Tertiò poteſt reflectere ſe ſupra obiectum, quod intellexit: quia ipſe bene nouit ex inſtitutis Peripateticorum obiectum requiri ad intellectionem, & ad ipſum actum intelligendi. Et ideo reflecti ſe ſupra ſe; & in reflectendo ratio intelligentiæ, & lucerna ueritatis inuenit in domicilio animæ intellectum intelligẽtem, obiectum intellectũ, & actum productum, atq; genitum ab utroque. Quarto reflectit ſe ſupra ſe cognoſcendo rationem intelligendi: quia benè ipſe intellectus nouit ex ipſius Scoti inſtitutis, ꝙ ad actum intelligendi requiritur intellectus, requiritur obiectum, & ratio intelligendi, & ratio reflectit ſe ſupra rationem illam intelligendi. ſed eſt ipſum obiectum cognitum.

In rebus materialibus nõ poteſt eſſe actus reflexionis.

Nota prouerbium abſconditum.

Vide Dominũ Trombetã bene declarãtem

Habes igitur ex his omnibus declaratum luculenter, quomodo uniuerſale eſt ratio intelligendi, & quomodo obiectum intellectum. Et ita cũ ſit, obiectum intellectum erit per ſe intelligibile terminans obiectiuè actum ipſum intellectus: patet ergo ſolutio quæſtionis.

Epilogus.

Ad primũ argumentum Sco. ſoluit illam notam propoſitionem, quòd nihil eſt in intellectu,

Ad primum Argumentum.

quin

quin prius fuerit in ſenſu, quòd illud intelligitur de obiecto motiuo ipſius intellectus,ſiue de quidditate rei materialis, ſiue de quidditate rei ſenſibilis,quæ uniuerſali non competit:uel poteſt dici ſic, quòd illa authoritas habet locum de ſenſibilibus, quæ prouinciam ſenſitiuam occupant, modo uniuerſale non eſt ens ſenſibile: ſed ens intelligibile, ut dictum eſt, quare. &c.

Secundò arguit ſic,omnis uirtus paſſiua præſupponit ſuum obiectum in actu ante eius operationē: ſed intellectus poſſibilis eſt uirtus paſſiua.3. de Ani.ergo præſupponit ſuum obiectum in actu: ſed uniuerſale non præſupponitur ab intellectu,ſed cauſatur ab eo per Comment.primo de Ani.ergo. Pro ſolutione iſtius argumenti ponderandæ ſunt iſtæ propoſitiones. Prima qua dicit, uirtus paſſiua præſupponit ſuum obiectum in actu. Vnde eſt aduertendum ſecundum Sco.quòd non requiritur obiectum eſſe in actu. ſcilicet, exiſtentiæ,ſic quòd actu exiſtat:ſed ſufficit,quòd ſit in actu eſſentiæ.

Tertio de Anima contex.5. & inde. Primo de Anima contex.8.

Præterea pondera illud,cum dicit,quòd intellectus ab obiecto capit ſuum actum, per quem poteſt operari;exponitur ſic, ſicut exponit Sco. quòd intellectus ab obiecto ſuum actum, tanquam à cauſa minus principali accipit.

Scotus in tertia primi.

Ad illud autem, quod dicit Sco.in ſecundo argumento,eſt aduertendum: quòd intellectus poſſibilis eſt uirtus paſſiua, quemadmodum dicit Philoſoph.3. de Ani.Vnde intellectus poteſt cōſiderari dupliciter:primo,ut eſt effectiuus, & ſic non præſupponit ipſum uniuerſale; ſed cauſat illud, & præcedit ipſum, ſicut cauſa præcedit ſuum effectum.ſecundo poteſt conſiderari,ut receptiuus ipſius cognitionis uniuerſalis,& ſic p̄ſupponit uniuerſale tanquam obiectum,ſaltem termi-

Tertio de Anima contex.5. Intellectus Actiuus paſſiuus & receptiuus.

terminatiuum. Et hoc modo intellectus agens non præſupponit, quia non eſt uirtus paſſiua; ſed actiua. quemadmodum dicit Comment. & philoſophus 3. de Ani. Vnde uniuerſale non eſt obiectum intellectus agentis, ſed poſſibilis, ut eſt in actu. &c. Quid igitur erit uniuerſale reſpectu intellectus agentis? dico, quòd eſt finis intellectus agentis, ad quem ſua terminatur actio excluſiuè: quid igitur eſt obiectum intellectus agentis? Dico, quòd eſt quod quid eſt in fantaſmatibus, ſiue quidditas rei ſenſibilis, ſiue ſimilitudo illa inuoluta cum conditionibus indiuiduantibus. Et ita patet, quòd cũ uniuerſale poſſit eſſe obiectum terminatiuum ipſius intellectus, erit per ſe intelligibile.

Auer. 3. de Anima comm. 8.

QVAESTIO SEXTA.

QVAERITVR ſextò, Vtrũ uniuerſale habeat aliquas proprietates. Cõtinuatio iſtius quæſtionis ad præcedentes poteſt eſſe hæc. Nam poſtquam quæſiuit de uniuerſali quo ad ſi eſt, & quid eſt, & quia eſt: nunc facit q̃ſtionem implicitè pertinentem ad propter quid eſt, & in hoc diſputandi ordine complebitur totus quæſtionis ordo. Alia introductio poteſt eſſe, & fortè commodior; pro quo eſt obſeruandũ, quòd uniuerſale bifariam poteſt conſiderari. Primò inquantum ens, & ſic primò ſibi competit hæc paſſio, quæ eſt intelligibilitas. Et ideo quia primò quæſitum fuit, An eſſet ens? Quærendum erat conſequenter, An fuiſſet intelligibile? Et ideo merito poſt quæſtionẽ de ente, ſequuta eſt quæſtio de intelligibilitate eius. ſecundò uniuerſale põt conſiderari, non inquãtũ ens: ſed

Alius modus introductionis cõmodior fortè.

Vniuerſale cõſiderat̃ inquantum ens, & inquantum uniuerſale.

in quātū uniuerſale: & ſic ſibi cōpetit propria paſſio ſua. Ideò uidēdū erat, & diſputādū, An uniuerſale, inq̄tū uīe ē, haberet paſſiones, & ꝓprietates eius: patet igitur ordo. in titulo quæſtionis, ponuntur iſti termini, uniuerſale, & proprietas, uniuerſale hic ſumitur pro formali, & pro ſecunda intentione, ſicut ſupra dictum eſt.

Proprietas ſumitur pro paſſione.

Proprietas hic ſumitur pro paſſione, & entitate quadam inhærente ſubiecto, & demōſtrabili de eo: & iſta proprietas, & paſſio ſumitur hic pro ſecunda intentione, & non pro prima, quia ſi ſumeretur pro prima, tunc paſſio excederet naturam ſubiecti: cum prima intentio excedat ſecundam in entitate.

Arguitur ante oppoſitum.

His declaratis, arguit Doctor ſic ad partem negatiuam, quatuor rationibus, & primo probat, quod uniuerſale nō habet paſſiones, & proprietates. quia ſi uniuerſale haberet paſſionem, aut illa eſt uniuerſalis, uel ſingularis: ſi eſt ſingularis, tunc non poſſet conuerti cum uniuerſali: ſingulare.n. non eſt conuertibile cū uniuerſale: & tunc non eſſet paſſio, quia de ratione paſſionis eſt, quòd conuertatur cum ſuo ſubiecto. Si dicas, quòd eſt uniuerſalis, tunc ſequeretur quod idem eſſet paſſio ſui ipſius, quòd eſt inconueniens.

Ad oppoſitum arguitur.

Ad oppoſitum arguitur auctoritate Porphyrij, tractantis de communitatibus; omnis paſſio conueniens pluribus, conuenit illis per aliquā rationem communem: iſta poteſt confirmari per illud philoſophi 1. Poſt. Cap. de perſeitatibus. Poteſt etiam hæc propoſitio declarari exempla-

Primo poſt.cōtex. 9.

riter: quia riſibilitas competit pluribus indiuiduis, quia Franciſco, Conſtantio, Ciceroni &c. omnibus indiuiduis ſpeciei humanæ; certū eſt, quòd conuenit illis per aliquam rationem com

munem:

munem: iſta ratio communis eſt homo, ſiue diffinitio eius: ſed ita eſt, quòd quinque uniuerſalib. conuenit aliqua paſſio: patet, quia omnia quinque uniuerſalia conueniunt in aliqua proprietate, ſicut oſtendit Porphy. ergo hæc proprietas conuenit quinque uniuerſalibus per aliquod cõmune, cui per ſe primo conuenit illa proprietas & ita patet propoſitum.

Omnia quinq; uniuerſalia cõueniunt in aliqua proprietate.

Dicendum, quòd ſic; ibi Sco. ponit ſuam concluſionem; quæ concluſio eſt, quòd uniuerſale habet proprietates, & paſſiones de ſe ipſo demõſtrabiles, quod Sco. hac ratione probat. Omne habens diffinitionem ſufficienter indicantem eſſentiam diffiniti, & præter illud habet aliquid conuertibile cum eo, illud quod eſt conuertibile cum eo, ponitur loco paſſionis eius: ſed uniuerſale habet diffinitionem ſufficienter aſſignantem, & indicantem eſſentiam uniuerſalis: & habet aliquid citra conuertibile cum eo, ergo debet poni loco paſſionis eius. maior declaratur exemplo. Nam certum eſt, quòd homo habet diffinitionem ſufficienter indicantem, & declarantem naturam diffiniti: & citra hoc habet aliquid conuertibile cum eo. ſ. riſibilitatem, ergo illa riſibilitas dēt poni loco paſſionis eius: ſed uniuerſale ad propoſitum ita ſe habet; quod habet diffinitionem indicantem naturam eius. Et iſta diffinitio uniuerſalis eſt illa, quæ ponitur ab Ariſt. 1. Peryerm. quæ eſt prædicari de pluribus; cui fauet illud, quod ſcribit Porphy. Nã diffinit unumquodque uniuerſale per prædicari de pluribus: & ita uidetur, quod iſta diffinitio ſit uniuerſalis, loco uerò paſſionis ponitur, quod habetur ab Ariſt. 1. Poſt. Eſſe unum in multis, & dici de multis: & hoc eſt conuertibile cũ uniuerſali. Ex his igitur tribus unam poſſumus formare demon-

Concluſio Doctoris quòd uniuerſale habet paſſiones.

Cap. 5.

Primo poſt. cõ tex. 25.

Demonſtratio in ſecundis intentionibus.

Oē qđ eſt prædicabile de pluribus eſt unū ī multis & de multis ſed uniuerſale eſt prædicabile de pluribus, ergo uniuerſale eſt unū in multis & de multis.

monſtrationem ſic: omne quod eſt prædicabile de pluribus, eſt unū in multis, & de multis: ſed uniuerſale eſt prædicabile de pluribus, ergo uniuerſale eſt unum in multis, & de multis Et ita facta eſt demonſtratio in ſecundis intentionibus. Ex his ergo patet, uniuerſale habere proprietates, & paſſiones de ſe ipſo demonſtrabiles.

Ad arguměta arguebatur ſic, primo, quòd uniuerſale non habet proprietates. Nā ego quæro, aut illa paſſio eſt ſingulare quoddam, aut uniuerſale. Ad hoc dico, quòd nō eſt ſingulare, ſed eſt uniuerſale, ſic quòd iſta prædicatio eſt uera, à eſt uniuerſale, & eſt prædicatio denominatiua. Vbi aduertendum, quòd ly, à, Sco. intelligit paſſionem: & pondera illud quòd dicit Sco. in ſolutione illa; non quod ſit eſſentialiter idem cum ſuo ſubiecto i. quòd uniuerſale poſitum à parte prædicati, non eſt idem eſſentialiter ipſi, à. i. ipſi paſſioni poſitæ loco, à, ſed eſt idem illi accidentale. Et ideo aliqui malè ſumunt ex iſto loco, ꝙ paſſio diſtinguatur realiter à ſuo ſubiecto, non intelligentes recte Doctorem ſubtilem. Nam uerum dicit, quòd nec uniuerſale poſitum à parte prædicati in iſta propoſitione eſt eſſentiale, ſiue de eſſentia paſſionis poſitę loco ſubiecti, nec ecōuerſo. Quid igitur erit dicendum, quòd erit modus eius, pro quanto applicatur ei: & ita erit prædicatio denominatiua. Et aduerte in iſto modo loquendi benè; cum dico, à, eſt uniuerſale, uniuerſale poſitum à parte prædicati, non eſt ſubiectū paſſionis: ſed eſt modus intelligendi eius. Cōtra hanc ſolutionem inſtat Doctor. ſubiectum non prædicatur denominatiuè de accidēte, nec dicitur modus eius, ſed uniuerſale prædicatur in iſta propoſitione, dicendo, à, eſt uniuerſale, ergo non prædicatur denominatiuè. Doctor pro ſolu

Nota & pondera ly eſſentialiter.

Vide Ioānem Anglicum pro hoc.

Inſtat contra primam ſolutionem primi argumenti.

rione

tione huius inſtantiæ inducit diſtinctionem famoſam dicens, quòd uniuerſale, & etiam quælibet alia ſecunda intentio poteſt ſumi dupliciter ut quid, & ut modus. Tunc. n. uniuerſale ſumitur ut, qd quando eſt ſubiectum illud qđ intelligitur, quia uniuerſale ut intelligitur, ſuā quididitatem, & naturam, quanquam tenuem, obijcit intellectui intelligenti. Quando uerò uniuerſale ſumitur ut modus, tunc eſt rō intelligendi aliquid. Pro hoc poteſt adduci exemplum de Rege, & indumento eius, quod quidem exemplum ponitur ab expoſitoribus, & uos uidete illud. Reſponſio.

Ad inſtantiam igitur, cum dicitur, ſubiectum non prædicatur denominatiuè de accidente. Dico, quòd uerum eſt, ſi ſubiectum, & uniuerſale capiatur ut quid: poteſt autem prædicari de accidēte, ſi ſumatur ut modus.

Secundò arguitur ſic: ſi uniuerſale habet paſſionem, ergo illa ineſt omni, ſoli, & ſemper: patet hæc conſequentia, quia cui competit diffinitum, & diffinitio. Tunc ultra, competit omni, ſoli, & ſemper, ergo eſt proprium: patet conſequentia à diffinitione ad diffinitum, tunc eſt proprium, ergo cōtinebitur ſub proprio, quod quidem proprium eſt ſpecies uniuerſalis. Tunc ultra, continetur ſub proprio, ergo contentum ſub ſpecie uniuerſalis conuertitur cum uniuerſali, & ita inferius in inferiori conuertetur, & ſuperius ſuperiori conuertetur, quod mens non capit. Ad hoc argumentum, dicit Sco. illud idem quod dixit ad primum: & tandem concedendæ ſunt omnes illæ conſequentiæ uſque ad illam, cum dicit, ꝙ à eſt proprium denominatiuè ſic, quòd denominatiuè prædicatur propriū de paſſione uniuerſalis; ſicut etiam denominatiuè prędicať uniuerſale de ſua paſſione: & cū arguitur

Secundū principale ante oppoſitum.

Reſpōſio Scoti.

contra,ꝙ contentum ſub ſpecie cõtineretur ſub genere. Soluit hoc Sco. & benè; quòd paſſio uniuerſalis non continetur ſub proprio eſſentialiter, & quidditatiuè, quemadmodum in genere indiuiduum continetur eſſentialiter à ſua ſpecie: ſed tantum continetur denominatiuè modaliter. Et tunc ponit priuilegium ſecundarum intentionum conceſſum eis à ueritate maieſtatis, quòd poſſibile eſt, & cum hoc quod eſt poſſibile, eſt etiam uerum, & maximè in ſecundis intentionibus, quod aliquid conuertatur cum genere, & denominatur à ſpecie: & ita eſt poſſibile, immo neceſſarium, quòd paſſio uniuerſalis conuertatur cum uniuerſali quinque uniuerſalium, tanquam cum genere, & denominetur à proprio, quod eſt quartum uniuerſale tanquam à ſpecie contenta ſub uniuerſali.

Tertium Argumentum ante oppoſitum. Quarto Meta. contex. 14. Duplex ſubiectũ, ſubſiſtens & proximum, ſiue immediatum.

Tertiò ſic, nullum accidens poteſt eſſe ſubiectum accidentis Phi. 4. Meta. ſed uniuerſale eſt accidens, ergo non poteſt eſſe ſubiectum paſſionis eius: & ita nõ habebit paſſionem, & proprietatem Ad hoc reſpondet Sco. per diſtinctionem, quòd duplex eſt ſubiectum: quoddam eſt ſubiectum primum ſubſiſtens, ſuppoſitans, ac ultimatè determinans dependentiam accidentis, & hoc uocatur ſubiectum mediatum; & tale ſubiectum reſpectũ accidentium eſt ſola ſubſtãtia. Aliud autem eſt ſubiectum proximũ, & immediatum accidentium. Stante hac diſtinctione. Dico, quòd uniuerſale cum non poſſit eſſe ſubiectum ſubſiſtens, ſiue ſuppoſitans, ſiue mediatum: poteſt tamen eſſe ſubiectum immediatum. quod autem accidens poſſit eſſe huiuſmodi ſubiectum, patet, quia quãtitas põt eſſe ſubiectũ qualitatis: & qualitas poteſt eſſe ſubiectũ relationis realis: & relatio realis põt eẽ ſubiectũ relationis ĩtẽtionalis.

Quar-

Quarto arguitur ſic: Omnis paſſio eſt minus ens ſuo ſubiecto: ſed ſi uniuerſale habet paſſionem, eſſet minus ens ſuo ſubiecto, ſed uniuerſale eſt ens rationis, ergo ſua paſſio erit minus ens ente rationis: ſed quod eſt minus ens ente rationis, eſt putum nihil, ergo ſi haberet paſſionem, illa eſſet nihil. Ad hoc argumētum. d. Sco. quòd ſicut in entitate naturæ datur latitudo entium: ſic etiam in latitudine entis rationis ſunt multi gradus. & ideo Sco. concedit, quòd illud quod eſt miuus ens ente rationis in ultimo gradu, non eſt ens: ſed proprietas uniuerſalis non eſt in ultimo gradu totius latitudinis entium rationis, quia illa paſſio conuertitur cum ſuo uniuerſali: & cum paſſio, & ſubiectum ſint idem realiter, ergo paſſio uniuerſalis realiter habebit eandem entitatem, quam habet ſuum nniuerſale, & ita non eſt nihil, ſed aliquid in ſuo gradu, & ita patet ſolutio quæſtionis, & finis. Quartum principale.

QVAESTIO SEPTIMA.

DISPVTATVRVS Scotus de rebus Porphyrianis, intendebat ſibi conſtituere ſubiectum in hac Porphyriana doctrina uniuerſalium: & quia non poteſt aliquid ſtabiliri pro ſubiecto in aliqua ſcientia, niſi ſit ens diffinibile, intelligibile, proprietates, & paſſiones habens de ſe ipſo demonſtrabiles, ideo hac conſideratione motus diſputauit in præcedentibus quæſtionibus. An uniuerſale eſſet ens intelligibile, diffinibile, proprietates, & paſſiones habens: eſt autem operæprecium de ſubiecto in ſcientia diſputare: Tamen, quia ſecundum Sco. ſubiectum in ſcientia eſt primo notum, à quo Subiectum eſt primo notum.

omnis in doctrina defluit cognitio; eo.n.nobis incognito per obſcura,& nemoroſa loca in qua cunque ſcientia peregrinamur; quia ſcire non poterit ordinata ad finem, niſi præcognoſcat & præconcipiat finem,propter quem alia conſiderantur Ruſſus habet ſcientia ab obiecto ſcibili ſuam entitatem, & unitatem.quapropter opportunum eſt de eo in ſcientia diſputare,ut ſciamus à quo ſcientia ſuã ſumit unitatem, & entitatem Poſtremo habet ſciẽtia ab obiecto ſcibili diſtinctionem: Diſtinguuntur enim ſcientiæ penes obiecta ſpecialia; ſicut teſtatur Phi. 3. de Ani. Cum igitur prius diſputauerit Sco.de quæſtionibus, & conditionibus requiſitis ad naturam ſubiecti, erat hic neceſſarium diſputare, quod eſſet ſubiectum in hac doctrina Porphyriana, ne addiſcentis animus per ambigua laberetur; & hoc eſt, quod ualdè latẽter tangit Sco.in principio ſeptimę quæſtionis,ubi ait,uiſo quod uniuerſale habet conditiones requiſitas ad ſubiectũ ſcientiæ,quia.ſ.eſt ens,ut diſputatum eſt quęſtione quarta: & eſt diffinibile, & intelligibile, ut concluſum eſt. q. 5. & paſſiones, & proprietates habens de ſe ipſo demonſtrabiles,ut determinatum eſt q.6.

Scientia habet ab obiecto entitatem, & unitatem.

Ab obiecto ſcĩa habet diſtĩctionem.

Tertio de Anima contex.38.

Vide, Scotum in q.quinta.

In quibus quæſtionibus diſputatis ſubaudiuntur illę quatuor quæſtiones philoſophi ſecundo.Poſt. Erit diſputandum nunc,An idem ſit ſubiectum in libro Porphy.Et ita patet optima cõtinuatio iſtius quæſtionis cum præcedentibus.

Secundo poſt. contex.1.

Quæritur nunc, An uniuerſale ſit ſubiectum in libro Porphyrij.In hac parte Sco.nouum pro erudiendis ſumit laborem diſputandi: impulit autem eum ad hoc quærendum ueritatis ardor: & Alberti poſitio, qui uoluit ipſum uniuerſale nec eſſe uniuocum, ſed purum analogum;nec ſubiectum

Ratio mouens Scotũ ad hoc faciendum.

Opinio Alberti.

biectum in hac doctrina:ſed ſubiectum in hoc libro uoluit eſſe quinque uniuerſalia. Vt igitur appareat ueritas harum opinionum, uult Sco. diſputare,& uidere, An uniuerſale ſit ſubiectum in libro Porphy. Nam ſi hoc cōcluſerimus, mox apparebit Alberti poſitionem eſſe inutilem.

Termini in titulo quæſtionis poſiti ſunt, uniuerſale, quod pro ſuo formali, ſiue pro ſecunda intentione ſumitur, quia non alio modo de eo eſt conſideratio: liber hic ſumitur pro conſideratis in doctrina. Porphyrius hic inducitur tanquam author,& inuentor iſtius doctrinæ, & tanquam agens ſecundarium. Agens.n.primariū eſt Deus glorioſus, qui mentem omnem ſe ſolo, ſi uult, in inſtanti illuſtrare poteſt. Hic ſſubiectum ſumatur, & accipiatur in propoſito pro ſubiecto attributionis: quia ſecundum hunc ſenſum principaliter mota eſt quæſtio: licet etiam ui hoc prædicari poſſit quidditatiuè, & eſſentialiter de quibuſdam. Vniuerſale pro formali. Liber pro conſideratis in ſua doctrina ſumitur. Deus eſt Agēs primarium. Subiectum pro ſubiecto attributionis hîc accipiatur.

Eſt igitur ſenſus quæſtionis propoſitæ. Vtrum uniuerſale, quod eſt ſecunda intentio, ſit ſubiectum attributionis in omnibus conſideratis, & contentis in libro Porphy. Patet igitur intentio quæſiti cum ipſius tituli enodatione. Senſus quæſtionis.

Arguit Sco. quod uniuerſale non eſt ſubiectū; quia ſi eſſet ſubiectum, aut inquantum intentio ſiue abſtractum & in ſe conſideratum; aut inquātum applicabile rei: ſed neutro modo poteſt poni, ut probabitur, ergo.

Ad oppoſitum Pro rei ueritate arguitur ſic. Vnius ſcientiæ unum eſt ſubiectum, hæc eſt philoſophi. 1. Poſt. Vbi ait, ſubiectum eſt unius ſciētiæ: ſed doctrina Porphyriana eſt una ſcientia, ergo erit unius ſubiecti: tunc ultra, erit unius ſubiecti, ergo nō quinque uniuerſalia poſſunt eſſe Ad oppoſitū.

ſubiectum: ſed tantum uniuerſale ipſum, à quo ſcientia erit una.

Quæſtio collateralis.

Ivxta hoc quæritur pro propoſita quæſtione de ſubiecto libri Porphy. Scotus præuidens acie ſuæ conſiderationis difficultates, quæ in ea materia oriri poterant, aliam mouet quæſtionẽ lateralem. Hoc autem in cauſa fuit: quia ſolutio prioris quæſtionis dependet ex determinatione præſentis quæſtionis ſecundæ. Non n. poteſt aliquid conſtitui pro ſubiecto in doctrina: niſi prius uideatur, An illud ſit uniuocum, uel æquiuocum ſiue analogum? Et propterea dixit Scotus.

Octaua q̃ſtio

An uniuerſale ſit uniuocum.

Iuxta hoc, quod paulò ante quęſitũ eſt. Quæritur etiam de unitate iſtorum quinque uniuerſalium. An uniuerſale ſit uniuocũ ad hæc quinque, uel æquiuocum? Et arguit primò, quòd nõ poteſt eſſe uniuocum: quia omne uniuocum ſe habet ad illa, quibus eſt uniuocum, ſub ratione alicuius uniuerſalis: ſed uniuerſale non ſe habet ad hæc quinque uniuerſalia ſub ratione alicuius uniuerſalis, ut patet diſcurrenti per ſingula, ergo.

Ad oppoſitũ.

Ad oppoſitum arguitur pro rei ueritate ſic: omne illud, quod prædicatur de pluribus ſecundum idem nomen, & eandem rationem, eſt uniuocum, ſiue uniuocè prædicatur: iſta eſt Ariſt. in ante prædicamentis in diffinitione uniuocorũ, ſed uniuerſale prędicatur de iſtis quinque uniuerſalibus ſecundum idem nomen, & eãdem rationem, ergo erit uniuocum, & uniuocè prædicabitur: minor patet per philoſophũ in libro Peryermin. primo & ſecundo. Poſt. Diffinitio uniuerſalis eſt iſta, q̃ prædicatur de pluribus. Modò genus eſt uniuerſale, ſpecies eſt uniuerſale, differentia eſt uniuerſale, proprium eſt uniuerſale

Opinio Ariſt. in ante prædicamentis.

Cap. 5. Primo poſt. cõtex 25. Secundo poſt. contex. ultim.

ſale, & quodlibet iſtorum prædicatur de pluribus,ergo uniuerſale erit uniuocum.

Circa ſolutionẽ harũ propoſitarum quæſtionum Sco.ita procedit.Nam primò ſoluit ſecundam,& ſecundò primã: quia ex ſolutione unius clarius apparebit ſolutio alterius:& ita ſe habet quòd primo inducit opinionem Alberti,quam ipſe ſuis uerbis interimit: ſecundo declarabit ſuam:Reſpondet igitur Albertus ad has quæſtiones:& primo reſpondet ad ſecundam quæſtionẽ, & uult, ꝙ uniuerſale ſit analogum: & intellige, quòd ſit analogum purum,quia ut ſic quæſtione ſua intellecta, argumenta Sco. militant contra illa. Sed dices, quæ eſt ratio,quòd uniuerſale ſit analogum? ſicut omnes pari uoto dicunt,quòd illud quod prædicatur de pluribus ſecundum prius,prius illud eſt analogum: ſed uniuerſale eſt huiuſmodi, ergo. Probo. Nã quod per prius deſcendit,dicitur,& prędicatur de genere,& per poſterius dicitur de ſpecie,differentia, proprio, & accidente,ergo eſt analogum, quia ſibi competit ratio analogi: firmat hanc rationem per argumentum factum in ſecunda q.quod eſt tertium in ordine. ſtãte hac determinatione huius ſecundæ q. ſoluit primum Albertus, & ait:& ſecundum hoc reſpondetur ad aliam quęſtionem, ſup. tu primam, & ſolutio eſt, quòd uniuerſale non eſt hic in libro Porphy. ſubiectum. Nullum purum analogum in aliqua doctrina eſt ſubiectum, ſed uniuerſale eſt purum analogum,ergo non eſt hic ſubiectum: ſed quia doctrina non debet remanere ſine ſubiecto: peteres ab Alberto, quid igitur erit ſubiectum in doctrina Porphy.Dicet ipſe, quòd ſubiectum erit quinq; uniuerſalia:ſed dices,contra Alber.omnis ſcientia debet eſſe una,& unius ſubiecti: ſed illa uniuerſalia

Reſpondit Albertus & primo ad ſecundam cõcluſionem ꝙ uniuerſale ſit Analogum.

Id quod prædicatur de pluribus ſecundum prius, prius illud eſt Analogum.

Reſpondet Albertus ad primam quæſtionem.

uerſalia ſunt quinq;,ergo non erit ſcientia una à quintuplici ſubiecto : non igitur poteſt ſtare unitas ſcientiæ cum pluralitate ſubiectorū.Reſpondet Alber. Dico,quòd licet quinque uniuerſalia ſint ſubiectum , & à tali ſubiecto ſcientia non ſumat unitatem,ſumet tamen à principaliori parte ſubiectiua ſub uniuerſali in communi contenta, & illud eſt genus , quod eſt primum uniuerſale,ad quod omnia tanquam ad perfectius habent attributionem. Et per hanc ſolutionem eſſet ſolutum illud argumentum ad oppoſitum,quod erat pro opinione Sco.quod dicebat unius ſcientiæ eſt ſubiectum unum.Vnde gloſat ſic.Alber. Vnius ſcientiæ eſt unum ſubiectū .ſ.partis ſubiectiuæ principalius conſideratæ . Et ſtante iſta diſtinctione. Alber. ſoluit illa argumenta,quæ probant analogiam uniuerſalis: & etiam illa,quæ probant de ſubiecto ſcientiæ. Contra hoc ibi Scot. arguit contra Albertum . & contra fundamentū poſitionis Alberti,quod erat , quòd uniuerſale prius dicitur de uno,quā de alio : & propter hoc erit analogum.

A quo ſumitur unitas ab unitate ſubiecti nobilioris contenti.

Per hoc ſoluitur argumentum Scoti contra Albertum.

Scotus arguit contra Albertum.

Sco. arguit contra hāc rationem, & ait,quod tunc hoc magnum inconueniens ſequeretur, quòd omne genus eſſet analogum : ratio,quia nullum eſt genus, quin prius dicatur de una ſpecie quàm de alia. Præterea nullum eſt genus, quin prius participetur ab una ſpecie quā ab alia:hoc autem eſt inconueniens aſſerere.Vnde hic reſpicite diligenter imaginationem horum duorum uirorum. Alber.n.reſpexit ad ipſum uniuerſale , & uidit ipſum inæqualiter participari à ſuis, ideo inuenit ipſum analogum : & propterea horruit ponere ſubiectum in libro Porphy.Sco.autem noſter ſublimiora contemplatus reſpexit ad quidditatem, & entitatē uniuerſalis

Scotus uir ſublimis ingenii.

uerſalis, & inuenit ipſum eſſe ens:reſpexit etiã ipſum eſſe intelligiblie, diffinibile, paſſiones, & proprietates habens: ideo intrepidè locauit illud in Porphyriana doctrina ſubiectum. Vnde hic pro intelligentia dictorum, ac dicendorum eſt aduertendum. Primò circa illam particulã, ubi Sco. dicit, licet genus aliquo modo ſit perfectius aliis. Vbi, ut uides, ualde modeſtè eſt locutus. Non.n. dixit abſolutè, genus eſt perfectius ſpecie, & aliis uniuerſalibus: ſed dixit aliquo modo. Vbi dicas, aliquid poteſt dici perfectius dupliciter. Primo illud poteſt uocari perfectius, quod de pluribus prædicatur, & ſic genus eſt perfectius aliis ſpeciebus, quia de pluribus prædicatur. Alio mõ poteſt dici perfectius, pro quanto perfectius aliquid participat naturam generis contracti per differentiam: & ſic ſpecies, & differẽtia perfectior eſt quàm genus. Vel dicas, quod genus aliquo modo eſt perfectius aliis, eſt uerum hoc permiſſiuè, non poſitiuè, ſic uidelicet, quod poſſit eſſe in aliqua ſpecie præſtantiori modo quàm in alia. Vel dicas, tertio ſic, quòd ſpecies alicuius generis poteſt comparari ad duo. Primo ad genus in communi ſub quo cõtinentur, & ſic omnes ſunt æquales. Alio modo poſſunt comparari inter ſe, & tunc ratione alicuius differentiæ nobilioris contrahentis genus illud ad aliquod commune ſpecificum, una diceretur præſtantior altera.

Nota illam particulã, licet genus ſit perfectius aliis.

Aliquid dicitur perfectius dupliciter.

An genus ſit perfectius ſpecie.

Vel dicas tertio.

Præterea obſeruandum eſt illud quod dicit de mẽte philoſophi, quòd in genere latẽt æquiuocationes. Hoc autẽ eſt propter hoc, quia philoſophus naturalis habet cõſiderare perfectiones, & imperfectiones rerum: & quia omnes ſpecies alicuius generis non poſſunt eſſe æquè, perfectæ. Nam iuxta illud philoſophi. 8. Meta.

Septimo phyſ. contex. 31. In genere latent equiuocationes.

Octauo Meta. contex. 10.

ſpecies

ſpecies ſe habent ſicut numeri: & ideo non ſunt æquales in perfectione, ſed inęquales, & ſic inæqualiter dicitur genus de ſuis ſpeciebus. Propterea bene dixit philoſophus, quod latent in genere æquiuocationes propter latentiam perfectionum ſpecierum contentarum ſub genere. Logicus autem non habet conſiderare perfectiones, & imperfectiones rerum, ſicut nec etiā conſiderat primas intentiones: ſed tenetur conſiderare naturam alicuius, & uidere, ſi illa eſt pluribus communicabilis differentibus ſpecie, & ſi eſt de pluribus dicibilis. Vnde iſtis duobus inuentis in aliquo, primo quòd ſit aptum natū communicari pluribus differentibus ſpecie: ſecundo quòd ſit dicibilis de pluribus, mox conſtituit rationē generis, & uniuerſalis. Amplius eſt aduertendū quòd Sco. uult, quòd inter æquiuocum, & uniuocum non detur medium, fundamentum ſuum fuit illud dictum philoſophi in ante prædicamentis. Nam inter idem, & diuerſum non datur medium, ſed diffinitiones æquiuocorum, & uniuocorum ſunt huiuſmodi, ergo. Analogia igitur quandoque eſt in ſola uoce, & ſic ſtat cum æquiuocis; quandoque eſt in conceptu, & ſic libenter commoratur, & ſtat cum uniuocis: Quia dictum famoſum Scotiſtarum eſt uerum, quòd analogia ſtat cum uniuocatione. ſtat enim quòd aliquid ſit uniuocum, & tamen per prius de uno, & per poſterius de alio dicatur, ſicut de ente patet. Et ita etiam erit de uniuerſali. Et poſtremò aduertendum ſecundū Scotiſtas, quòd uniuocatio quatuor habet gradus. Primus gradus eſt, quando uniuocum habet idem nomen in ſuis uniuocatis, eundē modum eſſendi, eundem ordinem, & gradum perfectionalem: ſicut eſt ſpecies ſpecialiſſima, ut puta homo:

[Margin notes:]

Logicus nō tenetur conſiderare perfectiones & imperfectiones rerum.

Inter æquiuocum, & uniuocum non datur medium.

Dictum famoſum Scotiſtarum. qđ Analogia ſtat cum uniuocatione, & æquiuocatione.

Vniuocatio habet quatuor gradus.

Primus gradus

mo:ſecundus gradus eſt, quando aliquod uniuocum habet idem nômen, eundem modum eſſendi,& eundem ordinem: non tamen habet eũdem gradum perfectionalem: ſicut eſt genus ſubalternum, & genus generaliſſimum, ut puta ſubſtantia,& animal: Tertius gradus eſt, quando uniuocum habet idem nomen in ſuis uniuocatis, & eundem modum eſſendi: ſed deficiunt alia duo ultima, & ſic eſt numerus. Numerus nanque idem nomen habet, & eundem modũ eſſendi, non tamen eundem ordinem in numeratis: nec conſimilem gradum perfectionalem. Quartus gradus eſt, quando deficiunt ſibi tria, & habet tantum primum, ſicut eſt ens. Nam habet idem nomen, & eundem conceptum in ſuis uniuocatis: non tamen habet eundem modum eſſendi, nec eundem ordinem. nec conſimilem perfectionalem gradum. Et ſic dicimus de uniuerſali in propoſito.

Secundus gradus.

Tertius gradus

Quartus gradus.

Hos quatuor gradus uide Canonicum in primo phyſic. q. 3.

Item quo ad ſolutionem alterius quæſtionis. ſ. primæ, ibi Sco. improbat ſolutionem Alberti. Quo ad primam ſolutionem, ubi dicebat Alber. quòd quinque uniuerſalia ſunt hic ſubiectum:& unitas ſcientiæ ſumitur à nobiliori parte ſubiectiua, cuiuſmodi eſt genus. Contra, quia data ueritate huius ſequeretur, quòd ſufficeret philoſopho tantum determinare de ſubſtantia. Nam determinando de multis habentibus attributionem ad aliquod primum, ſufficeret determinare de illo primo,& ita ſufficeret Porphy. determinare de genere tantum. Et tunc determinãdo de aliis eſſet ſuperfluus. Autoritas autẽ philoſophi intelligenda eſt, de ſubſtantia principalius eſt determinandum quam de accidentibus: propter hoc tamen non eſt abiicienda determinatio accidentium; iuxta illud philoſophi, primo

Solutio primæ quæſtionis.

Septimo Meta. contex. 5.

Primò de Anima contex. 11.

mo de Anima. & Comment. Accidentia.n. magna partẽ conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt ſubſtantiæ. Item ratio ſic poſita eſt ſecũdæ q. Vbi uolebat, quòd uniuerſale prædicetur per prius, & poſterius, & propter hoc erat analogum: & ita non poterat ſtabiliri pro ſubiecto. Quia hoc dicit Sco. militat ratio de numero. Nam numerus prædicatur per prius de binario, & per poſterius de ternario: non tamen dicitur analogicè purè: ſed ſimpliciter uniuocè: Quia nos ponimus analogiam ſtare cum uniuocatione. Quare poſitio Alberti ruit, & ſua argumenta ſic ſoluta ceſſant.

Vniuocationi non repugnat analogia.

Cœpit diſputare Scotus de ſubiecto Porphyrianæ doctrinæ; & uoluit uidere, An uniuerſale eſſet uniuocum ad hæc quinque uniuerſalia: & receſſuit opinionem Alberti, qui ponebat quinque uniuerſalia eſſe ſubiectum in libro Porphy. Et hanc opinionem ſuis rationibus deſtruxit. Et quia poterat mõ eſſe dubitatio, ex quo quinque uniuerſalia non ſunt ſubiectum ſecundum te, Scote: uoluit ponere ſuam propriam opinionem, quæ eſt, quòd uniuerſale uniuocè prædicatur de iſtis quinque uniuerſalibus. Fundamenta iſtius quæſtionis ſunt plura. Quorum primũ eſt illud, quod ponitur ad oppoſitum quæſtionis ſecundæ, illud, uidelicet, quod prædicatur ſecundum idem nomen, & ſecundum eandem rationem, uniuocè dicitur, ut patet ex diffinitione uniuocorum: ſed uniuerſale eſt huiuſmodi, ergo. Alia fundamẽta pro hac opinione tuẽda ſunt impugnationes inductæ contra Albertum: & quia contra concluſionem Sco. militant argumenta facta in principio ſecundæ quæſtionis, ideo illa Sco. nititur diſſoluere.

Opinio Scoti de ſubiecto.

Vniuerſale prędicatur uniuoce, & eſt ſubiectum.

Primum Argumentum.

Primò arguitur ſic, Omne uniuocum multis

ſe habet ad illa, quibus eſt uniuocum, ſub ratione alicuius uniuerſalis: ſed uniuerſale in communi non ſe habet ad hæc quinque uniuerſalia ſub ratione alicuius uniuerſalis, ergo nõ eſt uniuocum illis : & ſi ſic, ergo non eſt ſubiectum in libro Porphy. Maior eſt manifeſta per inductionem in omnibus uniuocis prædicamentalibus; Minorem probo: quia ſi uniuerſale diceretur ſub ratione alicuius uniuerſalis. Ego quæro à te, aut ſub ratione alicuius iſtorum quinque, aut ſub ratione alterius? ſed non ſub ratione iſtorũ quinque. probo, quia nullum iſtorum conuenit alijs: ſed quodlibet eſt diſtinctum ab aliis. Nec ſub ratione alterius uniuerſalis : quia tunc daretur ſextum uniuerſale, quod eſt contra Porph. Sed ad hoc argumentũ reſpondetur, dicendo, quod uniuerſale comparatur ad hæc quinque uniuerſalia ſub ratione generis : probo, quia omne illud, quod prædicatur de multis in quid differentibus ſpecie eſt illis genus: ſed uniuerſale prædicatur in quid de quinque uniuerſalibus, quę differunt inter ſe ſpecie, ergo erit genus: cõtra, uniuerſale per te eſt genus ad hæc quinque, ergo hæc quinque ſunt ſpecies : patet hæc conſequentia, quia genus alicuius ſpeciei genus. Tunc ultra uniuerſale eſt genus; & iſta quinque uniuerſalia ſunt ſpecies, ergo erit uerum dicere, genus eſt ſpecies, ſed hoc ultimum conſequens eſt falſum ergo illud ex quo ſequitur. oſtendo falſitatem cõſequentis, quia nullum oppoſitũ prædicatur de oppoſito affirmatiuè mediante hoc uerbo ſte, ſed hæc quinque uniuerſalia, ut ſunt ſpecies uniuerſalis, ſunt oppoſita & diſperata, ergo unum de altero non prædicatur. Ad iſtud argumentum reſpondet Sco. multa dicendo. Et concedit totum diſcurſum, quem inducit totum argumentum uſque

Reſpondetur.

Contra.

Oſtenditur falſitas cõſequentis.

Reſpõſio principalis ad primum.

que ad eam partem,in qua dicitur, quòd uniuerſale cõparatur ad hæc ſub ratione generis,quod eſt primum uniuerſale.Verùm Sco. laborat. Primo quomodo uniuerſale in cõmuni eſt genus? & quia iſta ſolutio eſt ualde obſcura,ideo ego intendo ſingula uerba in ea contenta declarare.Dicit igitur, quòd intentio generis eſt, hoc ipſum genus, quod eſt primum uniuerſale deſcriptum à Porphy.applicatur.ſ.uniuerſali reſpectu iſtorũ. Vbi eſt aduertendum,quòd conſiderando uniuerſale, ut habet naturam communicabilem pluribus differentibus ſpecie;& ſic ſibi applicatur ratio generi. .Tu uerò pondera illud uerbum (applicatur,) quia ſi ratio generis applicatur uniuerſali,ergo ſignum eſt, quòd uniuerſale non habet à ſe,ſed ab alio hoc ſibi tributum. Vnde in uniuerſali duo ſunt conſideranda, communicabilitas naturæ ad propria inferiora, & hoc habet à ſe, & prædicabilitas, & hoc habet ab alio. Et ex hoc loco collige unum. Nam cum Sco. dicit, quòd uniuerſale eſt genus, habemus, quòd unum accidens eſt fundamentum alterius accidentis: & relatio eſt fundamentum alterius relationis. Nam uniuerſale eſt fundamentum ipſius generis. Et cum dicitur,quòd quodlibet iſtorum eſt diſtinctum ab aliis,uult dicere Sco.ibi, quòd quodlibet uniuerſale deſcriptum à Porphy.eſt diſtinctum eſſentialiter ab aliis.Nam genus eſſentialiter diſtinguitur à ſpecie,& ab aliis: ſpecies quoque,quæ eſt ſecundum uniuerſale,eſſentialiter diſtinguitur à genere, & ab alijs uniuerſalibus.Et hoc eſt uerum, dicit Sco. de omnibus; & propter hanc cauſam; quia quinque uniuerſalia ſunt eſſentialiter diſtincta ab inuicem; non poſſunt eſſentialiter prædicari ad inuicem:ſic,quòd iſtæ prædicationes, & propoſitiones non erunt eſſen-

Litera doctoris. Singula uerba declarat Scotus in reſponſione.

Duo conſiderantur in uniuerſali.

Accidens eſt ſubiectum accidentis; & relatio relationis. Litera Doctoris.

eſſentiales,& quidditatiuę,genus eſt ſpecies,ſpecies eſt ſpecies,differentia eſt ſpecies, proprium eſt ſpecies,& accidens eſt ſpecies:iſtæ propoſitiones non ſunt eſſentiales,& quidditatiuæ. Præterea dicit Sco. Non ſolum hoc unum uniuerſale non poteſt de altero uniuerſali prædicari eſſentialiter:ſed nec aliquid aliud poteſt prædicari.ſ. eſſentialiter,& quidditatiuè de uno iſtorum quinque uniuerſalium ſub ratione uniuerſalis.Exemplum huius eſt,quoniã uniuerſale, quod eſt aliquid aliud à quinque uniuerſalibus, non poteſt prædicari de ſpecie ſub ratione generis eſſentia liter,& in prædicatione exercita:ſed benè in prædicatione ſignata : ratio huius eſt, quoniam ratio generis eſt extranea uniuerſali. i. non conuenit uniuerſali ipſum genus, quando unitur iſtis quinque uniuerſalibus,per hoc uerbum,eſt,ſicut & animali : quando dicitur hoc eſt animal. Pro intelligentia huius loci eſt notandum, quòd iſte terminus (homo) poteſt conſiderari tripliciter.Primum ſecũdum eſſe,quod habet in ſuis ſuppoſitis;ſecundò ſecundum eſſe ſuum quidditatiuum, & eſſentiale:& ſic animal ſemper prædicatur quidditatiuè de ipſo homine:& ſecundũ has conſiderationes iſta ſecũda intentio, quæ eſt ſpecies, non conuenit homini : tertio poteſt conſiderari ſub ratione cogniti, uel cognoſcibilis: & in tali eſſe competit ſibi ratio ſpeciei. Quando igitur prædicatur animal de homine,cũ hoc uerbo (eſt) ratio ſpeciei extraneatur ab homine, fugit, & latet, quia ſecundum tale eſſe non poteſt applicari ſibi,ut dictum eſt. ſic dicimus à pari de uniuerſali in communi reſpectu iſtorum quinque. Nam uniuerſale poteſt etiã tribus modis conſiderari, ſicut & homo.Primo ſecundum ſuum eſſe, quod habet in ſuis inferioribus.ſ.in iſtis

Genus eſt ſpecies,nõ eſt prædicatio eſſentialis.

Litera Doctoris.

Exemplum.

Iſte terminus. Homo, poteſt conſiderari tripliciter.

Vniuerſale poteſt ſumi tripliciter. In multis Ante multa,& poſt multa Vide Ammonyũ.

Vniuerſale poteſt tribus modis conſiderari.

iſtis quinque uniuerſalibus. ſecundo poteſt conſiderari ſecundum ſuum eſſe quidditatiuum . & iſtis duobus modis uniuerſale prædicatur eſſentialiter, & quidditatiuè de quinque uniuerſalibus, tanquam de ſuis inferioribus, eum hoc uerbo (eſt) dicendo, genus eſt uniuerſale, ſpecies eſt uniuerſale; & ſic de aliis: & ſecundũ hanc cõſiderationem genus extraneatur, & fugit, tanquam ſi illi incompeteret in tali eſſe ab ipſo uniuerſali. tertio conſideratur ſecundum eſſe intelligibile, quod habet apud intellectum, ſiue ſecundum eſſe cognitum, uel cognoſcibile, ſupra quod nata eſt fundari, & applicari iſta ſecunda intentio genus.

Colligunt quatuor.

Ex his omnibus habemus reſolutè, quod iſta quinque uniuerſalia ſunt diſtincta eſſentialiter inter ſe. Secundò habemus, quòd nõ poſſunt prædicari ad inuicem eſſentialiter, & quidditatiuè. Tertio habemus, quòd uniuerſale nõ poteſt prędicari eſſentialiter, & quidditatiuè de iſtis quinque ſub ratione alicuius uniuerſalis, uel ſpeciei uniuerſalis diſtinctæ ab alia ſpecie. Quartò habemus, ꝙ quando uniuerſale prædicatur de ſuis quinq; uniuerſalibus cũ hoc uerbo (eſt) dicendo genus eſt uniuerſale, ſpecies eſt uniuerſale: tunc in tali eſſe ratio generis eſt extranea, aliena, & incompetens ipſi uniuerſali.

Reſpõdet formaliter ad Argumentum.

Et cũ arguebatur ad oppoſitum. Quia unũ oppoſitum non prædicatur de altero oppoſito. Dicit Sco. concedo, quod quodlibet iſtorum quinque uniuerſalium eſt ſpecies; & ita ſunt oppoſita; tamen licet iſta quinq; uniuerſalia ſint ſpecies reſpectu uniuerſalis in communi, non eſt inconueniens propter hoc ſpecies eiuſdem generis in accidentibus de ſe inuicem denominatiue prædicari: & ideo obſeruate bene hanc regulam,

lam, quòd quãdocunq; dãtur plures ſpecies, quæ ſunt eiuſdem generis, & illæ ſpecies ſint accidẽtia reſpectiua, non eſt inconueniens; immo eſt neceſſarium, quòd una ſpecies uniuerſalis prædicetur de alia ſpecie uniuerſali denominatiuè. Modò ita eſt, ꝙ uniuerſalis in communi ſunt plures ſpecies uniuerſalis, quia quinque uniuerſalia ſunt accidentia reſpectiua; quia ſunt ſecundæ intentiones: & ideo non eſt incõueniens; immo neceſſarium, ꝙ una ſpecies uniuerſalis prędicetur de altera ſpecie uniuerſali denominatiuè. Quare iſtæ erunt prædicationes denominatiuę genus eſt ſpecies, ſpecies eſt ſpecies, differẽtia eſt ſpecies. Immo in iſtis ſecundis intentionibus eſt aliud mirabile: quia ſpecies in communi ad quinq; hæc uniuerſalia, & ad alia habet rationem generis. Nam datur ſpecies ſpecialiſſima, & datur ſpecies ſubalterna, de quibus ſpecies in communi prædicatur in quid tanquam de differentibus ſpecie: & ideo eſt genus. Habemus igitur, quòd una ſpecies de altera ſpecie in ſecundis intentionibus poteſt prædicari denominatiuè. Contra, q̨a inconueniens eſt in ſpeciebus, & accidentibus abſolutis eiuſdem generis unam ſpeciem de altera prædicari. Nã ſicut hæc eſt falſa, albedo eſt nigredo: ubi prædicatur una ſpecies oppoſita de altera ſpecie oppoſita: & ita hæc eſt falſa, album eſt nigrum. Dico, quòd hoc non eſt uniuerſaliter uerum: licet.n. una ſpecies non poſſit de altera ſpecie in accidentibus abſolutis prædicari: tamen in quibuſdam patitur inſtantiam: ubi unum accidens abſolutum de altero accidẽte abſoluto poteſt prædicari, ut habet Philoſophus, primo Phyſ. Albũ eſt muſicum: nõ tamen in relatiuis hoc eſt uerum. ſ. quod unum non poſſit de altero prædicari, Nam iſta prædicatio

Genus eſt ſpecies, ſpecies eſt ſpecies; ſunt prædicationes denominatiuę

Mirabile dictũ ꝙ ſpecies habent rationem generis.

Contra.

Reſpondet.

Primo phyſ. cõ tex. 44.

catio eſt uera: Pater eſt filius; & hoc reſpectu diuerſorum. quòd ſit uerum probo, nā bene ſequitur, eſt pater huius, ergo eſt pater, eſt filius huius, ergo eſt filius: ſicut igitur iſta duo antecedentia harum duarum conſequentiarum ſtant ſimul .ſ. quòd ſortes ſit pater Ciceronis, & filius Platonis; ita etiam & iſtæ duæ conſequentiæ ſtant ſimul, ſcilicet, pater, & filius reſpectu diuerſorū. Vbi aduerte ibi, quòd relatiua bene poſſunt de ſeinuicem prædicari reſpectu diuerſorum: non tamen relatiua oppoſita. Et ideo habemus ſolutionem claram ad iſtam inſtantiam, in qua dicebatur, quòd propter diſtinctionem unum nō poterát de altero prædicari. Vnde ſolutio eſt clara: quia licet iſta quinque uniuerſalia ſint eſſentialiter, & realiter diſtincta: tamen unum de altero poteſt prædicari, modaliter, denominatiuè, & per accidens, & hoc ſufficit. Aliter dicitur, ibi

Alia Reſponſio.

Sco. ponit aliam rationem ad inſtantiam factā. Vnde dicit, quòd iſtæ propoſitiones ſunt ueræ denominatiua prædicatione, dicendo, genus eſt

Genus eſt ſpecies, ſpecies eſt ſpecies, ſunt ueræ prædicatione denominatiua.

ſpecies, & ſpecies eſt ſpecies. Nec oppoſitum de oppoſito prædicatur: quia ſubiectum, & prędicatum non accipiunt in propoſitione uniformiter: quia ſubiectum accipitur in propoſitione ut quid, prædicatum uerò ut modus: & ita non ſunt oppoſita. bene enim eſſent oppoſita, ſi utrunque acciperetur aut ut quid, aut ut modus: quòd autem ſic poſſint accipi, probat per exemplum, plurale eſt ſingulare. Nam in hac propoſitione, plurale quod eſt ſubiectum, ſumitur ut quid; ſingulare uero, ut modus: & eſt ſenſus, quòd plurale quod eſt nominatiui caſus eſt ſingulare .ſ. ſingularis numeri. Dicit tamen Sco. quòd quandoque poteſt eſſe oppoſitum, quod plurale ſumatur ut modus, & ſingulare ut quid. Et ita patet ſolutio

Probat per exēplum.

Plurale eſt ſingulare.

tio ad argumentum: Genus non poteſt prędicari de ſpeciebus ſecundum magis, & minus, ſicut patet per Porphy. cap. de differentia: ſed uniuerſale prædicatur de iſtis quinque uniuerſalibus ſecundum magis, & minus, ergo non eſt genus: minor patet; quia genus eſt uniuerſalius quàm ſpecies, & differentia: probo, quia prædicatur de pluribus genus quàm ſpecies. Ad hoc argumentum facilis eſt reſponſio, ubi Sco. ponit differentiam inter illud quod eſt magis uniuerſale, & inter illud quod eſt maius uniuerſale. Dicit ergo Sco. quòd non rectè dicitur, genus eſt magis uniuerſale: ratio patet, quia ly magis dicit nobilitatem, & perfectionem formæ, quæ non poteſt eſſe in genere, cum habeat rationem materię: ſed bene genus eſt maius, hoc eſt, quia genus prædicatur de pluribus quàm ipſa ſpecies; hoc eſt, quod ad plura ſe extendit, quàm ſe extendat ſua ſpecies.

Reſpondet ad ſecundũ principale.

Differentia eſt inter eſſe magis uniuerſale, & maius uniuerſale, genus eſt maius genus, nõ eſt magis.

Quare genus ęſt maius, & nõ magis.

Quærebatur ſupra, an uniuerſale eſſet ſubiectum in libro Porphy. fuit argumentatũ ad partes, & poſt fuit inducta una quæſtio. An uniuerſale eſſet uniuocũ ad hæc quinque? Et poſt quàm argumẽtatum eſt ad partes: introducta fuit opinio Alberti, qui tenebat ipſum uniuerſale non eſſe uniuocum ad hæc quinque uniuerſalia. Et ideo hac ratione motus dicebat ipſum uniuerſale non poſſe eſſe ſubiectum in libro Porphy. Conſequenter introducta fuit opinio Sco. quæ ex toto aduerſabatur opinionis Alber. quæ tenebat, uniuerſale eſſe uniuocum ad hæc quinque uniuerſalia: & ea argumenta, quæ poſita fuerunt cõtra hanc Sco. determinationem, ſoluta fuerunt Nunc uerò in hac parte Sco. determinat quæſtionem de ſubiecto Porphyrianæ doctrinæ, quæ eſt quæſtio ſeptima in ordine. Et propterea inquit

An uniuerſale ſit ſubiectum ĩ libro porphyrii.
Concluſio doctoris.
Fundamentũ concluſionis Doctoris.

ad primam quæſtionem dicendum eſt, quòd uniuerſale eſt huius ſcientię.ſ. Porphy. ſubiectum: Iſta eſt concluſio Doctoris, quæ concluſio ſic eſt intelligenda, quòd uniuerſale intentionale eſt ſubiectum. ſ. attributionis in doctrina Porphyriana. Fundamentum autem, & ratio huius concluſionis, quæ coegit ipſum Sco. ad dicendum hoc, fuit hæc; quia ſuperius diſputans quæſtionẽ de ſubiecto totius logicæ, diſſeruit, & concluſit, quòd quanquam ſint plures conditiones requiſitæ ad ſubiectum, tres tamen ſunt præcipuæ, & ſingulares, quarum merito ſyllogiſmus poterit concludi ſubiectum: ſic à ſimili imaginatur hic de ſubiecto in Porphyriana doctrina, quę logica particularis: Nam iſtæ tres præcipuæ conditiones, quæ competunt ſyllogiſmo, tanquam ſubiecto totius logicæ, competunt etiam uniuerſali, quod eſt particulare ſubiectum in quadam parte determinata logicæ.

Argumentum probãs uniuerſale eſſe ſubiectum in libro porphyrii.

Arguitur igitur ſic: omne illud de quo p̃ſuppo nũtur quid eſt, & q̃a eſt, & per eius diffinitionem demonſtrantur proprietates, & paſſiones de ſubiecto, & contentis ſub ſubiecto; Et propter quod omnia in ſciẽtia ſunt conſiderata; eſt ſubiectum: iſta propoſitio maior patet. Nam ſecundũ Sco. hic, & in tertia q. uniuerſalium tenet has tres conditiones eſſe pręcipuas ſubiecti: ſed uniuerſale eſt illud, de quo præſupponitur quid eſt, & quia eſt, & per eius diffinitionem demõſtrantur proprietates, & paſſiones; & propter ipſum omnia in ſcientia Porphyriana conſiderantur: ergo uniuerſale eſt ſubiectum in libro Porphy. Hanc maiorem probat Scot. in textu quoad ſingulas particulas, & conditiones ſubiecti. Ideo ait, quòd uniuerſale habet primam conditionem requiſitam ad ſubiectum: quia de uniuerſali præ-

De ratione ſubiecti oportet ut habeat tres conditiones, ut habet Scot. in 3. q. uniuerſalium.
Probat maiorẽ quoad ſingulas particulas.

ſuppo-

ſupponitur quid eſt, & quia eſt. Præſupponitur enim quid eſt, ſcilicet, diffinitio. ſ. ipſius uniuerſalis, quæ diffinitio eſt illa, quæ habetur primo. Peryerm. uel primo. Poſt. Tamen determinat hic de eo, quod dubitando dixit paulò ante. Vult. n. Doctor, quòd prædicari de pluribus ſit diffinitio uniuerſalis: & licet hæc diffinitio uniuerſalis non ſit poſita à Porphy in textu ſuo; hoc fuit in cauſa, quia ſupponit illam ſufficienter aſſignâtam eſſe, & traditam ab Ariſt. Et ideo qđ in hac re pro hoc propoſito auget fidē, eſt illud quod aſſerit Porph. in procœmio ſuo uniuerſali. Vbi ꝓteſtatus eſt ſequi in ſua cōpēdioſa narratione dicta Peripateticorum. Præterea de uniuerſali ꝑſupponiẽ quia eſt, quia, ſcilicet, eſt tale ens, cui non repugnat eſſe, uel apud intellectum, uel in re extra animam. Dico hoc, quia uniuerſali non conuenit habere eſſe extra animam. ſ. in actuali exiſtentia; in re exrta animam capiatur pro rei proprietate uniuerſali conueniente, in qua eſt tã quam in ſubiecto: habet tamen uniuerſale eſſe in intellectu obiectiuè, ad hunc ſenſum, quia poteſt eſſe obiectum intellectus, ſaltem terminatiuum Nec enim eſſet. Quia Scot. ſuperius dixerat, quod de ſubiecto ꝑſupponitur quid eſt, & qa eſt, tanq̃ notum in ſcientia; probat hoc ſic: ſi de ſubiecto in ſciẽtia non præſupponatur quid eſt, & quia eſt, ergo, nulla ſpecies eius poteſt ſciri: ꝓbo hanc cōſequentiam: quia ignoto priori, ignoratur poſterius: patet, quia cognitio poſterioris dependet à cognitione prioris: ſed uniuerſale eſt quoddam prius. & ſpecies ſunt quædam poſteriora, ergo ignorato de uniuerſali, quod eſt, & qa eſt, non poteſt ſciri aliqua ſpecies eius. Pro intelligentia iſtius conſequentiæ eſt notandum illud, quod dicit Sco. in primo ſenten. Qđ

Cap. 5. Primo poſt. cō tex. 25.

Diffinitio uniuerſalis nō datur à porphyrio quia ſupoſuerat eam traditam ab Ariſt.

Vniuerſali nō conuenit habere eſſe extra Animam.

Vniuerſale habet eſſe in intellectu obiectiue.

Litera Scoti.

Scotus in primo Diſt. 3.

Duplex eſt ordo cognoſcendi, confuſus, & diſtinctus.

Conceptus ſimpliciter ſimplex aut totaliter ſcitur, aut totaliter, ignoratur uide Scotum in 1. diſt. 3. q. 2.

Auic. 1. Meta. cap. 5.

duplex eſt ordo concipiendi, ſiue intelligendi confuſè, & diſtinctè: ordo diſtinctè concipiendi incipit ab ente, & terminatur uſq; ad ultimum ſubiicibile. Nam ens, ſecundum Auicēnam, ex quo eſt ſimpliciter ſimplex, aut totaliter ſcitur, aut totaliter ignoratur: & cum non poſſit totaliter ignorari, quia nō habet partes, per quas partim ſciatur, & partim ignoretur, erit totaliter ſcitum. Et ideo bene dicit Auicenna, ſicut inducit Scò. in quæſtione prologi art. primo. Quod ens, & res prima impreſſione imprimuntur in anima. Alius autem eſt ordo confuſè concipiendi, & intelligēdi: & iſte ordo incipit à ſpecie ſpecialisſima, cuius ſingulare fortius mouet ſenſū. Et quia uniuerſale eſt ſuperius reſpectu ſuarum paſsionum, ſicut ens reſpectu Dei, & creaturæ ideo ab uniuerſali tanquam à ſuperiori, & primo noto in doctrina incipit ordo diſtinctè concipiendi. Quare bene dicit Sco. quòd ſi nō ſciatur de uniuerſali quid eſt, & quia eſt, per diffinitionem diſtinctè, nec etiam & ſpecies eius poterunt ſciri: poteſt etiam ad hòc propoſitum afferri altera ratio; quoniam nullum inferius poteſt ſciri diſtinctè, niſi ipſum ſciatur ſecundū omnia prędicata quidditatiua eſſentialiter incluſa in illo inferiori: ſed quodlibet uniuerſale eſt ſpecies uniuerſalis in communi, & inferius reſpectu illius, & uniuerſale uniuerſaliter includitur in quolibet uniuerſali, uel in ſuo inferiori non poterit ſpecies ſciri diſtinctè, niſi ſciatur ipſum uniuerſale diſtinctè. Et ita patet optima declaratio illius conſequentiæ. Dicit tamen unum Sco. quod ſpecies uniuerſalis ſic diffinitur, ſicut patet ex proceſſu literæ Porphy. Et tu pōdera illud dictū Scot. Nam dicit, quòd diffiniuntur, & non deſcribuntur ſpecies uniuerſalis, de quo negocio

Alia ratio probans ꝙ de ſubiecto ſupponitur quid & quia.

Litera Scoti.

cio latius diſputabit Sco in ſequentibus. Vniuerſale autem in communi Porphy. non diffininit: ſed tanquam diffinitum à philoſopho, quem imitaturus erat, ipſe ſumpſit: & ita patet prima cõditio, quòd uniuerſale habet quod eſt, & q a eſt.

Vniuerſale autem in cõmunis porphyrius non definiuit.

Habet inſuper & ſecundam conditionem ſubiecti. Nam per rationem, ſeu diffinitionem uniuerſalis in communi demonſtrantur proprietates, & paſſiones de ſubiecto: uerum tu pondera ibi literam, quòd ſi detur aliqua paſſio uniuoca, & communis iſtis quinque uniuerſalibus, & de eis oſtenſa per rationem uniuerſalis; illa paſſio oſtenditur de uninerſali, tanquam de proprio, primo, & adęquato ſubiecto: immo eſſet error manifeſtus, ſi illa pasſio demonſtraretur de iſtis quinque uniuerſalibus, tanquã de primo, & adęquato ſubiecto, ſicut patet de mente philoſophi primo Poſt.

Pondera literã Scoti.

Primo poſt. cõ tex. 12.

Præterea dicit Sco. ſi aliqua paſſio demonſtratur hic in libro Porphyr. de uno, ſupple tu, de inferiori ad uniuerſale, ut puta de genere, ſpecie, & differentia per rationẽ, & diffinitionem uniuerſalis: quæ diffinitio eſt hæc. ſ. prædicari de plutibus. Et hic Sco determinat ſe, quæ ſit diffinitio uniuerſalis propria: & illa paſſio oſtenſa de aliquo inferiori contento ſub uniuerſali, oſtẽditur de uniuerſali in communi ratio, quia medium in demonſtratione æquatur pasſioni: intellige ſic literam, quia medium, hoc eſt diffinitio ſubiecti, quæ eſt medium in demonſtratione potisſima ſecundum Sco. æquatur, hoc eſt conuertitur cum pasſione. ſ. ſubiecti. Nam ſi pasſio alicuius nõ ęquaretur medio, & medium pasſioni, eſſet conſequens. ſ. committeretur fallacia conſequentis, dicendo ſic: omnis ſubſtantia actiua ſenſibilis eſt riſibilis, homo eſt huiuſmodi, ergo

Litera Sinco.

Litera Doctoris.

homo eſt riſibilis;domini,iſta paſsio nõ adęqua- tur medio, nec medium paſsioni:quia medium in hoc propoſito eſt nimis commune: & ideò oportet, quòd medium uniuerſalis, & diffinitio eius ſit conuertibilis cum ſua paſsione: ſed hoc fit hic.ſ.in propoſito, ut patet,quia hæc paſsio, quæ eſt differre ab indiuiduo, demonſtratur de genere tanquam de ſpecie inferiori ad uniuerſale in communi per hanc particulam, ſiue per hoc medium,quod eſt prædicari de pluribus, ſic arguendo:omne illud,quod prædicatur de pluribus,diſtinguitur ab indiuiduo:patet, quia indiuiduum prędicatur de uno ſolo, & non de pluribus,ſicut dicit Porphy. in uniuerſalibus ſuis: ſed genus prædicatur de pluribus, ut patet per Porphy.ergo diſtinguitur ab indiuiduo. Patet igitur ſecunda conditio ſubiecti, quòd per diffinitionem uniuerſalis demonſtratur proprietas,& paſsio de uniuerſali,& de cõtẽtis ſub uli.

Quomodo paſſio non adæquatur medio.

Tertia conditio ſubiecti.

Tertia conditio erit,quod conſiderata in ſciẽtia ſpeculentur propter ſubiectum: patet, quia quodlibet iſtorum quinq; uniuerſalium eſt ſpecies uniuerſalis propter ipſum uniuerſale: hoc patet p Porphy. Quia capite de genere Porphy. diuidit ipſum uniuerſale in hæc quinq; uniuerſalia:ut patet, & ita patet, quòd uniuerſale, ex quo habet tres conditiones requiſitas ad naturã ſubiecti, merito poteſt locari pro ſubiecto.

Argumentum principale ante oppoſitum.

Ad argumenta in oppoſitum.Probo,quòd uniuerſale non ſit ſubiectum: quia ſi eſſet ſubiectũ, aut inquantum intentio, aut inquantum applicabile rei:ſed nec ſic,nec ſic,ergo.probo primũ, quia ſi eſt uniuerſale inquantum intentio;conſideratur ab ipſo Metaphyſico,ergo non eſt ſubiectum in libro Porphy. patet, cum iſtæ ſcientiæ ſint diſparatæ: quòd autem conſideretur ab ipſo

Meta-

Meta.patet,quia Metaph conſiderat ens inquã tum ens,ergo conſiderat intentionem inquantũ ens, ergo conſiderat intentionem inquantum intentio.hæc conſequentia patet, quia idem eſt conſiderare intentionem inquantum intentio, & inquantum ens:ſicut idem eſt conſiderare hominem inquantum homo,& hominem inquantum ens: Probo ſecundum, quia uniuerſale inquantum applicabile rei,eſt ens per accidens:de ente autem per accidens nulla eſt ſcientia,& cõtemplatio.

At argumentum difficile reſpondet Sco.& ait, quòd illud argumentum præſupponit unum falſum.ſ. quòd uniuerſale inquantum intentio, & uniuerſale inquantum applicabile rei, ſint membra oppoſita:hoc negatur,quia ſunt idem,& coincidunt ad inuicem:intelligas tamen tutè hũc locum,cum Sco dicit,quòd ſunt idem, ſunt idẽ, ſup.tu,ſicut paſſio,& ſubiectum,& ſicut primus, & ſecundus modus dicendi per ſe.Nam uniuerſale inquantum intentio, pertinet ad primũ modum dicendi per ſe: uniuerſale inquantum applicabile rei,ad ſecundum modum dicendi per ſe:& licet ſint idem realiter, ſunt tamen diſtincta formaliter:& Sco. in hoc concedit utrunque membrum,ſic,uidelicet,quòd uniuerſale inquãtum intentio, & inquantum applicabile rei erit ſubiectum. Et cum dicebatur contra primum mẽbrum,quòd Metaph.conſiderat omne ens, & ita conſiderat uniuerſale inquantum ens. Ad hoc Sco.reſpondet dupliciter. Primò dicit ſic, quòd Metaph.benè conſiderat omne ens reale, non tamen rationis: modo uniuerſale eſt ens rationis: ideo non conſideratur à Metaph Et ideo ſecundum hanc reſponſionem diceremus,quòd Meta. non conſiderat entia rationis. Alia reſponſio ad argu-

Reſponſio ad primum argumentum difficile,& præſuponit unũ falſum.

Scotus reſpondet dupliciter.

Secunda reſpõſio ad Argumẽtum.

argumentum ſcilicet, ad primum membrum in oppoſitum, quòd Metaph, benè conſiderat quodlibet ens, ergo conſiderat intentionem inquantum ens: tranſeat iſtud, cum ulterius dicit, ergo conſiderat intentionem inquantum intentio, nego conſequentiam, dicit Sco quia nôn ſunt idē .ſ. intentio inquantum ens, & intentio inquantū intentio. Et dat regulam Sco. ibi, quòd uniuerſaliter hoc eſt uerum: & accidit quòd aliqua duo non ſunt idem, quando terminus ſequens reduplicationem, ſiue poſitus eſt reduplicatiuè, ut ly inquantum, non ſignificat abſolutè eſſentiam. i. non eſt terminus abſolutus; ſed reſpectiuus: ſicut à ſimili etiam, non idem mobile, quia ly mobile ſequens ly inquantum, dicit reſpectum: & mobile inquantum ens, dicit abſolutum. Ita uniuerſale inquantum ens, ſiue intentio inquantū ens, & intentio inquantum intentio, & uniuerſale inquantum uniuerſale; abſolutum ergo & reſpectiuum non ſunt idem. Et per hoc patet reſponſio ad exemplum datum, quoniam nō eſt ad propoſitum: quia homo inquantum homo, & homo inquantum ens non ſunt diuerſa, ſed unum, pro quanto ambo ſunt abſoluta. Ad illud, quod dicebatur contra primum membrum, quòd uniuerſale inquantum applicabile rei non poterat eſſe ſubiectum, quoniam eſt ens per accidens. Aduertatis, quòd litera eſt difficilis. Dico negādo, quòd non eſt ens per accidens, ſicut in propoſito illud dicitur ens, quod eſt aggregatum ex rebus diuerſorum generum, ut homo albus: modo cum dico uniuerſale applicabile rei; ibi rei, ſiue res non cadit neque ponitur in intellectu, ſiue conceptu illius totius: totum autem eſt illud uniuerſale applicabile rei: ſed ſup. tu: illa res, q̄ ponitur in hoc toto, ponitur ut terminus reſpectuum,

Nota Regulā Scoti.

Exemplum datum nō eſt ad propoſitum.

Litera Scoti difficilis.

ctuum, ſiue uniuerſale, ſiue ut eſt terminus ſecundæ intentionis, & uniuerſalis, hoc modo enim intelligitur, & dicitur accidens in dependentia, & relatione ad ſubſtantiam, non quòd ſubſtantia ſit pars illius accidentis: ſed terminus terminans dependentiam eius. Nō igitur eſt accidēs.

Secundò arguitur ſic: omnis ſcientia realis eſt de uniuerſali: patet, quia ſingulariū non eſt ſciētia: ſed hæc eſt ſcientia rationalis: ut patet p Sco. in ante prædicamentis, ergo. Ad hoc argumentum facilis eſt ſolutio dicendo, ꝙ duplex eſt uniuerſale, reale, & intētionale: ſciētia realis, eſt de uniuerſali reali: ſcientia rationalis eſt de uniuerſali intentionali. Dicitur autem ſciēntia rationalis non denominatione intrinſeca, ſed extrinſeca: Pondera illud: ſed logica eſt de uniuerſali, non logica in communi, ſed particularis. Secundo principaliter. Duplex uniuerſale realis reale & intentionale. Sciētia duplex realis & intentionalis.

Tertio arguitur ſic. Illud eſt ſubiectum in aliqua ſcientia, de quo determinatur diuiſiuè, diffinitiuè: ſed hæc ſunt quinque uniuerſalia, & non uniuerſale in communi, ergo. Ad hoc argumentum dicit Sco. quòd licet non ſit determinatum à Porphy. de uniuerſali in cōmuni diffinitiuè, ſumpſit tamen illud à philoſopho. Eſt tamen determinatum à Porp. de uniuerſali in communi diuiſiuè. Nam illud diuiditur à Porphy. cap. de genere. Præterea ſi philoſophus determinauit de iſtis quinque uniuerſalibus diffiniendo, hoc totum fuit propter idem in communi, ad quod omnia conſiderata in ſcientia habent ordinem, & attributionem. Et ita patet finis harum duarum quęſtionum. Tertio principaliter. Cap. de genere.

QVAESTIO NONA.

Ordo cõtinuationis.

QVAERITVR Modò de ipſo uniuerſali ab iſto Doctore, in quo eſt. ut in ſubiecto? An ĩ re ipſa, uel in intellectu? præſuppoſito tamen & cõceſſo ipſum uniuerſale eſſe ens.

Circa hanc quæſtionem in primis obſeruanda eſt rationalis, ac ingenioſa continuatio præſentis quæſtionis de uniuerſali cũ cæteris præcedentibus. Nam Doctor iſte primo conſiderauit ipſum uniuerſale ſecundum ſuum eſſe quidditatiuum: & poſuit ipſum habere eſſe in latitudine & amplitudine entium: & cum conceſſerat ipſum eſſe ens, conceſſit illi eſſe intelligibile: conceſſit quoque ipſum habere paſſiones. Et ita meritò locauit ipſum pro ſubiecto attributionis in Porphyriana doctrina: Quia uniuerſale conſideratur à Scot primò ſecundum eſſe quidditatiuum: ſecundo ſecundum eſſe obiectiuum, quod habet apud intellectum: tertio ſecundum eſſe ſcientificum, quod habet merito demonſtrationis. Modò uult conſiderare ipſum ſecũdum eſſe ſubiectiuum: quia cum ipſum uniuerſale ſit accidens intentionale: & accidentis eſſe eſt ineſſe 7. Meta. oportet quòd inhæreat: & quia de inhærentia, & de ſubiecto uniuerſalis, & aliarum ſecundarum intentionum eſt nedum ut ultima cõſideratio, uerùm quàm opportuna, & neceſſaria. ideo hanc quæſtionem hoc loco, uoluit ſubnectere, & uidere in quo ſecunda intentio eſt tanquam in ſubiecto. i. quod eſt ſubiectum ſecundarum intentionum; res ipſa extra animam? uel intellectus qui eſt pars animę? Iſte autem ordo eſt multum rationabilis, quia de quocunque, prius conſideranda ſunt illa, quæ ſunt

Vniuerſale primo conſideratur ſecundùm eſſe quidditatiuum. Secundo ſecũdum eſſe obiectiuum. Tertio ſecundùm eſſe ſcientificum. Séptimo Meta. tex. comm. 2. & in eodem tex. comm. 14.

Iſte ordo eſt multum rationabilis.

ſunt intimiora alicui, quàm illa quę ſunt extrinſeca illi: Modo uniuerſali intimius eſt eſſe quid ditatiuum, intelligibile, & eſſe ſcientificum, quam inhærere, uel ſubiectari in altero. Hoc n. uidetur extrinſecum rei. Patet igitur ordo, & continuatio quęſtionum.

Mirabilis continuatio huius quæſtionis.

Circa primum iſtius quæſtionis eſt aduertendum, quòd Doctor hic præſupponit tria Primo præſupponit uniuerſale eſſe accidens, hoc patet de mente Sco. in fine tertiæ q. uniuerſalium ubi dictum eſt, quod uniuerſale eſt accidens intentionale: ſecundo præſupponit uniuerſale inhærere, hoc patet. 7. Meta. Nam ſi accidentia realia inhærent ſubiectis, nec poſſunt ſubſiſtere ſine illis, à fortiori ſecundę intẽtiones, & entia, rationis; cum iſtæ ſecundæ intentiones ſint relationes, & reſpectus rationis, & minimæ entitatis: & ideo ſunt de ſecundo intellectis, & debiliotis eſſe: tertio Præſupponit hãc diuiſionem, eſſe ſufficienter datam. Quod omne accidens, aut eſt in re, aut in intellectu, tanquam in ſubiecto. Iſtis pręſuppoſitis, quærit Doctor de uniuerſali. Vtrum ſit in re, uel in intellectu?

Primum ſuppoſitum. Doctor præſuponit tria. Septimo Meta. contex. 2. Secundum ſuppoſitum. Tertium ſuppoſitum.

Vbi aduertas, quòd res capitur pro omni eo, quod eſt extra nihil, & extra animam. Intellectus uerò hic ſumitur, ut eſt pars quædam animæ: & præſertim intellectus ille, qui poſſibilis nuncupatur, cuius commeminit philoſophus. 3. de Anima. His declaratis arguit Doctor, probando tribus rationibus, quòd uniuerſale non eſt in re tanquam in ſubiecto. Nam ſi uniuerſale eſſet in re tanquam in ſubiecto, non poſſet eſse niſi indiuiduum; & tunc ſi indiuidunm eſſet ſubiectum uniuerſalis, ſequeretur, quòd iſta propoſitio eſset uera: indiuiduum eſt uniuerſale, hoc autem eſt falſum. conſequentia tamẽ

Res ſumitur pro omni eo quod eſt extra nihil. Tertio de Anima contex. 19.

probatur;

probatur; quia omne accidens eſt in illo, quod denominat. Circa ſolutionem iſtius argumenti multa declarabuntur.

Ad oppoſitum. Ad oppoſitum arguit Doctor tribus aliis argumentis, per quæ argumenta intendit probare hoc, quòd uniuerſale, & ſecunda intentio eſt in re tanquam in ſubiecto, & non in intellectu: probat autem ſic: omne illud, quod eſt cauſa efficiens alicuius, non poteſt eſſe cauſa ſubiectiua eius: hæc propoſitio eſt de mente philoſophi. ſecundo. Phyſicorum. Vbi uult, quod materia, & efficiens non coincidunt. i. non conueniunt, nec ſunt cauſæ competentes in eodem, ſic quòd idem non poteſt eſſe cauſa efficiens, & materialis: ſed intellectus eſt cauſa efficiens uniuerſalis, & aliarum ſecundarum intentionum, ut dictum eſt ſupra. Nam ipſe eſt faber, & pictor ſecundarum intentionum, ergo intellectus non eſt cauſa materialis, & ſubiectiua, & non eſt materia uniuerſalis, ergo non eſt ſubiectum uniuerſalis: patet conſequentia, quia accidentia præſertim intentionalia non habēt aliā materiam, niſi in qua, quę dicitur ſubiectum earum. Vbi aduertas hic, quòd duplex eſt materia, quædam ex qua, & iſta eſt ſubiectum generationis, & altera pars compoſiti, de qua loquitur primo & ſecundo. Phyſ. primo & 7. Metaph. Alia uerò eſt in qua. ſ. aliquid recipitur tanquā accidens in ſubiecto: & iſta propriè dicitur ſubiectum. Poteſt dari tertia materia, & dicitur circa quam: & iſta dicitur, ſubiectum alterationis in ſcientia. Nam eſt ſubiectum in ſcientia materia, circa quam uerſatur tota ſpeculatio conſiderantis. Vnde breuiter duplex poteſt eſſe ſubiectum, quoddam poteſt eſſe ſubiectum inhæſionis, & eſt illud ſubiectum, cui accidens inhæ-

Secundo phyſ. contex. 70.

Intellectus eſt pictor ſecundarum Intentionum.

Duplex materia, immo triplex uide Scotum in 2. diſt. 25.

Secundo phyſ. cōtex. 28. & 7. Meta. contex. 29.

ret in quo ſubſtentatur. Aliud eſt ſubiectum cōſiderationis, & eſt illud, propter quod omnia in ſcientia conſiderantur: Secunda ratio probatur per Commēt. primo de Anima. Nam intellectus facit uniuerſalitatem in rebus, ergo illa uniuerſalitas erit in re, tanquam in ſubiecto. & nō in intellectu. Tertia ratio formalior iſtis eſt, accidens eſt in illo tanquam in ſubiecto, quod denominat: & hoc intellige tu de demonſtratione intrinſeca, & non extrinſeca: ſed uniuerſale denominat rem, & non intellectum: ergo probo minorem exemplariter. Nam hæc ſecunda intentio, genus, quæ eſt primum uniuerſale, denominat animal, colorem, plantam, & ſic de ſingulis. Præterea ſuo modo hæc intentio ſecunda ſpecies, quæ eſt ſecundum uniuerſale, denominat hominem, equum, leonem, & ſic de ſingulis, ergo genus tanquam uniuerſale erit in animali tanquam in ſubiecto, & ſpecies, quæ eſt uniuerſale, erit in homine tanquam in ſubiecto, & iſta eſt rei ueritas. Duplex ſubiectum inhæſionis, & conſiderationis. Primo de Anima contex. 8.

Proponebatur quæſtio admodum curioſa de ſubiecto inhęſionis ſecundarum intentionum, nomine ipſius uniuerſalis: & argumentum fuit ad partes: unde quæſtio remanſit dubia, atque de ueritate ſuſpecta. Sco. igitur hodierna luce deſcendit ad declarandam ueritatem propoſitæ quæſtionis: & ſuam ponit cōcluſionem, quæ eſt hęc; quod uniuerſale eſt in re, ut in ſubiecto. Proponebatur Quæſtio admodū curioſa de ſubiecto inhæſionis.

Pro intelligentia huius quęſtionis eſt diligēter aduertendum, quòd de ſubiecto ſecundarū intentionum tres fuerunt opiniones famoſę. Prima fuit, quòd ſecundæ intentiones nullum habent ſubiectum, in quo recipiantur. Huius opinionis fundamentum fuit: quia uiderunt Deum ſecundas cauſare intentiones, & hoc ab De ſubiecto ſecundarum intentionū tres opiniones ponuntur.

æter-

æterno: tunc quærebant, iſtæ ſecundæ intentiones cauſatæ ab intellectu diuino ab ęterno, in quo fuerunt tanquã in ſubiecto? non eſt dicendũ quòd pręfuerunt in Deo: quia tunc Deus eſſet imperfectus. Nam recipere accidens in ſe ſubiectiuè, imperfectionem ponit in recipiente. Nec eſt dicendum. quòd huiuſmodi intẽtiones fuerunt in re: quia res non fuerunt ab ęterno, ergo dabuntur intentiones ſecũdę: & tamen eis nullum poteſt aſſignari ſubiectum.

Opinio falſa.

Septimo Meta. contex. 2.

Præterea dicunt, quòd accidens intentionale propter ſui minimam entitatem non oportet ei dare neque aſſignare ſubiectum. Hæc opinio ex toto eſt falſa: quia ea poſita, ruit fundamentum philoſohi. 7. Meta. Nam accidentis eſſe eſt ineſſe. Et ſi tu dicas: quòd ibi philoſophus loquitur de accidente reali: & ideo non eſt ad propoſitum. Dico, quòd illud firmat propoſitũ noſtrum magis. Nam quanto aliquid eſt minoris entitatis, tanto eſt imbecillius, impotentius, & per ſe ſtare non ualens, & ideo magis exquirit ſubiectum pro ſui ſubſtentamento: ſi igitur accidens reale non poteſt eſſe ſine ſubiecto, de quo magis uidetur, ergo nec accidẽs rationis, de quo minus uidetur. Et ideo quęrẽs, & ponens ſeparationem ſecundarum intentionũ à ſubiecto, fatetur impoſſibilia. Illud autem quod dicunt de Deo. Dico, quod illæ intentiones ſecũdę, quę cauſantur à Deo, ab æterno ſunt in Deo; nec hoc arguit inperfectionem in Deo, quia nulla per hoc fit tranſmutatio in Deo realis: ſed tantum rationis, quemadmodum à ſimili Dicunt & theologi Deum eſſe ſubiectum in theologia. Ecce ergo quod ſibi attribuitur hæç ſecunda intentio ſubiectum. Præterea Comment. ponit Deum, ſiue genus abſtractorum eſſe ſubie-

Quanto aliqd eſt minoris entitatis, tãto magis eſt impotẽtius.

ſubiectum in Metaph. Iſtud.n.non poteſt fieri ſine conſideratione intellectus: ſicut igitur ſtat Deum eſſe ſubiectum in theologia, & Metaph. cognitum, & conſideratum ſine ſui imperfectione: ſic ſtat eſſe ſubiectum ſecundarum intentionum: nulla ideo propter hoc poſita imperfectio ne. Secunda opinio eſt, quæ ponit, quòd ſecundę intentiones ſunt ſubiectiuè in intellectu. Fundamenta, iſtius opinionis poſſunt eſſe omnia argumēta, quæ ſunt poſita in quæſtione ad partem negatiuam: præter hoc poteſt eſſe unum argumentum pro hac poſitione de mente philoſophi. Nā ens diuiditur prima ſui diuiſione per ens in anima, & ens extra animam. Per ens autem in anima intelligunt ens rationis: & ita apparet, quod ens rationis, & ſecunda intentio eſt in anima, non ergo in re. Dico ad hoc, quòd aliquid eſſe in anima ſtat dupliciter, obiectiuè, & ſubiectiuè: modo dico, quòd ens rationis eſt in anima obiectiuè, per hoc diſtinguitur à re extra animam. Contra, omnis bona diuiſio debet dari per oppoſita. ſed iſta non eſt huiuſmodi, ergo. maior eſt Boetij minorem probo: quia eſſe obiectiuè in intellectu, non tantum conuenit ſecundis intentionibus, & enti rationis: ſed etiam enti reali. Nam lapis non eſt in anima ſubiectiuè, ſed obiectiuè. Et ita mēbra diuiſionis coinciderēt: ideo reſpondeo ad hoc argumentum bonum; quòd ſecunda intentio, ſiue ens rationis, quod eſt in anima, diſtinguitur ab ente reali, quod eſt extra animam, non ſolū per hoc, quòd eſt in anima obiectiuè: ſed etiam per hoc, quod eſt in anima effectiuè, ſicut dicit hic Sco & ſupra: patet igitur hæc poſitio cū ſua probatione. Tertia poſitio eſt ipſius Sco. ſicut ſecunda eſt Franciſci, quæ poſitio uult, quòd ſecunda intentio ſit in re, ut in ſubiecto. Pro quo eſt aduer-

Auer. 2. phyſ. cōme. ultimo.

Secunda opinio.

Prima diuiſio ipſius entis.

Reſponſio. Aliquid eſſe in Anima ſtat dupliciter.

Lapis eſt in anima obiectiuè, obiici intellectui, nil aliud eſt, niſi cognoſci ab ītellectu.

Ens rationis diſtinguit ab ente reali.

Opinio franciſci de Mayronis.

tendum, quomodo uniuerſale, & quæcũque alia ſecunda intentio eſt in re: Non.n eſt in re abſolutè, neque in re nuda, neque in re conſiderata: ſed eſt in re cognita: ſicut ſuperius dictum eſt. Probat autem concluſionem ſuam ſic: omnis forma denominans aliquid, eſt in denominato tanquã in ſubiecto; hoc patet: quia omnis forma, quæ eſt in aliquo per inhærentiam, informat illud: & ſicut informat, ita & denominat, & ſicut denominat, ſic eſt in eo, ut in ſubiecto: ſicut dicimus, q᷑ albedo ex eo, quia eſt forma denominãs aliquod ſubiectum, ideo eſt in eo Aduertatis hic, quod duplex eſt denominatio in propoſito. Quædam eſt intrinſeca: & quædam extrinſeca: Intrinſeca eſt quando forma denominat per inhærentiam, & formationem: eſt.n.in denominato, & de iſta loquimur hic. Alia eſt denominatio extrinſeca: & tunc forma denominans non eſt in denominato: ſicut lapis eſt uiſus. Viſio. n. non eſt in lapide uiſo; ſed in oculo uidente. Patet prima ratio. ſecunda ratio poteſt probari ſic. Nam ſecundæ intentiones in eo ſubiectari dicũt, quod concernunt. Nam iſta concernentia dat intelligere reſpectũ ſecundarum intentionum ad fundamenta: ſed ſecundæ intentiones concernunt res; patet, quia in concreto ſumuntur, & diffiniuntur, ergo. Tertia ſic, in illis ſunt ſecundæ intentiones tanquam in ſubiecto, quibus applicantur: ſed applicãtur rebus, ergo in illis ſunt. Iſta ratio fundatur in dictis Boetij, & Auic. logica eſt de ſecũdis intẽtionibus applicatis primis. Præterea ſecundæ intentiones prædicantur de primis denominatiuè, ſicut dicit Sco. ſupra, ergo ſunt in illis, de quibus prędicantur. Præterea ſecunda intentio poteſt conſiderari tripliciter: primo ut relatio, ſecũdo ut ſpecies, tertio ut accidens: ſed ſecunda intentio, ut eſt

Probat concluſionem Scotus ſic.

Duplex denominatio, intrinſeca, & extrinſeca.

Patet prima ratio.
Secunda ratio.

Tertia ratio.

Dictum Boetii & Auicennæ.
Quarta ratio.
Secunda intentio poteſt conſiderari tripliciter.

eſt relatio,habet fundamentum,& terminum : ut eſt ſpecies, habet inferiora, de quibus prædicatur, ergo. ut eſt accidẽs,debet habere ſubiectum, ſi igitur concedis ſecundis intentionibus terminum,& fundamentum, & inferiora:cur ergo negas illis ſubiectum? nulla uidetur ratio, niſi leuis.Vt autem ex toto firmetur hæc opinio Sco.ponit unam auream diſtinctionem. Diſtinctio ergo Sco.eſt hæc,quòd ſignificatum termini communis ſignificans ueram naturam poteſt conſiderari tripliciter: ſignificari ueram naturam eſt ſignificare quidditatem extra animam;pro quo aduerte;quòd ex hac diſtinctione data ruit opinio Pauli Veneti.Nam Paulus uult, quòd terminus communis de primario, & adęquato ſignificato non ſignificat ueram naturam communem:quia naturam communem Paulus negat, nec qui eum ſequuntur,cognouerunt : ſed ſignificat ſua ſignificata:ſicut patet in quarta diuiſione terminorum ubi dicit in exemplo; quòd homo ſignificat Sortẽ,& Platonem.

Aurea diſtinctio Scoti.

Significatũ termini communis poteſt conſiderari tripliciter.

Ruit opinio Pauli Veneti.

Sed quæres,iſta uera natura communis, ex quo ponitur à Scotiſtis,ubi eſt tanquã in loco ? eſt ne in concauo orbis lunæ?aut in olla bulliente?Dico,quòd nõ, quia abſtracta eſt ab omni exiſtentia actuali;& conſequenter à quantitate, & qualitate, ab omni relatione,& ita ab omni loco:Sed dices;Contra, quia ſi nullibi eſt, ergo nihil eſt. Reflecto argumentum contra te Deus non eſt in loco per Auer. 8. Phyſico. ergo nihil eſt, non ualet conſequentia. Erit ergo in intellectu obiectiuè. Contra, ergo erit figmentum,& fictio pura. Dico,quòd nõ ſequitur,quia figmento nihil correſpondet ex parte rei, ut dictum eſt:naturæ uero cõmuni correſpondet exiſtentia ponibilis in ſuis indiuiduis, à quibus fit, per intellectum abſtracta.Intellectus igitur agẽs

Vbi eſt natura communis tanquam in loco.

Deus nõ eſt in loco; ꝙ enim eſt non in corpore,non eſt in loco:uide Aue. 8.lib. phyſ. cõme.84.

eſt ille, qui abſtrahit hanc cõmunem immerſam, & ſepultam in ſuis indiuiduis. Et ideo licet ſit abſtracta per intellectum hæc natura communis per conſiderationem intellectus abſtrahẽtis, cuius non eſt mẽdacium, ſicut dicit Philoſophus ſecũdo Phyſi. de intellectu Mathematico. Nõ tñ eſt abſtracta, & ſeparata ſecundum eſſe, ſicut imaginabatur Plato, & malè. Terminus igitur communis ſignificans ueram naturam poteſt tripliciter conſiderari. Primo, ut habet eſſe in ſuis ſuppoſitis; & ſecundum hoc inſunt ei primo accidẽtia communia, ut albedo, nigredo, fuſcedo, & ſic de ſingulis: ſecundo inſunt accidentia propria, licet non primo, ſed ſecundo. Circa illud membrum pondera uerba Scot. in textu, ubi per ſuppoſitum intelligit hic extenſiuè omne inferius reſpectu ſuperioris. Vnde eſt differentia inter perſonam, indiuiduum, & ſingulare. Perſona .n. non poteſt inueniri uerè, niſi in natura rationali: indiuiduum poteſt inueniri in natura rationali. Nã Deus, ut patet, & Angelus, & homo ſuppoſitum dici poteſt. Poteſt etiam inueniri in natura ſenſitiua, & brutali, Brunellus meus erit ſuppoſitum. Nomen autem ſuppoſiti, & perſonæ in nullo nouem accidentium inueniri poteſt. Indiuiduum, & ſingulare poſſunt eſſe in omnibus prædicamentis. Pondera etiam quod dicit Sco. quòd omne quod eſt in ſuppoſitis, eſt eſſe materiale eius. ſ. reſpectu termini communis. Vnde ſuppoſitum reſpectu termini communis habet rationem formæ: ratio eſt, quia in propoſitione ſuppoſitũ & inferius ſubijcitur; & ſuperius prædicatur: dicendo, ſortes eſt homo: modo ſubiectum fungitur officio materiæ, prædicatum uerò formæ. Nam ſubiici alteri eſt officium materię. Pondera illud, quod dicit, ibi per accidentia com-

Secundo phyſ. contex. 18.

Terminus communis tripliciter poteſt conſiderari.

Primo mõ ſumptus.

Quid intelligat Scotus per ſuppoſitum.

Quid pſona ſit uide 23. diſt. primi.

Quid ſit ſuppoſitum uide i 9. q. quolib.

Pondera uerba Scoti.

Subiectum habet ratione materiæ, prædicatum rationem formæ.

communia inſunt termino communi. Nam differentia eſt inter accidentia propria & communia. Accidētia communia primo inſunt indiuiduis, & ſecundo ſpeciebus: Ratio, quia accidentia cō munia inſequuntur principia indiuiduorum, & qualitates ipſorum: & ideo primo & per ſe indiuiduis inſunt, & ſecundo ſpeciebus. Accidentia uerò propria primo competunt ſpeciebus, & ſecundo indiuiduis: ratio, quia accidentia propria inſequuntur principia ſpecifica, à quibus emanant, & pullulāt in eſſe: & ideo competunt illis per ſe. Accidentia uerò communia conueniunt ſpeciebus per aliud, ſiue per accidens, quia per indiuidua. Et ideo dicit Sco. inſunt ibi. Secundo modo conſideratur terminus communis ſecundum ſuum eſſe quidditatiuum, & diffinitiuum: & & ſic inſunt ei, & conueniunt prædicata eſſentialia. Tertio modo conſideratur inquantum apprehenditur ab intellectu, & conſideratur, & cognoſcitur per formam, ſiue ſpeciem intelligibilem: & ſic inſunt ei intentiones ſecundæ, & applicantur. Secundum primum modum hæc propoſitio eſt uera, homo eſt albus, quantus, manducans, bibens, &c. Secundum ſecundum modum, homo eſt animal, rationale, animatū, ſubſtātia, & ens. Tertio modo eſt ſpecies. Cum igitur intellectus conſiderauerit naturam ipſius hominis, & inuenerit naturam ipſius hominis communicabilem multis, & dicibilem de multis, ab hac proprietate motus cauſat ſecundam intentionē, quæ uocatur ſpecies, & illam applicat ei. Et ideo hæc ſecunda intentio erit in ipſo homine conſiderato, & cognito per intellectum tanquam in proprio ſubiecto, domicilio, atque hoſpitio ſecundarum intentionum: & ita patet concluſio cum ſuis fundamentis declarata.

Differentia eſt inter accidentia propria, & communia.

Accidentia cō munia primo & p ſe inſunt ipſis īdiuiduis.

Accidentia propria primo & p ſe inſunt ſpeciebus.

Primum argumentum principale.

Arguebatur ſupra, quòd uniuerſale non erat in re: quia omne accidens, quod eſt in re, uel eſt proprium, uel commune. Si igitur uniuerſale eſſet in re, & in indiuiduo, illud eſſet uniuerſale, hoc eſt falſum, ergo. Ad hoc argumentum facilis eſt reſponſio. Nam illud currit de accidente reali, quod ineſt termino communi ſecundum eſſe materiale, & ſuppoſitale, ſicut dictum eſt ſupra: non autem currit de accidente intentionali, quod conuenit termino communi ſecundum eſſe cognitum, ut dictum eſt.

Secundo arguebatur.
Tertio de Anima contex. 5. & inde.
Ariſt. 1. topicorum. c. 2.

Arguebatur ſecundo ſic. Intellectus poſſibilis eſt uirtus paſſiua. 3. de Ani. ergo non agit extramittendo: quia tunc eſſet uirtus factiua, & non paſſiua: ſicut patet etiam de ſenſu. ſenſus nanque non agit extramittendo, ſicut imaginabatur Plato: ſed potius intramittendo, ſicut imaginabatur philoſophus ergo uniuerſale non eſt extra intellectum, ſed in intellectu: probatur hæc conſequentia: quia cum intellectus cauſat uniuerſale, nõ ponit ipſum extra ipſum. Ad hoc argumẽtum dicit Sco. quòd intellectus non eſt uirtus factiua, quæ agit extramittendo per realem tranſmutationem, ſed eſt uirtus operatiua. Et ita patet aliquam proprietatem attribuere ei, quæ proprietas cauſata per intellectum, dicit habitudinem rei ad intellectum, ſiue unius rei ad alteram rem. Declaro hunc locum: quia intellectus cauſat hanc ſecundam intentionem & proprietatem, ut puta ſpeciem: ſpecies. n. dicit habitudinem ipſius ſpeciei cauſatæ ab intellectu ad ipſum intellectum cauſantem: ſicut eſt habitudo rei productæ ad producentem. Et poteſt dicere habitudinem ipſius quidditatis communicabilis ad indiuidua, quibus eſt communicata: & ita concedo, quòd intellectus non agit ex-

Vel poſſet aliter dici, ꝙ non agit extra mittendo, qa obiectum cognitũ cui attribuit intentionem, nõ eſt extra ipſũ.

Quomodo intellectus nõ agit extra mittendo.

extramittendo per realem tranſmutationem, abiiciendo unam formam,& introducendo aliã ſicut etiam intellectus attribuit alicui dictioni & uoci ſignificatiuæ,& modum ſignificandi; ut genus, numerus, figura,& caſus: quæ omnia attribuit huic dictioni, homo: Et iſta accidentia, & modi ſignificandi ſunt in hac uoce tanquam in ſubiecto:& in intellectu tanquam in efficiente ſine aliqua tranſmutatione reali: eſt tamen ibi tranſmutatio intentionalis,pro quanto aliqua res procedit de non eſſe cognito ad eſſe cognitum.

Arguebatur tertio ſic, ex intellectu,& intelligibili fit uerius unum, quam ex materia, & forma per Commen. 3. de Anima: ſed forma non eſt extra materiam, nec materia extra formam, ergo nec intelligibile extra intellectũ, ergo nec modus intelligibilis eſt extra intellectum, ergo nec uniuerſale eſt extra intellectum. Hoc argumentum eſt ualde difficile, Et multi non uiderunt uenenum in cauda. Dicit igitur Sco. ad authoritatem Commen. ex qua pendent omnes aliæ conſequentiæ. Quod dictum Comment. non poteſt intelligi ſic, quòd ex intellectu, & intelligibili fiat unum compoſitum ex illis: quia .ſ. ſi ſic, tunc intellectus eſſet compoſitus ex quidditatibus omnium rerum ſenſibilium, & intelligibilium: quia non eſt intelligendum compoſitiuè ad hunc ſenſum: quia ex intellectu & intelligibili obiecto fiat una compoſitio: ſed eſt intelligendum ſic prædicatiuè, dicendo eſt intelligibile. Nam iſta propoſitio eſt uera, quia poteſt, intellectionem aliorum reflectendo ſupra ſe, intelligere ſe ipſum: non tamen erit uera iſta prædicatio: materia eſt forma, loquendo de materia prima, & ultima forma ſpecifica,

Secundo arguitur. Tertio de Anima contex. 5.

Materia eſt forma, non eſt uera prædicatio.

Gloſa Aurea.

Pro Auer. quãuis aliter ſentiam.

Triplex Vnio de mente Aue. ex corpore & Anima cogitatiua, ex orbe & intelligentia, ex intellectu ſpeculatiuo, & obiecto Intelligibili.

cifica, & ita dicunt iſti Scotiſtæ, quòd hæc expoſitio eſt una gloſa aurea. Auer. uerò aliter ſentit. Vnde pro ueritate iſtius authoritatis eſt aduertendum, quòd apud Auer. Triplex eſt unio inuenta: prima in homine, & iſta fit ex corpore, & anima cogitatiua, quæ in latitudine unionũ tenet uiliorem gradum: ſecunda eſt in orbe: vbi ex orbe, & intelligentia fit unum: tertia eſt in ſtatu copulationis, ubi ex intellectu ſpeculatiuo, & obiecto intelligibili fit uerius unum, quam ex materia, & forma, ubi intellectus poſſibilis unitur cũ intellectu agente: & de hac unione intelligendus eſt Commen. Et de iſta loquendo: uerum eſt, quod dicitur, quod ex intellectu ſpeculatiuo, & intelligibili fit uerius unum, quã ex materia, & forma.

QVAESTIO DECIMA.

IVxta Hoc quæritur. Quæſiuit Doctor quæſtione nona de inhærentia intentionali accidentis, reſpectu ſui ſubiecti: & uoluit uidere, in quo tanquam in ſubiecto ſecunda intentio eſſet. Et concluſit, quòd uniuerſale, & quæcunque ſecunda intentio eſſet in re primæ intentionis cognita, ac ab intellectu apprehenſa: & quia ad inhærentiam alicuius accidentis de ſubiecto ſequitur prædicatio de eodẽ ſubiecto: Ideo Doctor poſtquam quæſiuit de ſubiecto ſecundarum intentionum, meritò, & congruè uoluit hic diſputare. An illæ propoſitiones, in quibus ſecunda intentio prædicatur de prima, ut homo eſt uniuerſale; uel homo, ſiue equus eſt ſpecies, animal, ſiue color eſt genus, Sor. ſiue Pla. eſt indiuiduum, ſint huiuſmodi propoſitio-

poſitio-

poſitiones ueræ,uel falſæ? Patet ergo continuatio huius quæſtiunculæ ad præcedentem quæſtionem. Dicit ergo. Iuxta hoc, ſuppletu, quod modo paulò ante declaratum eſt in præcedenti quæſtione de inhærentia intenrionali accidentis ad ſubiectum,quæritur de ueritate iſtius propoſitionis : homo eſt uniuerſale, & conſimiliũ propoſitionum,ubi prædicatur intentio ſecunda de re,ſcilicet,primæ intentionis. Veritas hic eſt paſſio propoſitionis , ſicut patet ex declaratione propoſitionis primo interpretationum. Quid ſit homo, Homo nanque eſt ens compoſitum ex anima,& corpore, altero iſtorum deficiẽte non eſt homo, ſicut tenet Auguſtinus. Thom. & Sco. licet aliter ſentiat Auer. Quid ſit intentio; hic autem intentio accipitur pro re illa,quę in eſſe, & conſeruari dependet ab opere intellectus. Quid autem ſit res, nolo uos ignorare, neque latere, eſt ens in propoſito , omne illud,quod eſt præter operationem intellectus. Eſt igitur dubitatio in hoc. An quando prædicatur ſecunda, quę eſt res facta per opus intellectus, de re primæ intentionis, quæ ab opere intellectus non dependet, iſta prædicatio dicenda eſt uera , uel falſa. exemplum, cum dico; homo eſt ſpecies: animal eſt genus; An iſtæ ſint ueræ,uel falſæ. Et arguitur prima facie, quod ſunt falſæ. Quandocunque prædicatur oppoſitum de oppoſito, illa propoſitio eſt falſa: patet,quia repugnantia prędicati non poteſt ſtare cum ſubiecto : ſed quando prędicatur ſecunda intentio de prima, prædicatur oppoſitum de oppoſito: ergo. probo minorem: quando prædicatur non uera natura de uera natura, prædicatur oppoſitũ de oppoſito, hoc eſt manifeſtum. ſed quando prædicatur ſecunda intentio de prima, prædicatur non uera natura

Continuatio.

Quid ſit homo.

Quid ſit intentio.

Quid res.

Exemplum.

Argumentum ante oppoſitũ.

de uera natura, ergo. Pro intelligentia iſtius argumenti eſt aduertendum, quod uera natura dicitur ens reale, quod in ſuo eſſe non dependet ab opere collatiuo intellectus, ut puta homo. Nam natura ipſa. 2. Phyſ. eſt principium motus in eo, in quo eſt: res autem, quæ neque ab intellectu, neque ab arte fiunt, habent principium ſui motus innatum, ut patet, à philoſopho, ab Auer. & à The. 2. Phyſ. Et dicitur uera natura triplici ueritate; ueritate materiæ, quæ eſt deferẽs generationem naturalem: ueritate formæ perficientis materiam: & ueritate compoſiti determinantis actionem naturæ: Et ideo dicitur uera natura, quia in ſuo eſſe ab intellectu minime dependet. Secunda autem intentio dicitur non uera natura, ob id, quia ſuum eſſe non à natura; ſed ab anima, & illius operatione dependet. Et ita patet declaratio terminorum illorum: non uera, ex quo eſt ens intentionale, nõ habet principium ſui motus intrinſecum: ſicut etiam nec entia artificialia, de quibus magis uideretur, ſicut dicit Commen. 2. Phyſ.

Quid ſit natura. Secundo phyſ. contex. 3.

Secundo phyſ. contex. 3.

Dicitur uera natura triplici ueritate.

Tertio phyſic. contex. 3.

Ad oppoſitum.

Ad oppoſitum arguitur, quod argumentum, probat, quia ſecunda intentio uerè prædicatur de prima. De quocunque prædicatur diffinitio, de eodem & diffinitum: iſta patet per Ariſt. in ante prædicamentis per illam regulam famoſam. Quando alterũ de altero prædicatur, quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur de ſubiecto Valet etiam hæc propoſitio per naturam cõuertibilium; Valet etiam ex doctrina philoſophi primo. Poſt: cap. perſeitatum. Diffinitio ſpeciei prædicatur de homine: probo. Nam hæc eſt uera per Porphy. cap de ſpecie. Homo prędicatur de pluribus: & ita hæc eſt uera, homo eſt ſpecies: tunc ultra, homo eſt ſpecies, ergo homo

Quomodo ſit intelligenda iſta propoſitio quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur de ſubiecto

eſt uniuerſale; arguendo ab inferiori ad ſuum ſuperius affirmatiuè. Et ita remanet quæſtio quo ad utranque partem ſuſpenſa.

Ad hanc quæſtionem Sco. more ſuo ponit cõcluſionem affirmatiuã dicens, quod propoſitio illa, in qua prædicatur uniuerſale de homine, ſiue ſpecies, ſiue alia intentio de re primæ intentionis, eſt uera. Pro intelligentia huius concluſionis affirmatiuæ reuocanda eſt ad memoriam diſtinctio data de triplici acceptione termini cõmunis ſignificantis ueram naturam. Et ideo eſt bene conſiderandum, ex quo terminus communis poteſt accipi tripliciter, ſecundum quem modum uerificatur prædicatum de ſubiecto, ad hoc ꝙ propoſitio ſit uera, ideo dico, ꝙ qñ ſecũda intentio prædicatur de prima, uerificatur prædicatum de ſubiecto, prout ſubiectum ſumitur, ut habet eſſe cognitum, & apprehenſum ꝑ formã, & ſpeciem intelligibilẽ: & non eſt uera ſecundũ primum, & ſecundum modum. Secundò, quia ſecundum illas duas acceptiones ratio uniuerſalis, & cuiuſcunque ſecũdę intentionis extraneatur, alienatur, & propulſatur à termino ſecundũ illam duplicem acceptionem: ſed ſecundum illã tertiam acceptionem termini communis conuenit ſibi prædicatum in tali eſſe. Et ideo propoſitio eſt uera. Pro cuius ulteriori declaratione eſt aduertendum, quòd ueritas propoſitionis naſcitur ex conuenientia prædicati ad ſubiectum. Nã quandocunque natura prædicati conuenit ſubiecto, propoſitio tunc eſt uera: quia tunc propoſitio eſt uera, quando intellectus ſic inſtituit apud ſe extrema, & terminos propoſitionis, ſicut ſunt in natura rerum cõuenienter inuenti. Et ꝓpterea bene dixit philoſophus in prædicamentis cap. de ſubſtãtia. Ab eo quod res eſt uel nõ eſt dicitur

Ad quæſtionẽ.

Terminus communis põt accipi tripliciter.

Vnde oriatur ueritas propoſitionis.

Philoſophus in prædicamentis.

dicitur propoſitio uera, uel falſa. Quando autē natura prædicati fuerit repugnans,& diſconueniens ipſi ſubiecto:tunc mutuo extrema iſtius propoſitionis,& toruo,ſe reſpiciunt oculo:ſicut dicendo, homo eſt aſinus;aut dicēdo,uniuerſale eſt ſingulare. Naſcitur ergo ueritas propoſitionis à conuenientia extremorum, ſicut falſitas à repugnantia terminorum. Cum igitur termino communi habenti eſſe cognitum apud intellectum conueniat ſecunda intentio. Nam ut ſic applicatur ſecunda intentio, ut dictum eſt, ergo quando prædicabitur ſecunda intentio de prima habente eſſe cognitum apud intellectum, erit uera ꝓdicatio:& hoc eſt,quod uoluit dicere Sco.hic in ſuis uerbis obſcuris, dicendo ꝙ uera eſt.ſ.illa propoſitio, in qua ſecunda intētio prædicatur de prima,& exponit dicens: eo modo ſ. eſt uera illa propoſitio, quomodo nunc dictum eſt.ſ.in diuiſione illa aurea termini communis; ubi dictum eſt,quòd accidens.ſ.intentionale in eſt rei habenti.ſ. eſſe cognitum apud intellectū: ratio, quia eo modo diffinitum ineſt, & conuenit alicui ſubiecto in propoſitione, quomodo diffiniūtur ſecūdæ intētiones in eſſe rei cognitę.

Naſcitur ueritas propoſitionis à cōuenientia extremorū.

Exponit literā.

Sco. nunc uult improbare hanc ſolutionem: quia dictum eſt, quòd ſecunda intentio ineſt rei ſecundum tertiam acceptionem termini communis: uult probare, quòd ineſt rei ſecundum acceptionem primam termini communis, ſcilicet, ut habet eſſe in ſuppoſitis, & eſſe materiale.Et arguit ſic: ſpecies ineſt homini ſecūdum quod homo prædicatur de pluribus, ergo ſecundum eſſe materiale,ergo propoſitio eſt uera primo modo, & non tertio modo.ſ. ſecundum acceptionē termini communis primi modi, & non tertij modi: probatur conſequentia, quia homo non prædi-

Scotus impugnat ſolutionem datam ad quæſtionem.

prædicatur de pluribus, niſi ſecundum eſſe,quod eſt in illis.ſ. ſuppoſitis ſuis: ſed non eſt in illis, niſi ſecundum acceptionem primam termini cõmunis, ergo non ſecundum tertiam acceptionẽ; ſicut dictum eſt in ſolutione quæſtionis.

Sco. hic pro ſolutione iſtius inſtantiæ recurrit ad illud, quod dictum eſt prius de prædicatione ſignata,& exercita:& ait negando conſequentiã breuiter;quia hic uariatur prædicatio. Nam ſpecięs ineſt homini, ſecundum quod homo prædicatur de indiuiduis in prædicatione ſignata, & non exercita.i. quòd hęc ſecunda intentio, ſpecies, ineſt, & applicatur homini, ſecundũ quod homo prædicabitur de indiuiduis,& non ſecundum quod eſt idẽ indiuiduis,& ſuppoſitis, quod pertinet ad illud primum mẽbrum illius diſtinctionis primæ quæſtionis.Et ita ſtat ſolutio quæſtionis,ꝙ propoſitio eſt uera, in qua ſecunda intẽtio ꝑdicatur de prima ſumpta pro tertio mẽbro. Reſpondet Scotus.

Ad argumenta iſtius quæſtionis, quando dicebatur, quandocunque prædicatur oppoſitum de uno oppoſito, prædicatio eſt falſa: tranſeat hæc propoſitio cum pede huius limitationis, quandocunque utrumque extremorum ſumitur aut ut quid, aut ut modus. Ad minorem: ſed quando prædicatur ſecunda intentio de prima, prædicatur oppoſitum de oppoſito; tranſeat hæc minor, ſi utrunque extremorum ſumeretur aut ut quid; aut ut modus. Tunc n. oppoſita eſſent. Ad probationem; quando prædicatur nõ uera natura de uera natura, prædicatur oppoſitum de oppoſito, Dico conformiter, quòd uerum eſt, ſi utrunq; accipiatur, ut quid,& ut modus. Cum autem infertur, quando dico, homo eſt uniuerſale, uel ſpecies; prędicatur oppoſitum de oppoſito; nego, q̃a intentio poſita ex parte prędicati ſumitur ut mo- Ad argumenta iſtius Quæſtionis.

dus

dus,& ſubiectum in propoſitione ſumitur ut qd: & ut ſic non ſunt oppoſita. Præterea quando prædicatur non uera natura de uera natura, nõ ſunt iſta oppoſita; quia non uera natura ſumitur ut modus, & uera natura ut quid. Et ita patet ſolutio formalis ad argumentum: licet Sco. non dicat ita formaliter ad argumentum; ſed ipſe dicit ad primum argumentum, quòd uera natura. i. terminus communis ſignificans uerã naturam poteſt ſumi tripliciter. i. poteſt in diuerſis propotionibus ſupponere tripliciter. Nam homo eſt albus; & homo eſt animal, ſupponunt perſonaliter, ſiue ſimpliciter ſecundum Sco. Non tamen propter hoc propoſitio eſt diſtinguenda, & ideo obſeruate regulam Scoti, quod diuerſitas ſuppoſitionis. ſ. materialis, & perſonalis, ſiue ſimplicis ſtat cum unitate, & identitate ſubiecti ſignificati. Et propterea uult Sco. quòd propoſitio non eſt diſtinguenda, niſi quando poſitus á parte ſubiecti habet multiplex ſignificatum: ſed quando ſupponit pro uno ſignificato; tunc non eſt diſtinguenda: ſicut eſt in propoſito; quando intentio prædicatur de re. Et ideo eſt magis multiplicitas figuræ dictionis; ſi qua ſit, propter uarias ſuppoſitiones, vult dicere, domini, claris uerbis: cũ arguitur ſic: homo eſt ſpecies. Sor. eſt homo, ergo Sor. eſt ſpecies. Dico, quòd in iſto argumento non eſt fallacia æquiuocationis: ratio, quia non eſt terminus multiplex, ſiue terminus æquiuocus habens plura ſignificata: ſed eſt fallacia figuræ dictionis: ratio, quia in hoc argumento eſt terminus habens plures ſuppoſitiones. Nam maior ſupponit ſimplicirer, ſiue materialiter: cũ dico, homo eſt ſpecies: in minori eſt ſuppoſitio perſonalis, cum dico. Sor. eſt homo: & ideo bene dixit Sco. quòd hic non eſt uera multiplicitas ſuppo-

Non uera natura ſumitur ut modus; & uera natura ut quid.

Homo eſt Albus, & homo eſt animal. ſupponunt perſonaliter.

Vera eſt regula Scoti.

Declaratio uerborum doctoris ſubtilis.

ſuppoſitionis ſignificatorum:ſed eſt tantū multiplicitas phantaſtica,& apparens. Et ideo cū prædicatur non uera natura de uera natura, ibi erit prædicatio uera: & ſi fieret aliquod argumentū ex illis terminis,eſſet multiplicitas phantaſtica, & apparens, & non ſignificatorum.

Arguitur ſecundo ſic:iſta propoſitio eſt uera; homo eſt ſpecies,& ſpecies eſt intentio, ergo bene ſequitur,quòd homo eſt intentio,per illā regulam. Quicquid prædicatur de prædicato &c. Vel per illam regulam. De quocunque prædicatur diffinitio,& diffinitum: ſed minor ꝑpoſitio non eſt falſa,ergo maior. Hoc argumentum facilè poteſt interimi per illud, quod dicit Sco. in ante prædicamentis. Nam illę regulę nō ſunt in ſecundis intentionibus. Sco. tamen reſpōdet ad minorem propoſitionem;& ait illam eſſe fallaciam: cum dico,ſpecies eſt intētio, ſicut à pari hæc eſt falſa, albū eſt color:ratio,quia ſuperius abſtractum non prædicatur de ſuo inferiori in concreto propter diuerſum modum ſignificādi. Nam aliud eſt, importatur in concreto, & aliud in abſtracto,ut dictum eſt. Modo intentio eſt abſtractum,& ſuperius quoddam ad ſpeciem, quæ inferius eſt,& concretum quoddam;& ita minor aſſumpta propoſitio non fuit uera. Contra, ſi tu fugis illam minorem propoſitionem, & abhorres eam; quia abſtractum non prædicatur de cōcreto, non poteris fugere hoc: ſpecies eſt intentionale:nam hic concretum de concreto prædicatur;ſicut album eſt coloratum, ergo bene ſequitur illud argumentum: homo eſt ſpecies, ſpecies eſt intentionale, ergo homo eſt intentionale. Dicit Sco.quòd hoc argumentùm non ſequitur quia eſt fallacia accidentis. Nam cum dico homo eſt ſpecies, ly,ſpecies,accipitur ut modus reſpectu

Secūdo arguitur.

Hæc eſt falſa ꝑpoſitio Album eſt color.

Contra.

Committitur fallacia Accidentis.

ſpectu hominis:cum uerò dico, ſpecies eſt intentionale, ſiue intentio, accipitur ut quid. Nam unumquodq; in ſuo genere eſt quid:cõmutando igitur in argumento modum in quid, eſt fallacia accidentis.

Tertio Arguitur ſic.

Arguitur tertio ſic:omnis uera prædicatio in abſtracto eſt uera per ſe primo modo: ſed hęc eſt in abſtracto dicendo, homo eſt ſpecies:& tamen non eſt uera in primo modo dicendi per ſe,ergo falſa. Ad hoc argumentum facilis eſt ſolutio,negando quod præſupponitur.Nam ibi nõ eſt prædicatio abſtracti de abſtracto: ſed eſt concreti de concreto.ſ.concreti intentionalis de concreto reali,ſpecies enim concretum eſt, & denominatiuè prædicatur de re primæ intentionis. Et ita patet ad principale quæſitum,quod quando prę dicatur ſecunda intentio de prima,eſt uera prædicatio ueritate denominationis,& ueritate prę dicati cõueniẽtis ſubiecto ſecundũ eſſe cognitũ.

Quando ſecunda intentio p̄dicatur de prima,eſt vera prędicatio ueritate denominationis.

QVAESTIO VNDECIMA.

IVXTA Hoc quæritur, ideſt iuxta hoc, quod diſputatum eſt in prima & ſecunda q. præcedente, in quibus diſputatum eſt de inhærẽtia accidentis intentionalis ad ſubiectum, & de ueritate propoſitionis,in qua ſecunda intentio prędicatur de prima. Quęritur, an tales propoſitiones, in quibus ſecunda intentio prædicatur de prima,ſint per ſe? exemplum: ut homo eſt animal, & animal eſt genus? Ordo iſtarnm quæſtionum eſt ualde notabilis. Nam iſta tria ſe habent per ordinem, inhærentia, ueritas,& perſeitas: Inhærentia accidentis ad ſubiectum dicit dependentiam illius aliquo mo-

Ordo iſtarum quæſtionũ eſt ualde notabilis Inhærentia, ueritas, perſeitas ſe habent per ordinem.

do

do ad ſubiectum. Nam accidens intentionale oc caſionaliter eſt à proprietate rei. Et ideo in primo gradu eſt inhærentia accidentis ad ſubiectum, & informatio. Et ſicut duplex eſt accidens reale, & intentionale: ſic duplex eſt inhærentia. Albū.n.qđ eſt accidēs reale, inhæret homini realiter, & per informationem, nullo cogitante intellectu: ſpecies uerò, quæ eſt accidens intentionale, ineſt homini per comparationem intellectus applicantis hanc intentionem ſecundam homini. Secundò loco eſt ueritas propoſitionis. Nam ueritas propoſitionis naſcitur ex uera inhærentia accidentis ad ſubiectum. Non.n.poſſet prædicari album de homine denominatiuè, nec ſpecies de eodem, niſi album, & ſpecies ineſſent homini tanquam ſubiecto. Et ideo ueritas propoſitionis addit ad inhærentiam accidentis ad ſubiectum. Perſeitas addit ad ueritatem propoſitionis, quia ſtat, aliquam propoſitionem eſſe ueram, & tamen eſſe per ſe, quæ perſeitas quadrifariam diuiſa eſt primo. Poſte. Patet igitur rationabilis ordo harum trium quæſtionum. Nā prima q. inhærentiā reſpicit: ſecunda de ueritate diſputat. tertia circa perſeitatē occupatur. Et ideo Doctor uult diſputare, & uidere hanc quæſtionem. An illæ propoſitiones, in quibus prædicātur accidentia intentionalia, ſiue ſecundæ intentiones de primis, poſſint dici per ſe, & quomodo?

Duplex eſt accidens, reale, & intentionale.

Veritas propoſitionis naſcitũ ex uera inhærentia accidentis ad ſubiectũ.

Perſeitas quadrifariam diuiſa eſt primo poſte. tex. comm. 9.

Arguitur primo, quod iſtæ propoſitiones ſint perſe: cuicunque per ſe ineſt diffinitio, & eidem per ſe ineſt diffinitũ: ſed homini per ſe ineſt iſta diffinitio ſecundę intentionis ſpeciei, quæ eſt p̄dicari de pluribus differentibus numero, ergo homini per ſe ineſt diffinitum, quod eſt ipſa ſpecies: quia ſicut hæc propoſitio eſt uera, hō prædi-

Argumentum ante oppoſitũ.

catur de pluribus differentibus numero:ita hæc erit uera per ſe,homo eſt ſpecies. Cõtra, ſi per te ſpecies prædicatur per ſe de homine, ergo prædicabitur de omni, ergo omnis homo erit uniuerſale,ſiue ſpecies:& ita Sor.erit ſpecies,& uniuerſale: conſequens eſt falſum;ſicut dictum eſt ſupra;ergo & antecedẽs erit falſum,hoc ſ. quòd homo eſt per ſe ſpecies. Pro hoc argumento eſt reuocandum in memoriam illud, quod habet philoſophus primo. Poſt. Vbi ex doctrina eius iſtæ conſequentiæ ſunt optimæ: iſta propoſitio eſt per ſe,ut puta, omnis homo eſt animal rationale, uel omnis homo eſt riſibilis,patet per doctrinam philoſophi. Nam diffinitio prædicatur per ſe diffinito, ergo eſt de omni: tenet conſequentia,quia prædicatum cõuenit ſubiecto pro ſe ipſo, & pro quolibet contento ſub eo,etiã pro qualibet differentia eius,ergo eſt neceſſaria: tenet conſequentia, quia prædicatum neceſſario ineſt ſubiecto, ergo impoſsibile eſt aliter ſe habere: tenet conſequentia,quia habitudo prædicati ad ſubiectum eſt æterna,& inuariabilis, ergo poteſt eſſe obiectum ſcibile cõplexum: tenet conſequentia, quia poteſt eſſe cõcluſio demonſtrationis, ergo de eo poteſt eſſe ſcientia: tenet conſequentia, quia ſcientia eſt notitia concluſionis demonſtratæ,ſi igitur hæc propoſitio, homo eſt ſpecies, eſſet per ſe, eſſet de omni poſterioriſtico,neceſſaria,impoſſibilis aliter ſe habere, & ſcibilis, & ſcientia de eo: quod tamen eſt falſum, cum ſit ens per accidens, & contingens, & denominatiua,ut dictum eſt:& ita remanet q̃ſtio quo ad ambas partes dubia. Ad tertiam quæſtionem. Nunc Doctor ſoluit propoſitam quæſtionem & ait ad tertiam quæſtionem.ſ.in ordine harum trium dicendum ſecundum me, dicit quòd

Primo poſt. cõ tex. 5.

Scientia eſt notitia concluſionis demonſtratæ.

Ad quæſtionẽ.

quòd tales ſcilicet, propoſitiones, in quibus ſecunda intentio prædicatur de prima, non ſunt ꝑ ſe: licet enim ſint ueręꝭ denominatiuè, ut dictum eſt ſupra: non tamen ſunt per ſe, ſic quod talia prædicata intentionalia conueniant ſubiectis ꝑ ſe, ſed denominatiuè. Et ita Doctor tenet concluſionem negatiuam in hac quęſtionē. Hanc autē cõcluſionem Doctor probat inductiuè iuxta doctrinā philoſophi primo Poſt. De modis perſeitatum. Philoſophus enim ponit quatuor modos perſeitatis. Eſt.n. propoſitio ꝑ ſe, quando quidditas unius extremi egredit̃ à quidditate alterius extremi. Hoc poteſt dupliciter. Primo, quando quidditas ſubiecti egreditur à quidditate prædicati, & ſic eſt primus modus dicendi perſe: exemplum, homo eſt animal rationale: quidditas enim hominis eſt ſubſtantia, & natura, & eſt à quidditate prędicati. Iſte autem primus modus dicendi per ſe, ſecūdum Scotiſtas, habet quatuor gradus. Primus gradus eſt quando prædicatur prædicatum trāſcendēs, & quidditatiuum de ſuo per ſe inferiori: ut homo eſt ens. ſecūdus gradus eſt cū differentia ſpecifica prædicatur de eo cuius eſt differentia: ut homo eſt rationalis. Tertius gradus eſt, quando prædicatur diffinitio de diffinito; ut homo eſt animal rationale. Quartus gradus eſt quando prædicatur idem de ſe ipſo, dicendo homo eſt homo. Secundus modus dicendi per ſe eſt ſecūdum Linconi. Quando quidditas prædicati egreditur à quidditate ſubiecti: ut homo eſt riſibilis: riſibile enim quæ eſt paſſio hominis ſuum eſſe habet ab homine. Et iſte ſecūdus modus habet duos gradus ſecūdum Scotiſtas. Primus gradus eſt quando paſſio adęquata prædicatur de ſubiecto ſuo primo & adęquato; ut homo eſt riſibilis: ſecundus gradus eſt quādo paſ-

Primo poſt. cõ tex. 5.

Exemplum primi modi dicēdi per ſe.

Primus modus habet quatuor gradus ſecundum Scotiſtas ſecundum uero Auer. tres gradus.

Iſte quartus gradus non deſeruit neq; ſyllogiſmo, neq; demonſtrationi.

Quid ſit ſecundus modus dicendi per ſe ſecundum linconienſem.

Secundus modus habet duos gradus.

paſſio prædicatur de ſubiecto inadæquato dicẽdo, ſortes eſt riſibilis. Tertius modus poſitus ab Ariſ. non eſt modus prædicãdi, ſed eſt modus eſſendi, & tunc illud eſt per ſe perſeitate tertij modi, quod non eſt in alio: ſicut eſt Deus, & ſubſtãtia. Quartus modus dicendi per ſe, eſt quãdo effectus formalis prędicatur de aliquo mediante ſua cauſa formali, dicendo; homo albedine eſt albus: uel quando actus egrediens à cauſa formali prædicatur de effectu formali mediãte ſua cauſa formali: ut album albedine diſgregat: tertio, quando effectus per ſe dicitur de ſuo immediato principio productiuo, ut intellectus intelligit, uoluntas uult. Omnes iſtæ propoſitiones ſecundum Sco. locantur in quarto modo dicendi per ſe. Secundum autem Lincon. Quartus modus tres habet gradus. Primus, quando ſubiectũ eſt cauſa immediata, quòd prædicatũ ineſt ſibi, & aliis: ut animal rationale eſt riſibile: ſecũdus eſt, quando ſubiectum includit eſſentialiter cauſam prædicati, ut homo eſt riſibilis. tertius eſt quando actus alicuius cauſæ formalis prędicatur de illo effectu illius cauſæ: ut calefaciens calefacit: dicunt tamen iſti, quòd propriè loquendo duo primi modi. ſ. primus, & ſecundus ſunt modi prædicandi, tertius uerò modus eſt modus eſſendi: quartus autem dici poteſt modus cauſãdi. Iſtis bene declaratis, nunc applicemus ad propoſitum noſtrum; & dicamus; quòd illa propoſitio, in qua prædicatur ſecunda intentio de prima, ut puta iſta, homo eſt ſpecies, non eſt in aliquo modo dicendi per ſe poſito ab Ariſ. primo. Poſt. Non quidem in primo; quia ſecunda intẽtio nec eſt tota diffinitio, nec pars diffinitionis reſpectu primæ intentionis: quia ex prima & ſecunda intentione non poteſt fieri unus per ſe cõceptus,

Tertius modus uocatᷤ modus eſſendi, ſicuteſt Deus & ſubſtãtia.

Quartus modus dicendi ꝑ ſe.

Quartus modus, qui uocatus modus cauſandi, tres habet gradus.

Applicatio.

Primo poſt. cõtex. 9.

ceptus, quẽadmodum colligi poteſt ex Scoti col libetis. Nam iſta ſunt non ordinata, quia prima intentio eſt à natura: ſecũda intentio partim ab intellectu, partim à rei proprietate; & ita cũ iſta ſint à diuerſis non ordinatis, nõ poteſt fieri unũ eſſentialiter & per ſe; & propterea non poteſt ſecunda intentio de prima ꝑ ſe perſeitate primi modi prædicari. Præterea non poteſt prædicari in ſecundo modo dicendi per ſe, in quo paſſio prædicatur de ſubiecto; quia ſecunda intentio non cauſatur, neque egreditur ex principiis ipſius hominis, ſed ab intellectu effectiuè, & à proprietate rei originaliter. Nec etiã ꝑdicatur quarto modo, quia res, & prima intentio non eſt cauſa efficiens intentionis, ſed intellectus. Sed quia aliquis poſſet dicere ipſum fuiſſe diminutũ; ꝗa non enumerauit tertium modum dicẽdi per ſe, ideo ſubnectit, dicens, nec uniuerſaliter. ſ. cum ſecunda intentio prædicatur aliquo alio modo, ut puta tertio modo de prima, quia tunc eſſet natura ſufficiens cauſa talis accidentis, & in quo cunque eſſet illa natura, illi ineſſet tale accidẽs, quod eſt falſum, Vult dicere clarè, quòd ſi natura, ut puta, homo, uel res ad extra, eſſet cauſa ſufficiens intentionis, quæ eſt ſpecies, & cum hæc natura homo inueniatur in Sor. & Pla. tanquã in ſuis ſuppoſitis: tunc in Sor. & Pla. eſſet illa ſecunda intentio, & cum illa ſecunda intentio ſit accidens denominatiuum: tũc denominaret ſortem, & Pla. in quo eſſet inuenta illa intentio. Et ita iſta prædicatio eſſet uera, Sor. eſt ſpecies, ꝙ tamen eſt falſum. Ad concluſionem tamen dicendum eſt negatiuè, quòd huiuſmodi propoſitiones non ſunt per ſe aliqua perſeitate ab Ariſ. poſita primo Poſt.

Vndecima Qõ ne quolib. art. 4. quod etiam firmauit. 6. q. quolib. art. 2.

Secunda Inten tio effectiuè, licet impropriè, fit ab ĩtellectu. originaliter, & materialter a re.

Senſus de tertio modo.

Ad primum argumentum.

Ad argumenta ; ad primum negatur maior, hæc ſcilicet, quòd homini per ſe ineſt prædicari de pluribus. Contra hanc reſponſionem arguit Doctor, nòn quòd illa non ſit bene negata, ſed ut per hoc deueniat ad alium modum reſpondendi magis accommodatum: ideo dicit, ſi homo, ſup. tu, non prædicatur per ſe de pluribus, ſic quod iſta diffinitio per ſe non competat homini, ergo per accidens: tenet conſequentia arguendo à remotione unius oppoſiti ad poſitionem alterius, ergo hæc erit per accidens, Sor. eſt homo, uel homo eſt animal, erit per accidēs quia animal per accidens prædicaretur de pluribus. Addit tamen Doctor, quòd reſponſio eſt contra communem modum loquendi: ideo Doctor laborat in declarando minorem propoſitionem: & quem ſenſum uerum habere poſſit: per hanc diſtinctionem oſtendit: unde dicit, quod ly per ſe poteſt determinare inhærentiam, uel inhærens: & quia iſti termini ſunt uobis ualde obſcuri: ideo eſt notandum, quòd in propoſitione quædam ſunt eſſentialia, ut prædicatum, & ſubiectum: & quædam habent locum formæ, ut copula reſpectu extremi fungitur officio formæ: ſubiectum uerò, & prædicatum materiæ munere. At ſi prędicatum ad ſubiectum relatum fuerit: tunc prædicatum rationem, formæ, ſubiectum uerò materiæ uim habebit. Accidentia ſunt quædam determinationes, ut per ſe, per accidens, formaliter, quidditatiuè, & ſic de aliis. Vnde huiuſmodi determinationes quandoque cadunt ſupra copulam & unionem extremorum: & ita determinant unionem extremorum: & tunc dicunt inhærentiam.

Quid ſit dicere inhærens, & inhærentiam, uide Ioānem anglicū bene declarantem.

Dicere autem inhærentiam ad propoſitum, nihil aliud eſt, niſi incluſionem eſſentialiter, uel

Quid ſit dicere Inhærentiam.

rea-

realiter prædicati ad ſubiectum, & iſta talis inhærentia perſeitatem ſecum portat: Quandoq; ly per ſe cadit ſupra prædicatum, & determinat ipſum:& tunc non dicit inhærentiam,ſed denominationem: & eſt ſenſus, quòd tale prędicatũ eſt tale ens: exemplum primi, homo eſt per ſe animal, ly per ſe determinat inhærentiam, & perſeitatem: quia prædicatum includitur in ſubiecto: homo per ſe eſt ſpecies, ly per ſe non poteſt determinare inhærentiam.i. non poteſt ſignificare incluſionem prædicati ad ſubiectum, & aliquã perſeitatem, ut dictum eſt. Et ideo cadit ſupra prædicatum, & dicit inhærens. Vnde cum dico, homo eſt ſpecies, eſt ſenſus, homo eſt ſpecies, quæ ſpecies per ſe eſt ſpecies. Exemplum.

Ad propoſitum dicit Doctor, quòd propoſitio minor argumenti, ſi ly per ſe dicat inhærentiam, eſt fallacia, & ſequitur concluſio falſa. ſecundo modo propoſitio eſt uera: & tunc non infertur conſequens, ſiue non ſequitur concluſio intenta. Probat hoc à ſimili, per oppoſitum tamen, iuxta illud, oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. accidens eſt per ſe ens: iſta propoſitio eſt uera: pro quanto ly per ſe dicit mihi inhęrentiam, quia ens tanquam quoddam ſuperius per ſe includitur in accidente reali tanquã in per ſe inferiori. Et ita, quia poteſt dicere mihi realem incluſionem, & perſeitatem: ideo ly per ſe poteſt dicere mihi inhærentiam. ſi autem diceret inhærens, propoſitio eſſet falſa: & ratio, quia eſſet ſenſus. Accidens eſt per ſe ens, quod accidens eſſet per ſe accidens: & ita ſi eſſet per ſe accidens, eſſet ſubſtãtia; quod ſibi repugnat. Accidens eſt per ſe ens.

Arguitur ſecundo ſic. omne quod eſt per ſe intelligibile, eſt per ſe uniuerſale; homo eſt per ſe intelligibile; ergo eſt per ſe uniuerſale. Ad Arguitur ſecundo.

hoc argumentum facilis eſt ſolutio per diſtinctionem datam. Dicit.n. quòd minor propoſitio eſt uera, ut ly per ſe determinat inhærentiã: non tamen determinat inhærens. Et maior eſt falſa, ut dicit inhærentiam.

Arguitur tertio

Arguitur tertio ſic: uniuerſale conuenit homini ſecundum quod abſtrahitur ab omni accidente, ergo non conuenit ei, ut accidens: antecedẽs patet per illam diſtinctionem auream de triplici acceptione termini communis. Ad hãc rationem reſpondet Doctor, exponendo, & limitando antecedens: & dicit, quod uniuerſalé, q́d eſt ſecunda intẽtio, uerum eſt, quòd ineſt homini, & applicatur ei, ut abſtrahitur ab omni accidente reali, quod accidens reale conſequitur ipſum hominem ſecundum eſſe materiale, & ſuppoſitale. Non autem abſtrahitur ipſe homo, ut applicet ei ſecunda intentio ab accidente intentionali quod quidem accidens intentionale prædicabitur de homine, non eſſentialiter, & quidditatiuè: ſed denominatiuè: & non ut dicit inhærentiam: ſed ut dicit inhærens.

Reſponſio Doctoris.

QVAESTIO XII.

Mirabilis ordo cõtinuationis.

QVAERITVR De numero uniuerſalium. Non poſſum, quin admirer ingenium, & ſtudium huius hominis admirabile in dicendo, & diſputando, naturam uniuerſalium contemplaturus. Nam diſputauit primo de entitate ipſius uniuerſalis: ſecundo loco de intelligibilitate conſequente entitatem: tertio de paſſionibus conſequentibus ipſam naturam uniuerſalis: quarto de ſcibilitate eius: quinto de inhærentia eius: ſexto de ueritate eius: ſepti-

mo de perſeitate eius: Poſtremò de communicabilitate eius ad ſua inferiora. Iſte ordo eſt ualde ingenioſus, utilis, & laudabilis; tũ quia procedit à priori, quia ab entitate ad paſſiones: tum quia obſeruat inſtitutum Auer. 2. Phyſ. Vbi ait quòd qui perſcrutatur de natura alicuius, debet perſcrutari de accidentibus eius: & hoc eſt probabile, inquit Auer. Et cum hoc quod eſt probabile, eſt etiam uerum. Cum igitur Sco. ſuperius diſputauerit de ipſo uniuerſali tãquam de ſubiecto; & de multis accidentibus, & proprietatibus eius: opportunum erat diſputare de hac proprietate uniuerſalis, quæeſt ͨ communicari pluribus, & prędicari de pluribus. Illud autem quod præ cæteris coegit Sco. ad diſputandum de hoc, fuit illud, quia in hac materia inuenit, opinionum uarietatem. Vt uideatur igitur, quæ opinionum harum ſit probabilior, quæſtionem formauit: in qua tres dicendi modos apponit: & duobus reprobatis tertius remanebit cum ſolutione argumentorum, rationibus bene firmatus. Patet igitur continuatio quæſtionis cũ ſua intentione.

Ordo ingenioſus, utilis, & laudabilis.

Secundo phyſ. contex. 17.

Quid mouit Scotum ad diſputãdum ſic.

Quærit ergo utrum ſint tantum quinq; uniuerſalia? Quid ſit uniuerſale, ex declaratis ſuperius ſcio uos non latere. Quid autem ſit numerus, ex his quæ in prædicamentis cap. de quantitate audiſtis, & quandoq; audituri eſtis, patebit. Quid autem ſit numerus quinarius, & cur Porphy. quinario numero uniuerſalium fuerit cõtentus: ex his uobis declarabitur, quæ in corpore quæſtionis dicentur. Quid autem ſit illa dictio, tantum; eſt aduertendum, quòd illa propoſitio, in qua ponitur, exponi poteſt dupliciter, ut hęc: tantum quinque ſunt uniuerſalia: poteſt exponi primo gratia alietatis: & ſic propoſitio

Quid ſit numerus.

Quid ſit numerus quinarius.

Quid ſit illa dictio tantum.

Tantum, poteſt exponi gratia alietatis, uel gratia pluralitatis uide Tataretũ. in prædicabilibus & in ſummulis.

poſitio redditur falſa; dicendo ſic, tantum quinque ſunt uniuerſalia, & non ſunt alia quam quinque; ergo tantum quinque ſunt uniuerſalia: falſa eſt, quia una expoſitarum eſt falſa: illa ſcilicet, & non ſunt alia quam quinque. Secũdo poteſt exponi gratia pluralitatis ſic, tantum quinque ſunt uniuerſalia, & non ſunt plura quam quinque, ergo tantum quinque ſunt uniuerſalia: & ita propoſitio eſt bona. i. uera, & eſt ſenſus bonus.

Primo topicorum cap. 3.

His declaratis arguitur ad partes probando, quòd non ſunt niſi quatuor uniuerſalia: probo ſic: Quatuor ſunt prædicamenta, ergo quatuor ſunt uniuerſalia: antecedens eſt philoſophi primo. Topic. Probatur conſequentia; quia prædicari eſt proprium uniuerſali: & ideo tot modis dicetur ſubiectum, quot modis dicitur ſuum proprium, quod eſt prædicari: ſed prędicari nõ dicitur niſi quatuor modis, ergo & totidem dicetur ipſum uniuerſale.

Ad oppoſitũ.

Ad oppoſitum eſt autoritas Porphy. ſicut patet ex proceſſu ſuo yſagogico; non poſuit niſi quinque uniuerſalia, cui ſententiæ fauet uniuerſa logicorum turba: locus autem ab auctoritate affirmatiuè tenet. Et ita remanet quæſtio dubia. Dicendum, quod ſunt quinque unierſalia Vbi Scotus ponit concluſionem ſuam affirmatiuam: circa hanc quæſtionem, & concluſionem doctor ita ſe habet, quòd primo ponit duos modos de ſufficiẽtia & enumeratione uniuerſalis, qui ſunt aliorum. Deinde ponit tertium modũ dicendi, qui eſt ſuus. Et incipit ibi Et dicendum

Primus modus

aliter. Primus ergo modus, quo accipitur ſufficientia, & enumeratio uniueſalis, eſt iſte: quoniam uniuerſale uel ſignificat ſubſtãtiam, uel accidens. ſi ſubſtãtiam, hoc dupliciter: quia uel ſignificat

gnificat

gnificat totam ſubſtātiam,uel partem ſubſtātiæ: ſi totam ſubſtantiam, ſic eſt ſpecies. Nam ſpecies dicit totum eſſe indiuiduorum. Vbi pondera illam propoſitionem, quòd eſſe indiuiduorū eſt duplex, quoddam ſpecificum, & eſſentiale, & illud eſſe ſpecificum, & eſſentiale indiuidui dicitur ſpecies. Aliud autem indiuiduorum eſt eſſe materiale: cuius eſt ſua Heccheitas ſiue differentia indiuidualis eius; & alia accidentia, quæ indiuiduum ſequuntur. Et tale eſſe nō dicit ſpeciem, ſed illud addit aliquid ad ipſam ſpeciem ſi autem dicit partem, hoc dupliciter, quia uel dicit partem materialem, & ſic eſt genus; genus autem ipſius materię, in quocunque eſt, gerit officium; uel dicit partem formalem, & ſic eſt differentia. ſi autem uniuerſale ſignificat accidēs, hoc eſt duobus modis: quia aut ſignificat accidens conuertibile, & illud eſt proprium, uel dicit accidens inconuertibile, & ſic eſt accidens quintum uniuerſale, quinto loco poſitū à Porphy Sic igitur patet, quòd iſti ſumunt ſufficientiam uniuerſalis. Iſte modus dicendi impugnatur à Sco. & rectè quidem. Primò ſic, quia iſta ſufficientia non eſt logicalis, quia non eſt data per ea, quæ à logico per ſe conſiderantur, ſed eſt data per aliena, accidētalia, extranea, ſiue per primas intentiones, ſiue per fundamenta ſecundarum intentionum, quæ non per ſe, ſed per accidens conſiderantur à logico, ut eſt ſubſtātia, materia, & forma, & accidens. Vnde hæc diſtinctio ſimilis eſſet illi diſtinctioni de albedine; ut ſi albedo diuidatur per eam quæ eſt in niue, per eam quæ eſt in cigno; ſiue de nigredine, quæ eſt in coruo, & æthiope. Iſta nanque data eſſet non per proprias differentias iſtorum accidentium: ſed per ſubſtātiā. Omnis igitur diſtinctio, & enumera-

Eſſe indiuiduorū eſt duplex ſpecificū, & ſic ſpecies dicit totū, eſſe indiuiduorum; & materiale, ſic ſpecies non dicit totum eſſe indiuiduorum.

Iſte modus dicendi impugnatur à Scoto.

Primæ ītentiones per accidens cōſiderātur à logico.

meratio, & ſufficientia dari debet per ea, quæ p ſe conſiderantur à logico: & non per ea, quæ cōſiderantur per accidēs; ſicut facit iſta prima opinio. Vt arguatur ſic in forma. Nihil per ſe diſtinguitur à logico ſecundum illud, cui accidit intentio logica: ſed ſecundæ intentiones accidunt ſubſtātię, & accidenti, ergo malè diſtinguū tur per ſubſtātiam, & accidens. Secundò arguitur ſic contra hunc dicendi modum. Nam certū eſt, quòd in aliquo genere inueniuntur quinq; uniuerſalia ī in quo non inuenitur unum membrum iſtius diuiſionis datæ: ut puta ſubſtātia, ergo illa diuiſio eſt inutilis, & inſufficiens, & malè data: conſequentia nota, & antecedēs probatur. Nam in genere accidentis, ut puta in prædicamento qualitatis, inueniuntur quinq; uniuerſalia. Inuenitur.n. genus, ut puta color: inuenitur ſpecies, ut puta albedo, palledo, fuſcedo, & nigredo: inuenit̄ differentia uniuſcuiuſq; iſtius coloris, ſiue ſpeciei, ut puta congregare, uel diſgregare: inuenitur paſſio conſequens principia uniuſcuiuſque ſpeciei; & ita proprium; inuenitur etiam accidens, ut manifeſtum eſt. Et tamen in hoc prædicamento non inuenitur ſubſtantia, ergo illa diuiſio fuit inſufficiēter data. Ideo aliter datur ſufficientia eorum uniuerſalium, ſcilicet, penes ordinari, & non penes ſignificari. Iſta .n. opinio dicit, quòd hic liber Porphy. immediate ordinatur ad librum prædicamentorum: & in hoc benè dicit iſta opinio. Nam liber Porphy. eſt yſagogicus, & introductorius ad librum prædicamentorum. In libro autem prædicamentorum determinatur de ordinabili in genere: & propterea eo modo intelligit Porphy. de uniuerſalibus hic, quemadmodum in genere ordinabilia: & ita ſecundum iſtam imaginationem ſufficien-

Arguitur ſic primo contra primum modum.

Secundo arguitur contra primū modum.

Secundus modus ſufficientię quinq; uniuerſalium.

Liber porphy. eſt introductorius ad prædicamenta.

ſufficiētia, & enumeratio uniuerſalium accipit modum ab ordine in genere, ad quem iſte liber dirigitur. Vnde duplex poteſt eſſe ordo. Quidā .n.eſt ordo eorum, quæ ſunt in eodē genere;qui dam autem eſt eorum, quæ ſunt in uno, ad illa quæ ſunt in alio genere. Si ordo attendatur penes quæ ſunt in eodem genere, & prædicamento:poteſt eſſe dupliciter;quia aut iſte ordo eſt directiuus ſecundum ſub,& ſupra: & ſic habemus duo uniuerſalia.ſ.genus, & ſpeciem: ſpecies.n. eſt ſuppoſita generi directè: & genus eſt illud cui ſupponitur ſpecies per Porphy. ſi uerò ordo fuerit indirectus, & lateralis: ſic habemus tertium uniuerſale.ſ.differentiā,quæ indirectè ponitur,& lateraliter ſupra ſpeciem tanquam conſtitutiuum eius,& ponitur ſub genere,tanquam diuiſiuum eius:ſi autem ordo fuerit eorum,quæ ſunt in uno genere,ad ea,quę ſunt in alio genere: iſte erit ordo accidentium ad ſubſtātiam,& iſte poterit eſſe dupliciter;quia uel erit ordo accidentis conuertibilis cum ſubſtātia, & ſic habemus quartum uniuerſale proprium,ſcilicet:uel erit ordo accidentis inconuertibilis cum ſubiecto:& ſic habemus quintum uniuerſale,quod eſt accidens. Contra hunc modum dicendi Doctor adducit quinq; rationes,duas tamen ultimas iudicat eſſe maioris ponderis.

Duplex eſt ordo.

Confutatio ſecundi modi dicendi.

Primò arguitur ſic:ſub ea ratione debet ſumi ſufficientia uniuerſalium,quæ magis conſideratur à logico: ſed prædicari magis conſideratur à logico, quàm ordinari, ergo potius debet ſumi ſufficientia uniuerſalium penes prædicari, quàm ordinari. Nam in iſto libro conſiderātur à Porphy. ſub ratione prædicabilis, & non ſub ratione ordinabilis,ut patet.

Primo arguitur ſic.

Secundò ſic,ſub eadem ratione debēt hic enumera-

Secundo arguitur.

merari,ſub qua diffiniũtur, ut patet in libro Porphy. unumquodq; uniuerſale diffinitur per prædicari,& non per ordinari,ergo.

Tertio arguitur.

Tertio,quia ſi ſufficientia ſumenda eſt penes ordinari,& non prædicari, ergo differentia debet poni potius inter quatuor prædicamenta, quam inter quinque uniuerſalia: quia differentia indirectè ponitur in genere, & ordinatur,& formaliter,& quidditatiuè prædicatur.

Quarto arguitur.

Item, & quartò, ſi ſufficientia ſumatur penes ordinari,& non prædicari, ergo daretur ſextum uniuerſale,conſequens deſtruit proceſſum Porphy. ergo. Probo conſequentiam: quia tunc indiuiduum poneretur uniuerſale, quia licet non ſit prædicabile,eſt tamen ordinabile in genere.

Quinto arguitur.

Quintò arguitur ſic, ſi ſufficientia ſumitur penes ordinari in genere,& penes ea,quæ ſunt in eodem genere,& penes ea, quæ ſunt in uno genere, ad ea,quæ ſunt in alio genere, ergo daretur ſeptimum uniuerſale; conſequens deſtruit proceſſum Porphy. Probatur conſequentia. Nã ſicut accidentia ſecundum te, habent duplicem ordinem ad ſubiectum, & penes iſtum ordinem ſumuntur duo uniuerſalia,ita etiam ſubiecti ad accidens erit duplex ordo, & penes iſtum ordinem ad duo accidentia erunt duo uniuerſalia: quinque autem & duo ſeptenarium numerum complent:quare iſte modus dicendi ſimul cum priori tanquam inutilis abiiciatur. Tres enumerantur de uniuerſalium ſufficientia opiniones.

Cõfutatio primi modi.

Prima attenditur penes ſignificare ſubſtantiã uel accidens: & hæc reprobata fuit, quoniam dabatur per ea,quæ non ſunt logicæ conſiderationis:ſecunda ſumebatur penes ordinari in genere, & hęc ut uidiſtis tanquam inutilis, & inſufficiens, ac huic negotio incommoda relicta

fuit,

fuit, ſupereſt inpręſentiarum,tertium ipſius ſufficientiæ uniuerſalium recenſere modum, qui eſt ipſius Scot. Iſte modus diſputandi ſequitur philoſophi morē, & doctrinam in omnibus ſuis libris,in quibus recitatis antiquorum opinionibus,illisque bonis rationibus confutatis,ſuum dicendi modum tanquam cæteris ueriorem inducit. Vult igitur Sco.quòd ſufficientia uniuerſalium ſic ſumenda eſt.Certū eſt,quòd iſta eſt diffinitio uniuerſalis,quòd uniuerſale eſt illud, ꝙ prædicatur de pluribus, ſicut dictū eſt ſuperius. Modò accipio uniuerſale, quod prędicatur de pluribus:aut prædicatur in quid, aut in quale: ſi in quid,hoc eſt dupliciter: quia aut dicit, & prædicat eſſentiam ſubiecti per modū eſſentiæ, ſiue per modum ſubſiſtentis; & ſic eſt genus:aut pdicat totā eſſentiā ſubiecti,& ſic eſt ſpecies: ſpecies.n.iuxta illud Boetij dictum,totum eſſe indiuiduorum ſpecificum dicit. ſi autem prędicatur in quale, hoc erit dupliciter: quia aut prędicatur in quale eſſentiale,& ſic eſt dr̄ia,aut in qu le accidentale, & hoc bifariā aut cōuertibiliter, & ſic erit proprium, ſiue quartum uniuerſale; aut non conuertibiliter, & ſic erit accidens, & quintum uniuerſale.Iſta diuiſio eſt optima,& cęteris præferenda, tum quia data eſt per ſecundas intentiones,de quibus logicus per ſe conſiderat:quia diuiſio,& ſufficientia hæc merito diuidentium logica dicenda eſt:tum quia diuiditur ratio gn̄is per ſuas proprias dr̄ias: tum quia per eam diuiſionem datam apparet ordo prædicabilium, quia maximè ab ipſo Porphy. obſeruatur. Eſt enim ordo, ut prius de genere, ſecundo de ſpecie,tertio de differentia, quarto de proprio, quinto de accidente determinetur qui modus, & ordo procedendi ex hac data diuiſione

Confutatio ſecundi modi.

Scotus imitatus eſt Ariſtotelem.

Tertius modus & uerior.

Quid ſit prædicari in quid & hoc eſt dupliciter.

Prædicari ī quale dupliciter.

uiſione colligitur. Apparet etiam ex hac data diuiſione ordinationis ratio. Nam prius de genere, quam de ſpecie dicendum erat: & prius de differentia, quam de reliquis duobus uniuerſalibus: Ratio, quia modus prædicandi in quid per modum eſſentiæ ſubſiſtentis, præcedit modum prædicandi in quid per modum totius eſſentiæ: modus autem prædicandi in quid præcedit modum prędicandi in quale: modus prædicandi in quale eſſentialiter præcedit modum prædicandi in quale accidentaliter: modus autem prædicandi conuertibiliter præcedit modum prædicandi in quale accidentaliter inconuertibiliter. Præterea iſta diuiſio eſt optima: quia per diuiſionem hanc uniuerſalium facilè inuenire poterimus perſeitatis modos. Vbi eſt aduertendum, quod tria uniuerſalia pertinēt ad primum modum diceudi per ſe. Nam genus, ſiue animal, quod eſt primum uniuerſale poſitum à Porphy. eſt prædicatum per ſe. Nam homo eſt animal, propoſitio eſt per ſe, quapropter prædicari in quid eſſentialiter, & quidditatiuè, uniuocè, & per ſe in primo modo pro eodem ſu ſcipio. Prædicari nanque in quid eſt prædicare quidditatem, quæ quidditas ad primum modū dicendi per ſe pertinet, licet impropriè; tamen dicendo, Sor. eſt homo, cum hęc ad demonſtrationem uniuerſalem non ingrediatur, licet ad particularem, & ideo licet hæc propoſitio Sor. eſt homo, non pertinet ad primum modum dicendi per ſe immediatè, poteſt tamen petinere mediatè. Differentia uerò, quæ eſt tertium uniuerſale poſitum à Porphy. pertinet ad primum modum dicendi per ſe. Nam eſt pars diffinitionis: prædicatur tamen in quale eſſentiale: & ideo prædicari in quid, & in quale eſſentiale per-

Nota ordinem procedendi.

Modus prædicandi in quid ꝑcedit modum prædicandi in quale.

Tria uniuerſalia pertinēt ad primum modum dicendi ꝑ ſe.

Prædicari in q̃d eſt prædicari quidditatem.

Differentia pertinet ad primū modum dicendi per ſe.

pertinet ad primum modum. Quartum uniuerſale pertinet ad ſecundum modum dicendi per ſe. Nam illud eſt propria paſſio, quæ ad ſecundum modum pertinet, ſicut patet per philoſophum, Linco.& Sco. Quintum uniuerſale pertinere poteſt ad quartum modum per ſe, ſicut ſuperius dictum eſt, ut homo albedine eſt albus. Propterea bene dixerunt exponentes Porphy. quòd hæc doctrina ualet ad artem demonſtratiuam: quare hæc diuiſio cæteris præferenda eſt.

Propria paſſio pertinet ad ſecundum modum dicendi per ſe.

Circa literam eſt illud in primis obſeruandum, quòd Sco. dicit ibi, prædicari in quid eſt prædicare eſſentiam ſubiecti per modum eſſentiæ.i.per modum ſubſiſtentis,& non denominãtis. Modò hic eſt dubium, quomodo genus prædicat eſſentiam per modum eſſentiæ ſubſiſtentis? Vbi eſt notandum, quòd hoc declarari poteſt per illam famoſam propoſitionem, quam habet Comment. quòd materia ſubſtentat formam in ratione ſubiecti: ratio, quia materia eſt baſis, domicilium, hoſpicium, receptaculum,& ſubſtentamentum omnium formarum naturalium, forma uerò ſubſtentat materiam in ratione complementi, pro quanto appetitum eius cõplet,& perficit. Rectè igitur dicit Sco. iuxta doctrinam Auer. Nam genus ſumitur à materia, ſicut à parte, dicit Porphy. cap. de differentia. Cũ igitur genus prædicet eſſentiam, quæ eſt loco materiæ;& materia ſit per ſe ſubſiſtens, ſiue ſubſtentaculũ formarum, rectè dicit Sco. quòd prædicat eſſentiã per modum eſſentiæ ſubſiſtentis, ſiue ſubſtentantis. Eſt inſuper hic aduertendum quod licet genus prædicet partem eſſentiæ, non tamen per modum partis: quia pars de toto nõ prædicatur in recto; ſed prædicatur per modum totius: & ratio huius eſt, ſicut clarius audituri

Litera Doctoris.

Quid ſit prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ.

Primo phyſ. cõ tex. 70.

Materia ſubſtentat formã ĩ ratione ſubiecti.

Genus ſumitur à materia.

Animal prædicatur per modum totius.

eſtis in cap. de genere. Nam animal licet dicat partem materialem exiſtentem in homine: tamen quia prædicatur in recto, & prædicatur in concreto; & de ratione concreti eſt, quòd det intelligere totum: & ideo prædicatur per modum totius: genus igitur prædicat eſſentiam ſubiecti. i. ſpeciei, quæ reſpectu animalis in propoſitione ſubiectum eſt per modum eſſentiæ ſubſiſtentis, ſiue ſubſtentantis: quia illa eſſentia materia eſt, ut dictum eſt, & non per modum denominantis: denominare autem eſt formæ ſubſtãtialis perficientis materiam, aut eſt formæ inhærentis. Cum igitur materia neutro modo forma eſſe poſſit denominare non poterit. Propterea bene dixit Sco. in textu, quòd prædicat eſſentiam ſubiecti, ſiue ſpeciei per modum ſubſiſtentis, & non denominantis. Dicit inſuper, quòd genus dicit partem eſsentiæ ſpeciei, & non totam eſſentiam ſpeciei. Nam ſi diceret totam eſſentiam ſpeciei, ergo ad diffiniendam ſpeciem ſufficeret genus, & ſuperflueret differentia. Primum autem eſt inconueniens, quia hoc deſtrueret proceſſum philoſophi. 7. Meta. Vbi narrat uarios diffiniendi modos. Quidam enim diffiniebant per materiam tantum: quidam per formam tantũ: & hos reprobauit philoſophus: ſic ẽt ſi genus diceret totã eſſentiam ſpeciei, ueniret cũ cęteris redarguendus: quidã aũt diffiniebãt ꝑ materiã, & formã ſimul, ſicuterat Architas Tarentinus: & hos plurimum laudauit philoſophus. Quare genus nõ dicit totã eſsẽtia ſpeciei.

Genus prædicat eſſentiã ſubiecti ideſt ſpeciei.

Vide textũ Doctoris.

Septimo Meta. contex.

Varii diffiniendi modi.

Opinio Architę tarentini.

Amplius notandum eſt illud quod dicit Sco. quòd ſpecies prædicat totam eſſentiam ſubiecti; Vbi eſt aduertendum: quòd ſubiectum ſumitur alio modo quàm accipiebatur ſuperius. Nã ibi accipiebatur pro ſpecie: Hic uerò pro indiuiduo,

Quomodo accipitur ſubiectum.

uiduo, & inferiori: quia ſpecies dicit totam eſſentiam ſubiecti i.ſui indiuidui, & inferioris. Probat autem Sco. hoc, quòd ſpecies dicat totam eſſentiam indiuidui: quia ſi indiuiduo eſt aliquid, ſup.tu eſſentiale præter eſſentiam ſuæ ſpeciei, ergo indiuidua eſſentialiter differunt, ergo ſpecies formaliter in illa diuiditur, ergo indiuiduum eſset diffinibile. Hæc autem conſequentia trium cõſequentiarum eſt omnino falſa, quia indiuidua non diſtinguuntur eſsentialiter: ſed tantum materialiter. Et in hoc philoſophus commendauit plurimum Platonem, qui inter indiuidua non poſuit ordinem eſsentialem: ſicut etiam inducit Sco. in quarta quolibeti in principio. Præterea falſum eſt, quòd ſpecies formaliter diuiditur, hoc eſt per differentias formales, & quidditatiuas. Nam ſpecies ipſa non deſcendit in ſua indiuidua, niſi per differentias materiales. Deſcendit nanque in ſorte per ſorteitatem, in Pla. per Platoneitatem. Præterea falſum eſt, quòd indiuiduum poſſit diffiniri iuxta illud 7. Meta. Solius ſpeciei ſpecialiſſimæ eſt diffinitio: non igitur indiuiduorum: Et ita patet falſitas conſequentiarum. Deduco conſequentias. Nam ſi in indiuiduo eſset aliqua eſsentia præter eſsentiam ſuæ ſpeciei: certum eſt, quòd illud indiuiduum eſset una ſpecies: & cum illa eſsentia, quæ eſt in uno indiuiduo, non poſſit eſse in alio: ſed eſt alia, & alia: cum quælibet natura ſit communicata ſuis indiuiduis pro ſua diuiſione, atque pro ratione: ſequitur quòd iſta duo indiuidua per duas eſsentias, ſiue per duas differentias poſsent eſsentialiter differre. Præterea ab illa eſsẽtia, quæ eſt in uno indiuiduo, ut puta in Sor. accipitur una differentia: & ab alia eſsẽtia reperta in Pla. ſumitur alia

Species dicit totam eſſentiam indiuidui.

Indiuidua nõ diſtinguuntur eſsẽtialiter, ſed materialiter.

Teſte Platone inter indiuidua non datur ordo eſſentialis.

Vide etiã Scotum in quolib. q. 4.

Species ipſa nõ deſcendit ĩ ſua indiuidua, niſi per differentias materiales.

Septimo Meta contex. 50.

Deduco conſequentias.

differeentia: ubi autem eſt eſsentia, & alia, & alia differentia formalis, ibi poteſt eſse diuiſio formalis: & ita ſpecies formaliter diuiduntur in ſua indiuidua. Præterea poſset etiam diffiniri. Nam ubi eſt eſsentia, & differentia, ibi poteſt eſse diffinitio, ut patet. Præterea eſt aduertendum circa illud, quod dicit Sco. quòd differentia prædicat eſsentiam ſui ſubiecti. i. ſpeciei per modum denominantis. Vbi eſt aduertendũ, quod differentia bene poteſt prædicari in quale ſubſtantiale, ſiue eſsentiale; quia differentia quinto Meta. eſt qualitas: & quia differentia eſt qualitas, habebit ꝓpriũ qualitatis, ergo meritò poterit differentia in quale prædicari. Et quia duplex eſt qualitas, quædam ſubſtantiæ, quædam accidentis: ideo bene poterit prædicari in quale ſubſtantiale: poterit etiam prædicari per modum denominantis, & non per modum per ſe ſtantis. Secundò, quia forma eſt qualitas, & cum differentia ſit forma, ergo qualitas rectè poterit denominari: & cum de ratione formæ ſit non per ſe ſubſiſtere: ſed eſse in alio, & in materia: ideo rectè prædicatur per modum denominantis, & non per modum ſubſiſtentis. Sed quæ eſt ratio, quòd ſpecies magis prædicatur in qd, quam in quale, cum ipſa ſpecies includat in ſe quid, & quale. ſ. genus, & differentiam? Dico, quòd ratio eſt, quia ipſa ſpecies habet rationem materialis: & de ratione materiali eſt prædicari potius in quid, quam in quale. Patet igitur quid ſit dicendum quantum ad determinationem quæſtionis.

Vbi eſt eſſentia & differentia ibi põt eſſe definitio.

Quinto Meta. contex. 19.

Duplex eſt qualitas.

Nota de ſpecie cur magis ĩ q d quàm in quale prædicetur.

Quærebatur, an quinque tantũ eſſent uniuerſalia: introducti fuerunt tres modi dicẽdi, duobus abiectis, tertium ſibi tanquam proprium, & familiarius ꝓ cõcluſione retinuit. ſuperẽ in pſen

tiarum

tiarum reſpondere ad argumenta.

Ad primum argumentum, negatur conſequentia. Nam licet quatuor ſint prædicata poſita à philoſopho primo Topic. Non propter hoc ponenda ſunt quatuor uniuerſalia in hoc libro: quia alio modo philoſophus ſumpſit ſufficientiam, & numerum prædicatorum; & alio modo accepit ipſe Porphy. ſufficientiam.

Ad primum argumentum. Primo topicorum. cap. 3.

Ad probationem per idem patet reſpõſio; pro ulteriori declaratione iſtius argumenti Scotus multum laborat, & dicit, quòd philoſophus diuerſificat, ſiue diuerſitatem prędicatorum ſumit penes hoc, ſcilicet prædicare eſſentiam, uel non prædicare eſsentiam: vel non prædicare conuertibiliter, & prædicare conuertibiliter: Vnde quatuor ſunt prædicata Topica, genus, diffinitio, proprium, & accidens. Vnde ſufficientia ſic ſumitur. Nam oẽ prædicatum aut prędicat eſſentiã, aut nõ prædicat eſſentiam: ſi prædicat eſſentiam, eſt genus, & diffinitio: ſi nõ prædicat eſſentiã, ſic eſt proprium, & accidens. Rurſus ſi prædicat eſſentiam, aut conuertibiliter; & ſic eſt diffinitio: aut non conuertibiliter, & ſic eſt genus: ſi non prædicat eſſentiam, hoc dupliciter, aut conuertibiliter, & ſic eſt proprium, aut non conuertibiliter, & ſic eſt accidens. Ecce igitur quòd philoſophus in topicis ſumit ſufficientiam prædicatorum penes prædicare eſſentiam, & non prædicare eſſentiam: & penes prædicare conuertibiliter, & non conuertibiliter. Et ideo in topicis non poſſunt aſſignari, niſi quatuor p̃dicata tantum. Hic autem licet Porphy. conſiderat uniuerſalia inquantum prædicabilia, non tamen ſub illa ratione, ſub qua philoſophus conſiderauit in topicis: ſed ſufficientia uniuerſalium ſumpta eſt penes hoc. ſ. prædicari in quid, uel in

Quatuor ſunt prædicata topica.

Ariſt. primo topicorum c. 3.

 quale,

quale, ut dictum eſt. Et quia uniuerſale ſic enumeratum per prædicari in quid, & in quale ſpargitur, atque diuiditur in quinque uniuerſalia: ideo Porhy. poſuit quinque uniuerſalia, ſiue p̄dicata. Sed poteſt eſſe modò dubium; Quare philoſophus non poſuit, neque connumerauit inter prędicata topica differentiam, & ſpecie͂? Pręterea quę eſt cauſa, quòd Porphy. inter ſua uniuerſalia non enumerauit, neque collocauit diffinitionem, ſicut fecit philoſophus in topicis? Ad has dubitationes reſpondet Sco. & ait, quòd iſta eſt ratio diuerſitatis: quia differentia non ponitur enumerata inter quatuor prædicata topica: quia reducitur ad genus. Nam ſicut genus prædicat eſſentiam alicuius ſpeciei non conuertibiliter: ita etiam differentia. Præterea ſicut genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ſic differentia intermedia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Et ideo per conſimile͂ modum prædicandi meritò reducitur ad genus. Pręterea differentia ultima, ut ſpecifica, quę conuertitur cum ſpecie, reducitur ad diffinitionem: & hoc propter conſimile͂ modum prædicandi. Nam ſicut diffinitio prædicatur conuertibiliter de diffinito: ſic & ultima differentia. Prærerea ſicut diffiuitio prædicatur de pluribus differentibus numero. Ita etiam & differentia ultima. Vbi eſt aduertendum, quòd Sco. ponit hic unum fundamentum ſuum, quòd in compoſito dantur plures formę: & in hoc contradicit Tho. tantũ unicam formam ponenti in compoſito: & ſicut in compoſito ſunt plures formæ .ſ. intermediæ, & forma ultima: ita etiam & datur duplex differentia intermedia, quæ ſumitur à forma intermedia: & datur differentia ultima, & ſpecifica, quæ ſumitur ab ultima forma ſpecifica reponen

Dubium. Dubitatio, cur non enumerauit inter prædicata differentiam, & ſpecie͂.

Cur definitio non ponitur. Reſponſio Scoti.

Differentia reducitur ad definitionem.

In compoſito dantur plures formæ. Duplex differe͂tia.

te ſpeciem in ultimo eſſe ſpecifico. Præterea qa Sco. loquitur de conuertibilitate, eſt notandum, quòd triplex eſt conuertibilitas: quædam eſt diffinitionis cum diffinito, & iſta reſultat ex completa, & totali identitate eorum: ſecunda eſt cõuertibilitas paſſionis cum ſubiecto, & iſta conſurgit ex reali, & neceſſaria inhęrentia paſſionis ad ſubiectũ: tertia conuertibilitas eſt ultimæ differẽtiæ cum ſpecie ſua; & iſta emergit ex ultima actualitate ſpecifica ipſius formę ſpecificæ. Patet igitur, quare differentia non eſt connumerata inter prędicata topica. Sed quę eſt ratio, quòd ſpecies etiam non eſt collocata inter prędicata topica? Ad hoc dicit Sco. ꝙ fuit propter hoc, qa ſpecies reducitur ad diffinitionem, cum ſolius ſpeciei ſit diffinitio. Poteſt etiam dici, quòd nõ ſit connumerata ibi, quia ſpecies reducitur ad ipſum genus propter conſimilem modum prædicandi: quia tam genus quàm ſpecies de eo, de quo dicuntur, prędicantur in quid eſſentialiter non conuertibiliter: tertio poteſt dici, quòd ob eam cauſam ſpecies ibi poſita non fuit, quia ſpecies in propoſitione magis habet rationem ſubiecti quàm prædicati, & ideo non meruit conſiderari, neque locari inter prædicata. Ad illud cur diffinitio non fuit connumerata hic à Porphy. Reſpondet Sco. ad hoc: quia diffinitio non habet unum modum prędicandi in quid, uel in quale, ſicut habent iſta quinque uniuerſalia: & propter hoc non eſt connumerata inter prædicata Porphyriana. Et ita patet ex his omnibus, quare non poſſunt eſſe quatuot uniuerſalia, nec tria, nec ſex: ſed tantum quinque: & ita ad argumentum primum.

Triplex eſt conuertibilitas.

Cur differentia non numeratur cum prædicatis.

Cur ſpecies nõ numeratur cũ prædicatis.

Cur definitio non numeratur inter prædicabilia.

Arguitur ſecũdo ſic. Quot modis dicitur unũ oppoſitorum, tot modis dicitur & reliquum: iſta

Arguitur ſecundo principaliter.

eſt propoſitio famoſa:ſed ſingulare,& uniuerſale ſunt oppoſita,& ſingularia ſunt infinita, ergo & uniuerſalia ſunt infinita,ergo nõ tantum quinque.Ad hoc argumentum,Sco.exponit illã autoritatem famoſam,& dat bonum ſenſum, quæ ſic intelligitur. Quot ſunt ſignificata unius oppoſiti,tot ſunt ſignificata alterius oppoſiti,ſi ſecundum omnem ſignificationem opponantur ad inuicem. Vult dicere, ſi unum oppoſitorum eſt ęquiuocum, & ſignificat duo, uel tria, uel quatuor ſignificata, tot ſignificata dicitur habere alterum oppoſitũ:at non eſt intelligenda propoſitio,ꝙ quot ſunt ſuppoſita, ſiue iudiuidua unius oppoſiti,tot dicuntur alterius oppoſiti. Nã certum eſt,quòd rationale, & irrationale ſunt oppoſita;&. tamen non ſunt tot ſuppoſita naturę humanę rationalis, quot ſunt ſuppoſita naturę irrationalis,cũ illius ferè infinita ſint ſuppoſita.

Sensus iſtius propoſitionis.

Tertio arguit.

Arguitur tertio ſic.Indiuiduum eſt uniuerſale ergo datur ſextum uniuerſale:probatur antecedens: omne illud,quod prædicatur de pluribus eſt uniuerſale:indiuuiduum prædicatur de pluribus,ut patet,ergo.probatur conſequẽtia:quia non eſt aliquod iſtorum quinque,ſicut per inductionem patet. Ad iſtum argumentum dicit Sco. concedendo antecedens;quòd indiuiduũ eſt ſpecies intentionis ſecundę,& non eſt ſpecies uniuerſalis, quod eſt genus ad hęc quinque:& ita non facit ſextum uniuerſale. Vnde iſta propoſitio,indiuiduum eſt ſpecies, eſt prędicatio modalis.Poſſumus etiam dicere, quòd hic loquimur de uniuerſali applicabili primę intentioni cognitæ, & non ſecundæ intentioni, ſicut eſt in propoſito.

Quartum principale.

Arguitur quarto ſic. Ens eſt uniuerſale, ergo datur ſextum uniuerſale:antecedens probatur,il

lud

lud quod prędicatur de pluribus eſt uniuerſale (iſta eſt diffinitio uniuerſalis:)ens prędicatur de pluribus, ut patet: ergo eſt uniuerſale. probatur conſequentia. Nam ſequitur, ens eſt uniuerſale, & non eſt aliquod iſtorum quinque, ergo datur ſextum u̇ľe. ꝙ ens ſit uľe, probatū eſt: ꝙ autē ens non ſit aliquod iſtorum quinque, probo per inductionem. Nam ens non eſt genus, hoc patet de mente philoſophi tertio Meta. Nec etiam eſt ſpecies: probo; quia ſi concedis, quòd ens eſt ſpecies, ergo ens habebit genus: probo hanc conſequentiā, quia ſpecies ſupponitur generi, conſequens eſt contra Auic. dicentem nihil latius ente, nihil communius ente, nihil eſt, quod ſubterfugiat rationem entis: ſi igitur ens eſſet ſpecies, & ſpecies non poſſet eſſe ſine genere, ergo habebit ſupra ſe genus: ſi habet ſupra ſe genus ergo nō eſt omnibus cōmunius. Nec ens eſt differentia. Nec proprium, Nec accidens, quia illa tria uniuerſalia prędicantur in quale, ſicut patet per Porphyr. ſed ens prędicatur in quid de omnibus, ut patet. 8. Meta. Ad hoc argumentū primo nego antecedens, quia illud eſt uniuerſale quod eſt uniuocum, modo ens non eſt uniuocum, ſed ęquiuocum per Porphy. capitulo de ſpecie. Si quis omnia entia uocet, ęquiuocè, inquit, nuncupabit. Et ita nego quòd ſit uniuerſale, quia eſt ęquiuocum. Contra, concedatur tibi, quòd ens ſecundum totum ambitum, & indifferentiam, & latitudinem eius ad ſubſtantiam, & accidens. ſ. ſit æquiuocum. Ego conſtringo te ad accipiendum ipſum ens nō pro toto ambitu ſuo, & tota ſua communitate: ſed accipio ipſum ens pro uno ſignificato, & deſcendo ad ſignificatum ſubſtantiæ, quod quidem ſignificatū eſt pręſtantius ſignificato accidēti. Certum eſt, quòd

Tertio Meta. Meta .10.

Secundum Auicennam nihil latius ente.

Octauo Meta. tex. cō. ultimi.

Reſponſio ad quartum principale.

Vtrum ens pro ſignificato ſubſtantiæ ſit uniuocum.

ens in genere ſubſtantię eſt uniuocum, & prædicatur de pluribus, ergo eſt uniuerſale; & non eſt aliquod iſtorum quinque uniuerſalium, ergo dabitur ſextum uniuerſale. Et ita redit primum argumentum.

Scotus quæſtionis corpus defendit.

Ad iſtam inſtantiã Sco. uelut optimus athleta defendit quæſtionis corpus ab argumentantium ictibus: & dicit, negando, quòd ens in genere ſubſtãtię ſit uniuocum: ſed ego teneo, quòd ſit æquiuocũ adhuc in genere ſubſtãtiæ ad tria, hoc eſt ad genus generaliſſimũ, qđ eſt ſubſtãtia ad ſuas differentias diuidentes illud genus, ſicut corporeum & incorporeum: ſi dicas mihi, nego: ego probo, dicit Sco. Nam diuiſio entis per totum, & partes eſt diuiſio æquiuoci in æquiuocata. Modò quia ens reſpectu exiſtentium in recta linea prædicamentali eſt totum; & reſpectu lateralium eſt pars: Ideo non dicitur ſecundum idem nomen, & eandem rationem, ergo erit eqnocum ad illa tria. Præterea Sco. aſſignat rationem dicens, quia impoſſibile eſt aliquod uniuocum prædicari per ſe, & in primo modo de ſpeciebus, & differentiis. Nota illum locum; uult dicere Sco. quòd eſt impoſſibile aliquid prædicari uniuocè, & in primo modo de ſpeciebus, & differentijs, ut puta de homine, de rationali, & irrationali. Præterea eſt impoſſibile, quòd aliquod prædicetur uniuocè de duabus differentijs oppoſitis per aliquam differentiam ſuperiorem: quia tunc ſequeretur hoc inconueniens, quòd illæ differentiæ oppoſitæ, & inferiores eſſent ſpecies: & ita differentia conſtitueretur per differentiam: & ita proceſſus in infinitum: ſequeretur etiam, quòd differentia ſuperior eſſet genus: & ita differentia diuideretur per differẽtiam, quod eſt impoſſibile. Vult ergo dicere Sco. in ſumma,

Impoſſibile eſt aliquod uniuocum prædicari per ſe, & in primo modo de ſpeciebus & differẽtiis, uel de rationali & irrationali.

ſumma, quòd ens non eſt uniuocum in genere ſubſtãtiæ, & hoc eſt uerum logicè loquendo, ſecus autem Metaph. Et ita ens nõn poteſt prędicari uniuocè per ſubſtãtiam de corporeo, & incorporeo; ratio, quia conceptus entis non includitur eſſentialiter, & quidditatiuè in iſtis differentijs oppoſitis: quia tales ſunt ſimpliciter ſimplices: ideo non poſſunt includere aliquod prædicatum quidditatiuum, & in quid dicibile de eis. Præterea ſi fingatur aliqua differentia ſuperior ad corporeum, & incorporeum, ex quo illa differentia ſuperior, quæ, gratia exempli, ſit a non prædicatur uniuocè de differentijs oppoſitis, & inferioribus; nec etiam prædicabitur ipſum ens. Nam ſi differentia ſuperior uniuocè prædicaretur de iſtis inferioribus, illa ſuperior eſſet genus, & inferiores eſſent ſpecies. Et ita patet, quod ens in genere ſubſtantiæ acceptũ non eſſet uniuocum: & ita non dicitur eſſe uniuerſale: & conſequenter non dabitur ſextum vniuerſale. Et ita ſtat prima ſolutio in ſuo uigore firmat autem hoc autoritate Auic. dicẽtis, quod tria ſunt prima entia in quolibet, ſcilicet, ſubſtãtia, corporeum, & incorporeum; & tamen non ſunt tot prædicata, ſiue prædicamenta: ratio, quia duæ coordinationes laterales, & differentiarum reducuntur ad coördinationem ſpecierũ, ſicut indirectum reducitur ad directum. Et ita patet ſolutio ad quartum argumentum.

Ens nõ eſt uniuocũ in genere ſubſtantiæ.

Opinio Auicennæ.

QVAE-

QVAESTIO XIII.

Primo phyſic. contex. 4.

STATVIT Philoſophus à communioribus inchoandum eſſe, cui adhærens ſententia Auer. primo. Phy. Quod pars cõmunis eſt prior partibus propriis: ratio autem huius proceſſus eſt, ſecundum Auer. ubi ſupra, quia cõmunius eſt notius naturaliter proprio apud nos. Pręterea hoc ideo inſtitutum eſt, ne idem in diſciplina pluries fruſtra repeteretur. Scotus autem Peripateticæ ſectę obſeruator id in ſuis uniuerſalibus obſeruare enixus eſt, ne Peripatetica uideretur pręterire inſtituta. Diſputauit igitur in primis eas quæſtiones, quæ toti logicę & uniuerſalibus ſunt communes, cuiuſmodi ſunt illæ tres primæ. Diſputauit ſecundo eas quæſtiones, quæ communes ſunt, atque ad uniuerſale ipſum pertinentes, quæ nouem ſunt in præcedentibus lectionibus declaratæ. Nunc Scot deſcendit ad ſpeciales quæſtiones, & proprias, circa unumquodque quinque uniuerſalium. Et primo deſcendit ad diſputandum circa ea, quæ à Porphy. in cap. de genere ponuntur. At quia Porphy. ipſe in cap. de genere in ſecunda generis acceptione dixit, quòd locus, ſiue patria eſt principium generationis, quemadmodum & pater: Ideo, ut illud quòd à Porphy. dictum eſt in textu clarius eluceſcat, ſub quęſtionis forma ſic quærit.

Scotus Sectę peripateticæ obſeruator.

An locus ſit principium generationis, quemadmodum & pater? Quid ſit locus, deſcribitur à philoſopho. 4 Phyſic. Nam ipſe eſt ultimum corporis continentis immobile primum, quod illud ſecundum expoſitores intelligi debet de loco materialiter ſumpto. Locus. n. quãdoque accipi poteſt pro corpore continente, ſiue locãte, ſicut

Quarto phyſic. contex. 41.

Locus accipiẽ pro corpore cõtinente.

ſicut aer eſt locus aquæ: Poteſt etiam interdum accipi pro ultima ſuperficie corporis continentis, ſicut ſępe accipit philoſophus. 4. Phyſ. Poteſt inſuper accipi pro reſpectu continentis ad contentum, & locantis ad locatum: poteſt etiam accipi pro aggregato quodam, hoc eſt, pro loco, ſiue aere affecto benigno, & clementi ſyderum illapſu cum qualitatibus actiuis, & paſſiuis, & ſic accipitur hic. An locus ſic captus ſit principium, quemadmodum & patere? Generatio qd ſit? ex his patet quę à philoſopho & Auer. 5. Phy. dicuntur. Eſt enim generatio proceſſus de non eſſe ad eſſe: ſicut per oppoſitum corruptio eſt de eſſe ad non eſſe. Quid ſit autem principium; illud colligitur ab Auer. Nam principium dicitur de cauſa efficiente, & extrinſeca: cauſa uerò de cauſa finali: elementum autem de cauſis intrinſecis. ſ. de materia, & forma. Vbi eſt āduertēdum, quod ly principium poteſt. dici de qualibet cauſa: Nam quęlibet cauſa eſt principium. Applicatur tamen efficienti. Nam cauſa efficiēs uidetur commodius habere rationem principiandi; cum illa iuxta philoſophum. 2. Phyſi. ſit principium unde motus in rebus naturalibus Quemadmodum, dicitis, quòd dictio ſimilitudinaria. Nam hęc dictio (quemadmodum) ubicunque inter aliqua intercipitur, illorum ſimilitudinem ponit. Quid ſit pater. Pater.n. relatiuum eſt, cuius correlatiuum eſt filius. Vnde pater nō dicit unum per ſe conceptum: ſed dicit quoddā aggregatum ex rebus diuerſorum generum. Nā conflatur ex abſoluto, & reſpectiuo. propterea formalizzantes rectè dicunt, quòd eſſentia diuina non prędicatur per ſe de patre: iſta propoſito: pater eſt eſſentia: non eſt per ſe: ſed identica dicenda eſt: Patet igitur titulus quęſtionis cum illius

Locus accipiē pro ultima ſuperficie. 4. phyſic. contex. 41.

Locus accipitur pro aggregato.

Quinto phyſic. contex. 4. & ſequentibus.

Quinto Meta. in principio: & primo phyſ. cōmento primo.

Principium poteſt dici de qua libet cauſa.

Secundo phyſ. contex. 29.

Quid ſit pater.

Vide formalitates Scoti.

·illius continuatione.

Arguit Doctor

Arguit nunc Doctor. Pater eſt principium generationis per ſe, locus eſt principium generationis per accidens, ergo locus nõ eſt principiũ generationis, quemadmodũ & pater: conſequẽtia patet; quia per ſe, & per accidens nonſimilitudinem, ſed diſſimilitudinem pariunt: antecedens quo ad ambas partes patet. Nam pater eſt per ſe principium generationis: quòd autẽ locus ſit per accidens principium generationis patet, quia locus non mouet per ſe, quia immobile primò, ut patet ex diffinitione loci, ergo neque per ſe cauſat, ſed per accidens. Præterea ſi locus ſit per ſe cauſa generationis, ergo tẽpus erit etiam per ſe principium, & cauſa generationis: conſequens eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur: quia tempus non eſt cauſa generationis, ſed corruptionis, ſicut patet. 4. Phyſi. Tẽpore. n. omnia tabeſcunt: probatur conſequentia, quia tempus eſt ita menſura extrinſeca ſicut locus: & ita ſi locus eſt per ſe cauſa generationis, eſſet etiam & tempus, quod eſt falſum.

Locus nõ mouet per ſe.

Tempus nõ eſt cauſa generationis, ſed corruptiõis. 4. phyſic. contex. 117.

In oppoſitum.

In oppoſitum eſt Porphy. autoritas, cuius uerba cum ſint ad peripateticorum inſtituta conformia, non debent eſſe citra fidem: Et ita quæſtio remanet dubia. Quæſtio hæc à Scoto ipſo diſſoluitur beneficio inducendæ demonſtrationis. Vbi eſt aduertendũ ſecundum Sco. hic, quòd ſimilitudo inter locum, & patrem attendi poteſt penes duo. Primo. n. poteſt attendi penes genus cauſę efficientis: & ſic tam locus quàm pater eſt principium generationis. ſecundo poteſt attendi penes modum cauſandi: & ſic hæc attenditur diſſimilitudo. Nam pater eſt principium generationis; ſecundo Phyſi. ſol, & homo generant hominem: per ſolem non intelligas ſolũ

Similitudo quo ad duo attenditur.

Primo.

Secundo phyſi. contex. comm. 69.

planetam

planetam illum: ſed totum ſyderum illapſum, per hominem cauſam particularem ſubaudire oportet, cuiuſmodi pater, aut mater eſt, quia pater erit cauſa per ſe: locus erit cauſa per accidens, locus coadiuuat ad primordialem rerum generationem. Eſt etiam cauſa efficiens per accidens, pro quanto rem ignotam loci benignitate conſeruat; coadiuuare autem, & conferre ad efficientis cauſæ gradum reducuntur, ſicut ex ſecundo. Phyſic. extat nobis declaratum. quòd autem hæc loco ſint tributa, experientia huic negotio opitulatur. Nam res naturalius in locis proprijs cōſeruantur, quàm in alienis: & hoc rarò coegit oppoſitum hinc eſt propter loci benignitatem in quibuſdam mundi climatibus oriuntur leones, & in quibuſdam non: in quibuſdam uerò regionibus homines naſcuntur tincti coloris: unde tricentana prouincia nomen accepit. hinc medicorum conſilium emicuit, ut ægrotus in externa regione detentus, antequam mori contingat, ut ad propriā prouinciam, ſeu patriam deferatur: prudenter perſuadet. Erit ergo hoc uerum, locum eſſe cauſam per accidens effectricem in generatione rerum. Et ita patet ſolutio ad hanc breuiſſimam quæſtiunculam.

Secundo phyſ. contex. 33. & 5. Meta. contex. 3. & alibi ſæpe.

Buffali, Lacertę, Scorpiones, Cimices, & huiuſmodi in Anglia non reperiuntur, & multæ Herbæ ibi reperiuntur, quæ in Italia nō inueniuntur.

Primum argumentum ſolutionem nullā petit: quia currit cum ſua diſtinctione.

Ad ſecundum quod dicebatur: ſi locus eſt cauſa per ſe generationis, ergo & tempus: nego cōſequentiam: probo, dicebat ille, quia uterque eſt mēſura extrinſeca. Ad hoc dico, quòd duplex eſt menſura: quædam eſt intrinſeca: & hæc poteſt uariari tripliciter: quia aut eſt menſura ſecundum unam dimenſionem, & ſic eſt linea; aut eſt menſura ſecundum duas dimenſiones, & ſic eſt

Duplex eſt menſura, intrinſeca, & extrinſeca.

ſuper

ſuperficies:aut ſecūdū tres, & ſic eſt corpus. Alia eſt mēſura extrinſeca,& hæc adhuc eſt duplex, q̄dam eſt menſura permanentium: & ſic eſt locus: aut mēſura ſucceſſiuorum,& ſic eſt tmepus. Quare conſequentia illata non ſequitur,quia diuerſi modè locus,& is ſunt menſuræ, ut dictnm eſt. Et ita finis.

Menſura extrīſeca duplex.

QVAESTIO XIIII.

Cōtinuatio ad præcedentia.

CIRCA Hanc diffinitionem generis,quæ eſt iſta, genus eſt illud qđ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid. Vnde circa hanc dubitationem,& quæſtionē, primo obſeruanda eſt continuatio ad præcedentia. Ratio igitur iſtius continuationis, & ordinis eſt, quia prius erat dicendum de uniuerſali in communi,quàm de partibus eius ſubiectiuis: ratio eſt, quia uniuerſale in communi reſpectu partium ſubiectiuarum eſt prædicatum quidditatiuum,& genus cadēs in diffinitione uniuſcuiuſque uniuerſalis. Et ideo nullum quinque uniuerſalium perfectè ſciri poterat, nec pars ſubiectiua aliqua uniuerſalis, niſi prius ſciretur ſua pars diffinitiua,cuiuſmodi eſt uniuerſale in cōmuni. Quare meritò prius tractauit de uniuerſali in communi, quàm de eius partibus ſubiectiuis. Inter autem partes ſubiectiuas prius tractandum erat de ipſo genere, quàm de cæteris uniuerſalibus:tum quia illud fungitur officio materiæ:tum quia eſt maioris ambitus: tū quia ſpecies nō poteſt perfectè ſciri,niſi ſciatur prius & genus, ſicut dicebat Porphy.:oportet in utrorumque rationibus &c. De genere autem dictū eſt tres eſſe acceptiones,ſiue ſignificationes. Modo

Ratio cōtinuationis.

Cur prius de genere quàm de cæteris ſpeciebus.

do quia dubitandum eſt circa ſecundam acceptionem generis, meritò dubitandum erat circa tertiam aſſignationem generis, & circa tertiam acceptionem generis prius dubitãdum erat circa diffinitionem ipſius generis, quàm circa partes diffinitionis. Verum quia genus eſt concretum: & quia quodlibet concretum poteſt accipi tribus modis; ita etiam & genus. Primò enim poteſt accipi pro denominato, ſiue pro prima intẽtione, ut puta pro animali: ſecundo poteſt accipi pro formali, pro denominante, ſiue pro ſecunda intentione: tertio poteſt accipi pro aggregato ex utriſque. Quare merito hic cadit dibitatio, & quæſtio ſupra generis diffinitionem. Concretum poteſt accipi tribus modis.

An diffinitio generis data pertineat ad rem primæ intentionis? uel ad ſecundam intentionem? ſ. An diffiniatur ipſum animal, cui applicatur hæc intentio generis, quod quidem animal eſt res? An diffiniatur intentio, quæ applicatur animali, ſicut eſt hæc intentio, genus? De tertio, ſiue de aggregato ex utriſque non licuit hic mouere quæſtionem; quia hoc nobis, tanquam per ſe notum patet ex 7. Metaphy. Nam ſicut ens per accidens non eſt ſcibile, ita nec diffinibile. Et ita patet optima continuatio, & ordo ad præcedentia. Senſus tituli. Septimo Meta. cõtex. 4. 5. & 6.

Quæritur primo, quid hic. ſ. in hoc capitulo diffiniatur, intentio, an res? Quid ſit intentio, ſcio uos non latere: ſcio enim uos ſcire diffinitionem eſſe ſermonem indicãtem eſſentiam rei: ſcias etiam ueteres tripliciter diffinire: quidam diffiniebant per materiam tantum: quidam per formam tantum: & hoc plurimum commendauit philoſophus. Quare merito Architas prioribus philoſophis præferendus erat. omnis igitur diffinitio ex genere, & differentia conſtat. Et ita Veteres philoſophi tripliciter diffiniebãt.

rectè quæritur hic, quid hic diffiniatur. Quid ſit intentio, & res, ex prioribus eſt declaratum.

Primum argumentum ante oppoſitum.

Arguit igitur Scot. probando, quòd hic ſecunda intentio non diffiniatur: quia illud hic diffinitur, quod prædicatur in quid de re: patet, qa hoc ponitur in diffinitione generis: ſed nulla intẽtio prædicatur in quid de re: probo, quia nullum accidens prædicatur in quid de re: omnis ſecunda intentio eſt accidens, ergo nulla ſecunda intentio prædicatur in quid de re.

Ad oppoſitum. Per hoc argumentum probatur ꝙ hic diffiniatur ĩtentio.

Ad oppoſitum logicus tantum debet dffiinre illud, quod per ſe conſiderat, ſed illud per ſe conſideratum eſt intentio, ergo illa tantum debet diffiniri, ſi ſic, ergo non res: maior probatur, quoniam quicquid diffinitur ab aliquo, cognoſcitur ab eo ſecundum ſuum quod quid eſt. i. ſecundum ſuam diffinitionem: & ita cognoſcitur per ſe. probatur minor. ſ. quod à logico per ſe conſideratus, eſt intentio: probo, quia illud quòd primo conſideratur à logico eſt aliquod unum cõmune habens unum intellectum. ſ. habens per ſe unum conceptũ: ratio, quia ſi nõ haberet per ſe unum conceptum; ſed eſſet aggregatum ex diuerſis conceptibus, eſſet ens per accidens: & conſequenter non eſſet ſcibile: tunc ſtante hoc fundamento. ſ. quod conſideratur à logico per ſe, debet habere per ſe unum cõceptum, & intellectũ. Quæro quod eſt illud? ſi dicas mihi, quòd eſt res, Contra, ergo logicus erit artifex realis, conſequens eſt falſum; probatur conſequentia: quia tunc in caſu denominaretur, & diceretur, à primo conſiderato in logica, quod eſſet res ſecundum te, ergo artifex realis: ſi dicas, quòd illud conſideratum habens per ſe conceptum unũ eſt ſecunda intentio. Ego habeo, quod quæro: & per hoc argumentum probatur, quòd hic diffiniatur

ſecun-

ecunda intentio.

Circa hanc quæſtionem ſic Doctor ſe habet. Nam primo refert unam opinionem falſam: ſecundo inducit opinionem propriam, ſecũda ibi Dicendum igitur. Pro intelligentia faciliori eorum, quæ dicuntur in corpore totius quæſtionis eſt diligenter obſeruandum, quòd iſta poſſunt ſic per ordinem conſiderari. Primo.n. poteſt conſiderari res in ſe. Nam conſiderare rem in ſe, eſt conſiderare eam ſecundum ſuam quidditatẽ, & eſſentiam, prout nullã habet habitudinem ad intellectum, neque ad ſecundam intentionem. Et ſic in hoc omnes conueniunt, quòd res abſolute ſimpliciter, & ut nullam habent habitudinem ad intellectum, & ad ſecundam intentionem, nõ diffiniuntur hic: ſed ſecundum iſtam conſiderationem conſiderantur ab artifice reali: ſecundo poteſt conſiderari ipſa res, ut ſtat ſub habitudine ipſius ſecundæ intentionis, ſiue ut habet habitudinem ad ſecundam intentionem, ſic quod proſternitur intentioni ſecundæ, eſt fundamentum ſecundæ intentionis. Exemplum, ut ego conſidero ipſum animal non in ſe abſolutè: ſed ut eſt fundamentum huius ſecundæ intẽtionis, quod dico genus, & conſiderando rem ſecundum hunc reſpectum, fuit opinio quorundã realium dicentium rem ſub hac conſideratione poſſe diffiniri: ratio iſtorum fuit, quia res à logico ſic conſideratur. ſ. ut habet eſſe cognitũ apud intellectum: & ut eſt fundamentum ſecundæ intentionis. Et tunc argumenta, quæ facta ſunt in oppoſitum, omnia ſunt pro hac opinione: & ideo non ſoluerentur, ſed tenerentur tanquam concludentia uerum apud illam opinionem. Argumentum tamen factum in oppoſitum negaret hęc opinio, quòd ſecundam intentionẽ

Deciſio q̃ſtionis.

Quid ſit conſiderare rem in ſe.

Exemplum.

Opinio quorũdam realium.

logicus per ſe conſideraret. Et ita determinata eſſet quæſtio apud eam: tertio poteſt conſiderari, ut quoddam aggregatum, quod eſt conflatũ ex prima & ſecunda intentione. Et tunc dicendũ eſſet ſecundum omnem opinionem, quòd nullo modo tale aggregatum diffiniretur hic: quia ſicut aggregati non eſt demonſtratio, neque ſciẽtia: ita etiam nec ſimplicitas: quarto poſſumus conſiderare ſecũdam intentionem in abſtracto. Et hic eſt aduertendum, quòd nullum abſtractũ iſtorum quinque uniuerſalium poteſt dari per unum nomen, ſed oportet uti pluribus nominibus: Vnde hoc quod dico, genus eſt concretum, abſtractum iſtius concreti generis, non eſt generalitas: quia abſtractum generalitas eſt abſtractum, huius concreti generalis. ſicut etiam à ſimili dicimus; quòd ſpecialitas non eſt abſtractũ huius concreti ſpecies, ſed ſpecialis: ſed abſtractum huius concreti ſpecies eſt intentio ſpeciei, Modò dico ad propoſitum, quòd nulla opinio ponit, quòd ſecunda intentio in abſtracto hic diffiniatur: ratio, quia ſecũda intentio in abſtracto non dicit habitudinem ad primam intentionem, ſiue ad ſubiectum, & fundamentum: & ita non poteſt diffiniri: quia tunc periret illa propoſitio famoſa Boetij, quòd logica eſt de ſecundis intentionibus applicatis primis. Vltimò dico, quòd ſecunda intentio poteſt rectè diffiniri in concreto; quia ut ſic concernit ſubiectum, & habitudinem ad illud quod habet: & ſic diffinitur hic. Poterit eſſe igitur hæc concluſio ad mentem Scot. tenenda in iſto loco: tametſi res in ſe, & ſub intentione; & aggregatum ex prima & ſecunda intentione; & ſecunda intentio in abſtracto non poſſit rectè diffiniri: ſecunda tamen intentio in concreto rectè diffiniri poterit. Sco. igitur

Genus eſt concretum.

Famoſa propoſitio Boetii.

Intentio generis abſtractum.

Secunda Intentio in concreto poteſt definiri.

igitur reprobat in primis hoc in loco, quòd res ut ſtat ſub intentione non poteſt hic diffiniri: & probat ſic, illud quod hic diffinitur, ut puta genus, uniuocè conuenit rebus omnium generum, ergo nulla res ſtans ſub intentione poteſt diffiniri hic: maiorem probat Sco. ſic: quia omne illud, quod conuenit pluribus ſecũdum idẽ nomen, & eandem diffinitionem, conuenit illis uniuocè: ſed genus rebus omnium generum eſt huiuſmodi, ergo. minorem probat Sco. hic: quia ſi aliqua res ſtans ſub intentione conuenit rebus omnium generum uniuocè, maximè eſſet ens: ſed hoc eſt falſum, & impoſſibile propter duo; tum quia dictum eſt ſupra, quod illud eſt æquiuocum, ergo non eſt uniuocum; tũ quia tantum unum eſſet genus rerum: quod tamen eſt falſum. Circa propoſitiones argumenti põderanda eſt illa particula (conuenit.) Vbi Sco. uult, quod genus conueniat rebus uniuocè .i. poteſt applicari uniuocè animali, quod eſt in genere ſubſtãtiæ; figuræ, quę eſt in genere qualitatis, colori, qui eſt in genere qualitatis, ſecũdũ idem nomen, & eandem diffinitionem: Poteſt.n. ſecundum Scotiſtas eſſe omnibus iſtis uniuocũ prædicatum, quanquam propriè non poteſt uniuocè prædicari: quia ſicut ſupra dictum eſt, non uera natura de uera natura; nec ſecunda intentio de prima poteſt dici per ſe, & uniuocè, ſed denominatiuè, propter hoc notanter dixit Scot. conuenit, & non dixit, prædicatur. Pręterea ponderanda eſt illa particula, in qua dicitur (rebus omnium generum.) Nam intelligenda eſt pro generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum, ſeu generibus: eſt.n. ſenſus, quòd hæc intentio genus, poteſt applicari ſingulis, & diuerſis prædicamentis. Nam poteſt applicari ſubſtã-

Reprobatio primæ opinionis.

Ponderatio illius particulæ conuenit.

P.o generibus ſingulorum, & non pro ſingulis generum.

tiæ,quantitati,qualitati,relationi : ſed non poteſt applicari ſingulis generum, ideſt, omnibus contentis in genere:ratio, quia hæc intentio genus,non poteſt applicari indiuiduo, nec ſpeciei, nec differentiæ. Et ita patet declaratio illarum partium.

Reſponſio.

Ad iſtud argumentum reſpondet aduerſarius, ubi dicitur,quæ reſponſio ſtat in hoc,quòd ſecũdum iſtam opinionem, licet res ſub intentione diffiniatur; tamen non eſt illa res, quæ eſt una unitate uniuocationis : ſed eſt illa, quæ eſt una unitate proportionis:& tunc genus applicatum huic rei eſt modus, ſub quo diffinitur illa res cõmunis diuerſis generibus. Circa hanc reſponſionem notatæ declarationem terminorum,qui nobis ſunt obſcuri. Vnitas proportionis eſt unitas conformitatis, ſimiliter ſe habendo : ſicut ſe habet animal ad hominem,& ad Leonem;ita ſe habet color ad albedinem, & nigredinem ; ſicut ſe habet ſubſtantia in ſuo genere ad ſua inferiora, ſic ſe habet qualitas ad ſua inferiora. Præterea obſeruate, quia eſt differẽtia inter ſimilitudinẽ, & proportionem.Nam ſimilitudo requirit in extremis aliquid idem ſpecie,quia albedinem:proportio uerò requirit extrema diuerſa ſpecie:exẽplum,ut materia,& forma, & obiectum, agens, & paſſum : iſtæ. n. requirunt extrema diuerſa in ſpecie. Nam licet unũ ordinetur ad aliud: & ut ſic habent proportionem:tñ ſunt diſſimilia in naturis. Et ita patet declaratio illorum uerborũ.

Quid unitas ꝓportionis.

Quæ differentia ſit inter ſimilitudinem & proportionẽ

Exemplum.

Contra.

Contra hoc arguit Doctor, quia ſi res ſub intentione diffinitur, ergo tunc res per accidens diffinitur, & per aliud : quia per hoc res diffinitur, quia intentio ſecunda ſibi accidit; ut arguatur ſic. omne illud diffinitur per accidens, quod diffinitur per aliud:ſed res eſt huiuſmodi, ergo.

ergo.patet n. quia res non diffiniretur in ſe, niſi ut eſt fundamentum ſecundæ intentionis, & ita per aliud:tunc ultra, omne per accidens reducitur ad aliquid per ſe,à quo illud dicitur per accidens,ſed intentio diffinitur per accidens,ergo debet reduci ad ſecundam intentionem per ſe, qua ſecunda intentione res illa dicitur diffiniri per accidens:& ita ſtabit, quòd intentio ſecunda per ſe hic diffinitur. Prçterea oīs diffinitio p ſe cõpetit diffinito: ſed diffinitio generis eſt diffinitio,ergo per ſe cõpetit diffinito:ſed diffinitio nõ cõuenit per ſe rei,ſed ſecũdæ intẽtioni,ergo illa per ſe diffinitur. Dicendum igitur.in hac parte Sco.ponit opinionem propriam:ſed prius remouet opiniones falſas:& ait,quòd res nulla diffinitur pp rationes factas ſup nec res ſimpliciter, & abſolutè,& in ſe conſiderata,nec res ut ſtat ſub intentione ſecunda. Præterea ait,nec aggregatũ ex re,& ſecunda intentione hic diffinitur;ratio, quia illud eſt ens per accidens, cuius non eſt diffinitio 6.& 7.Metaph. Præterea nec diffinitur.ſ. ſecunda intentio in abſtracto:ratio, quia illa nõ habet habitudinem ad primam intentionẽ.Præterea intentio ſecunda in abſtracto, cum ſit quædam quidditas, uidetur pertinere ad Metaph.Et ita quatuor ſunt excluſa. Quid hic diffinit?Soluit Doctor, quòd ſolum intentio ſecunda diffinitur,& hoc in concreto:ratio, quia illud hic diffinitur,cui primo,& per ſe ineſt diffinitio, hoc patet de mente philoſophi:Sed illud eſt ſecunda intentio,& non prima,ergo.probo minorem,quia partes,quç ponuntur in diffinitione ipſius generis,ſunt intentionalia. i. pertinent ad ſecundam intentionem, ſicut patet diſcurrenti,ergo illi cõpetit diffinitio. cui conueniunt partes diffinitionis,ſed partes diffinitionis,conueniunt ſecundæ

Scotus ponit opinionẽ propriam.

Sexto & ſeptimo Meta. contex.4.& 5. & 6.

Solum intentio ſecunda definitur.

intentioni,& non primæ,ergo. Et ita patet ſolutio ad hanc propoſitam quæſtionem.

Nota lector.

Nota lector, quòd totum hoc, etiam quod ſequitur pertinet ad ſuperiorem quæſtionem decimamquartam. Determinatum fuit in corpore quæſtionis de mente iſtius Doctoris, quòd ſolũ ſecunda intentio in concreto hic diffiniebatur; tamen pro copioſiori, ac completiori doctrina dictorum,ac etiam pro clariori ſolutione argumentorum apponit quatuor declaranda,quæ ab omnibus ſunt ſummopere obſeruanda, ex quibus omnibus ſumi poſſunt pro inchoantiũ ſcholarium eruditione regulæ ſingulares. Primum quod Sco.ait,eſt quod prædicari per ſe eſt intentionum:i. pertinet ad ſecundas intentiones;huiuſmodi ratio eſſe poteſt,quia illud per ſe pertinet ad conſiderationem alicuius,quod per ſe cõtinetur ſub eo: ſed prædicari per ſe conſideratur à logico, ergo per ſe conſideratur ſub intentione à logico per ſe conſiderata:illud uerò prædicari cum ſit ſecunda intentio eſt per accidens ipſius rei: eſſe uerò, hoc eſt, iſtud uerbum, eſſe, eſt per ſe rei.i. per ſe pertinet propriè ad primã intentionem.Et ita ex dictis Sco. hic,ſumo duas regulas, quòd prædicari per ſe eſt ſecundarum intentionum, per accidens uerò rerum: eſſe uerò, ſiue ſum,es,eſt,eſt propriè rerum. Aliud ſciẽdum, ubi Doctor apponit aliud notandum & regulam, quòd hoc uerbum,eſt, exercet, ſiue manifeſtat,in rebus primæ intentionis,illud,quod prædicari ſignat in ſecundis intentionibus. Ex quibus uerbis colligimus,quòd duplex eſt prædicatio, quædam ſignata, & quædam exercita: prædicatio ſignata eſt prædicatio enigmatica, figuratiua, obſcura,uelata, & latens,quæ compoſita eſt ex terminis ſecundæ intentionis. Exẽplum

Quatuor declaranda apponit

Prædicari per ſe eſt ſecundarum intentionum.

Per accidẽs uero rerum.

Secundum ꝓponit.

Duplex eſt prędicatio.

Signata,& exercita.

plum huius,ut genus prædicatur de ſpecie: iſta eſt prædicatio ſignata, ſiue hæc ſpecies prædicatur de indiuiduo: dicitur prædicatio ob id, quia terminos ſignat in propoſitione poſitos, uel uerisimiles in terminis primæ intentionis. Prædicatio exercita eſt prædicatio clara,aperta manifeſta, quę fit per terminos primæ intentionis mediãte hoc uerbo eſt,Exemplum,homo eſt animal: & Franciſcus eſt homo. Ex his Sco. infert duo corollaria.Primum, quòd nomina cõcreta ſecundæ intentionis reſpectu huius uerbi quid eſt, prædicari,ſupponunt pro fundamẽtis: Exemplum huius, genus prædicatur de ſpecie: termini poſiti in hac propoſitione, cuiuſmodi ſunt ſpecies,& genus,ſunt concreta ſecundæ intentionis, & ſupponunt pro homine, & animali,quæ ſunt ſubiecta,ſiue fundamenta harum ſecundarum intentionum,ſcilicet ſpeciei,& generis. Ex quo ſequit. Ibi apponit aliud corollariũ qđ corollariũ ĩ loco optimę regulæ poni põt: à prædicari ſignato ad prædicari exercitũ p ſe non tenet conſequentia in eiſdem terminis: uolo dicere hoc: à propoſitione ſignata ad propoſitionem exercitam in eiſdem terminis per ſe nõ ualet conſequentia: exemplum, genus prędicatur de ſpecie, ergo ſpecies eſt genus, conſequentia non tenet,quia iſta non eſt per ſe, ſpecies eſt genus licet bene ſit per accidens, ſiue denominatiua. Propterea nota,in textu dicit Sco. p ſe,à pari etiam hæc conſequentia non eſt bona.ſpecies prædicatur de indiuiduo, ergo ſpecies eſt indiuiduum. Secunda regula eſt hæc, arguẽdo à prædicatione ſignata ad exercitam, tenet conſequẽtia uariatis terminis: benè enim ſequitur, genus prædicatur de ſpecie, ergo homo eſt Animal, Amplius proprium prædicatur de ſpecie,

Exemplum.

Cur dicatur p̃dicatio ſignata.

Quid prædicatio exercita.

Infert duo corollaria.

Exemplum.

Secundum corollarium.

Exemplum.

Secunda regula.

ergo homo eſt riſibilis. Accidens prædicatur de ſubiecto, ergo homo eſt albus. Iſtæ conſequentiæ tenent, quia arguitur à prædicatione ſignata, ad prædicationem exercitam, mutatis termi nis. Nam illud rectè exercetur, & prædicatur in ſecunda propoſitione, quod ſignabat, & figurabat prima propoſitio. Et qa ſermo de actu exercito, & ſignato eſt quibuſdam obſcurus: ideo Scot. nedum ponit exempla de prædicari: ſed etiam in aliis: ut per hæc cognoſcamus etiã in aliis, quid ſit actus exercitus, & ſignatus. Vnde hæc dictio negatiua, non, pertinet ad actũ exercitum, ſicut negatio pertinet ad actum ſignatũ: unde arguendo à negatione ſuperioris ad negationem inferioris ualet conſequentia. Nam bene ſequitur, lapis non eſt animal, ergo nõ eſt homo, ubi arguitur à prædicatione ſignata ad exercitam. Præterea hæc dictio (tantum) pertinet ad actum exercitum: excludo, pertinet ad actum ſignatum ſic arguendo, omne aliud à Sor. excluditur à curſu, ergo tantum Sor. currit. Præterea hęc dictio (præter) pertinet ad actum exercitum: ſed excipit pertinet ad actum ſignatum: unde benè ſequitur, omne aliud à Sor. excipitur à curſu, ergo tantum Sor. currit. Cõtra hoc, ibi Sco. arguit contra ſecũdum corollarium, ubi Sco. dicebat, quòd à prædicari ſignato ad exercitum non tenet conſequentia in eiſdem terminis per ſe. Contradicit Sco. Quia bene poſſumus arguere à prędicari ſignato ad exercitum per ſe in eiſdem terminis. Nam bene ſequitur, animal prædicatur de homine, ergo homo eſt animal. Sco ait hanc conſequentiam non ualere: & ideo duas affert reſponſiones. Vnde prima reſponſio eſt hæc, quia à prædicatione per accidens, non ſequitur prædicatio per ſe: quia licet hoc conſequens poſſit eſſe

Marginalia: Quomodo iſtæ conſequentiæ teneant. — Hæc dictio tantum, pertinet ad actum exercitum, excludo pertinet ad actum ſignatũ. — Prima reſponſio. — Declaratio primæ reſponſionis.

eſſe uerum, homo eſt animal, tamen non eſt uerum propter ueritatem antecedentis: ratio, quia antecedens eſt per accidens, cum dico animal prædicatur de homine: ſed cõſequens eſt per ſe, cum dico homo eſt animal: & ideo uerior eſt ꝓpoſitio conſequentis, quàm propoſitio antecedẽtis. Verius autem non habet ueritatem à minus uero. Et propter hoc ego infero, quòd nunquam concluſio alicuius ſyllogiſmi eſt uerior aliqua præmiſſarum. Et ideo bene dicunt logici, quòd concluſio ſemper ſequitur debiliorem partẽ exiſtentem in præmiſſis; licet .n. poſſit eſſe quanque æqualis in ueritate: nunquam tamen poſſet excedere in ueritate: quia nunquam effectus perfectione ſuam excedit cauſam. Vel poteſt dici. Ibi Scot. tangit ſecundam ſolutionem ad inſtantiam, dicens, quòd non ſunt iidem termini antecedentis & conſequentis.i.nõ eodem mõ termini ſumuntur in antecedente, & cõſequente; quia in antecedente ſumũtur ût procumbũt, proſternuntur, & ſtant ſub ſecunda intentione, & pro tertio ſignificato termini communis: ſed in conſequente ſumuntur, ut ſunt extra ſecundam intentionem, & ut ſunt termini pro prima, uel ſecunda acceptione termini communis: Et ideo non ſunt iidem termini: Ideo ſic arguendo, animal prędicatur de homine, ergo homo eſt animal: dicatis, quòd conſequentia non ſequitur, quia ibi eſt fallacia accidentis: fallacia autem antecedentis eſt, quãdo terminus eſt uariatus in antecedente, & cõſequente: & tunc habebitis optimam regulam hic, quòd terminus uariatus non eſt unus, ſed duo termini. Et ita patet determinatio totius quæſtionis.

Verius non habet ueritatem à minus uero.

Secunda reſpõſio.

Regula, terminus variatus nõ eſt unus, ſed duo.

Ad argumenta: ad primum, tranſeat illa maior, negatur minor, probatio minoris. Vnde pro

Ad argumenta

ſolu-

ſolutione iſtius argumenti eſt aduertendum ſecundum Scotum hic, quod aliud eſt dicere eſſe quid rei, & prędicari in quid de re: tunc dico, q; genus non eſt quid rei: quia non pertinet ad rei quidditatem, quia genus eſt accidens, cum ſit intentio: & ita non poteſt eſſe de quidditate rei: tamen poteſt prædicari in quid de re. Prædicari autem in quid de re, poteſt bifariam intelligi, aut quòd ſit de termino inhærentiæ, & hoc eſt falſum; aut quòd ſit de termino inhærentis, & hoc erit uerum. Et eſt ſenſus, quando eſt de termino inhærētis, quòd genus prædicatur in quid de re, quòd genus eſt unum prædicatum in quid & unum uniuocum prædicatum. Et hoc eſt uerū quia ſecundum idem nomen, & eadem rationem conuenit animali, & colori.

Prædicari ĩ q d de re poteſt bifariam intelligi.

Secūdum principale.

Arguitur ſecundo ſic. Hæc intentio genus, nō prædicatur in quid, niſi de hac intentione, & illa, quæ tamen differunt materialiter, & numeraliter: illud autem quod hic diffinitur, prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ergo. Ad ſecundum patet. Nam hæc intentio, genus, nō prædicatur in quid de ſecundis intentionibus, niſi de pluribus differentibus numero; quia prædicatur de hoc, & de illo genere, quę tantum numero differunt: ſed pro ſubſtratis, & primis intentionibus, non tantum prædicatur de pluribus differentibus numero; ſed ſpecie.

Tertio arguitur ſic.

Arguitur tertio ſic: ſi hic diffinitur intentio generis, ergo à ſimili diffinitur intentio ſpeciei, ergo genus non poteſt prędicari de ſpecie, cuius oppoſitum tenet Porph. probatur cōſequentia, quia oppſitum non poteſt prædicari de oppoſito & diſperatum de diſperato. Cum autem genus, & ſpecies ſint diſperata, ergo unum de altero non poteſt prædicari.

Ad

Ad hoc facilis eſt reſponſio per ea quæ dicta ſunt ſuperius. Nam licet genus, & ſpecies ſint diſperata, & relatiuè oppoſita; unum tamen de altero poterit prædicari, quando ſubiectum ſumitur ut quid, & prædicatum ut modus. Et ita unum non eſt alterum. Faculis reſponſio.

Arguitur quartò ſic autoritate Porphy. Nam ipſe ait capitulo de genere, ubi exemplificauit de animali, & homine, ut arguatur ſic. Illius per ſe eſt diffinitio, cuius eſt exemplum: ſed exēplum datum eſt à Porphy. de re, & prima intentione, & nō de ſecunda; ergo res, & non ſecunda intentio diffinitur. Ad hoc argumentum facilis eſt reſponſio. Nam Porphy. exemplificauit in rebus primæ intentionis, non quòd de illis ſit diffinitio: ſed de illis locutus eſt tanquam de nobis manifeſtioribus, non quòd de illis diffinitionem dederit. Finis quæſtionis. Quarto arguitur. Reſponſio.

QVAESTIO XV.

Qvaeritvr An diffinitio generis ſit conuenienter data. Hæc eſt quæſtio quinta decima in ordine poſita, quæ ad priores quæſtiones ſic continuatur. Nam poſtquā diſputatum eſt, atque optimo dicendi genere concluſum in præcedente quæſtione, quòd nec res in ſe, nec ſub intentione diffinitur: ſed intentio in concreto: Modò uult diſputare. An illa diffinitio data de genere in priori quæſtione ſic cōuenienter, & bene data? Nam prius diſputandū erat de diffinitione alicuius, quàm de bonitate, & conuenientia eius: quia bonitas, & conueniētia præſupponunt illud, cuius ſunt bonitas, & conuenientia. Non enim potuiſſet rectè quiſpiā Ordo cōtinuationis. Scotus arguit.

de bonitate, & conuenientia alicuius diſputare niſi ſciatur quid ſit illud. Volumus igitur philoſophorum incudine, & Peripateticorum malleo rem hāc bene examinare. An diffinitio, quæ eſt in præcedente quęſtione data de genere, ſit conueniens generi ita, uel ne?

Termini ſunt declarati.

Termini poſiti in titulo quæſtionis ex declaratis, & declarandis patent. Prima facie arguit Doctor, oſtendendo, quòd hæc diffinitio non ſit conuenienter data. Omne accidens diſſinitur per ſubſtantiam; patet ex 7. Meta. quia ſubſtantia præcedit omne accidens, diffinitione, cognitione, & tempore; ſed genus eſt accidens, & non quidem reale, ſed intentionale; hæc patet communi omnium logicorum opinione; ergo debet diffiniri per ſubſtantiam: ſed nihil ponitur in hac diffinitione pertinens ad ſubſtantiam. probo iſtam; quia quicquid pertinet ad hanc diffinitionem generis, eſt ſecundæ intentionis, ſicut patet per Sco. in quæſtione præcedenti, & pręſenti; ergo iſta diffinitio non eſt conuenienter data.

Septimo Meta. contex. 4.

Ad oppoſitum

Ad oppoſitum eſt Porphy. grauis autoritas, qui nobis eam diffinitionem capitulo de genere tāquam optimè, & conuenienter datam reliquit firmatur & autoritate philoſophi primo. Topic. ſic diffinientis ipſum genus, tanquam benè, & ſufficienter diffinitū. Et ita quęſtio hæc, pugnantibus his rationibus nobis redditur dubia.

Primo topicorum cap. 4.

Circa hāc quæſtionem duo tangit, & facit.

Circa hanc quæſtionem Doctor duo facit Primò ponit aliorum opinionem, quæ falſa eſt, ut & falſitate obiecta, ueritatem phæbea luce clariorem in noſtro intellectu inducat: ſecundo ueritatem, & mentem propriam ponit. ſecunda ibi dicendum ergo. Circa primum duo facit: nā Primo ponit concluſionem ipſius falſæ opinionis,

cum

cum ſuo fundamento. Deinde Sco. fundamentum falſum illius opinionis deſtruit; ut eo fundamento deſtructo tectum corroborat pariter, & parietes. Dicit igitur ad quæſtionem ſecundum illam opinionem, quòd ratio poſita de genere ſuperius à Porphy. eſt deſcriptio, & non uera diffinitio. Ecce concluſio iſtius opinionis. Quid autem ſit deſcriptio, & diffinitio, ſcio uos non latere. Deſcriptio datur per extrinſeca, & poſteriora: diffinitio autem datur per intrinſeca, quidditatiua, & priora. Fouet hæc falſa opinio ſuam concluſionem per Porphy. in textu. Nam dicitur in textu, deſcribentes autē, ergo ſequitur, quòd iſta eſt deſcriptio, & non diffinitio, ſecundum mentem Porphy. Scotus autem horum ſententiā deridet, & dicit, quòd ſic dicere, facile eſt, euadere in omnibus diffinitionibus. Propterea quia illa propoſitio malè intelligitur ab illa opinione. Nā ex textu Porphy. habetur alia litera, quæ eſt oppoſita priori, ubi dicitur, aſſignauerunt ideſt, diffinierunt. Pręterea adhuc eſt alius textus. Porphy. capite de ſpecie, ubi ait, quod neceſſè eſt in utrorunque rationibus utriſque uti. Ratio autem ſecundum philoſophum. 4. Meta. eſt diffinitio, ergo habemus duos textus Porph. qui nobis inſinuant hanc eſſe diffinitionem, & non deſcriptionem.

Deſcriptio dicitur adumbratio quædam, & primæ picturæ lineamentum. Definitio rem clare nobis reſerat, uide Amoniū in prædicabilibus.

Ratio eſt definitio 4. Meta. contex. 21.

Amplius firmatur ratione, ut arguatur ſic; omnis ratio conuertibilis cum diffinito, ex prædicatis per ſe in primo modo dicendi per ſe, eſt diffinitio reſpectu eius, de quo prædicatur. Hoc patet. 7. Meta. Vbi diffinitioni tribuit hæc duo, ſcilicet, conuertibilitatem, & perſeitatem, ſcilicet, primi modi; ſed ratio generis eſt eiuſmodi reſpectu generis, ergo. minor hęc hēt duas partes: & ideo Scotus dupliciter probat. Primò de

Septimo Meta. contex. 11. & 13.

mente

mente Porphyrij, quòd diffinitio conuertitur cum diffinito: ut patet capite de genere. Secundò probat Scotus, quòd non prædicatur per accidens, ſed per ſe. Et propterea ait, & non prædicatur, ſcilicet, ratio generis de ipſo genere, ut accidens ſiue per accidens, ſed per ſe. Sed quia aliquis poſſet negare hoc: ideo per ſequentem literam probat, & ait, quòd quæ ponuntur in ea ſcilicet, diffinitione generis, ſunt eiuſdem generis, ſiue eiuſdem ordinis cum diffinito; & quia aliquis adhuc poſſet negare hoc, adhuc probatur per illam particulam, cum dicit, quia intentiones ſunt, ut puta genus, & partes diffinitionis; ideo ſunt eiuſdem ordinis, & generis. Et tūc ex dictis Scotus tangit optimam regulam, quæ eſt hæc. Quodlibet eiuſdem generis, quod prædicatur per ſe, perſeitate primi modi, de alio eiuſdem generis, eſt ſuperius ad ipſum. Vult dicere Doctor, ꝙ quandocunque unum prædicatur de alio per ſe in primo modo, & ꝙ iſta duo nō ſunt in genere reductiue; ſed per ſe ī recta linea; unū eſt ſuperius ad aliud. Non enim poteſt eſſe inferius, patet; quia illud non prædicatur per ſe: nec poteſt eſſe diſperatum, quia tale non includitur eſſentialiter in diſperato, ſicut ſuperius in ſuo īferiori Cum igitur ratio generis prædicatur per ſe perſeitate primi modi de ipſo genere, erit tanquam ſuperius ad ipſum genus; & ita prædicabitur per ſe. Quare patet illa minor, quòd ratio generis eſt conuertibilis cum genere, & prædicatur ꝑ ſe de ipſo genere ꝑſeitate primi modi.

Ratio generis non prædicatur de ipſo genere per accidēs ſed per ſe.

Scotus tāgit optimam regulā.

Circa hanc rationem debetis aduertere: quod bona diffinitio tria debet habere. Primò, quod cum diffinito conuertatur, & hoc eſſentialiter, & adæquatè, hoc dico, quia deſcriptio debet conuerti cum diffinito, & ſubiecto, non tamē eſſentialiter,

Definitio tria debet habere. Prima conditio eſt.

ſi aliter,

tialiter,ſed accidentaliter,& etiam propter paſſionem, quæ licet conuertantur cum diffinito, & ſubiecto,non tamen eſſentialiter.Dicitur etiã adęquatè propter ultimam differentiam,quæ cõuertitur cum diffinito, non tamen adæquatè,ſed inadæquatè.Propterea benè dicit Sco. in textu, quòd ultima differentia excluſo genere , nõ dicit totam eſſentiam & naturam rei. Secunda conditio, quòd diffinitio declaret totam eſſentiam diffiniti. Tertia conditio, quòd diſtinguat diffinitum ab omni alio,quod nõ eſt ipſum : & ideo per Scotum hic poteſt eſſe ratio una, quòd ratio generis ſit bona diffinitio,ut arguatur ſic. omnis ratio, quæ eſt eſſentialiter,& adęquatè,conuertibiliter cum aliquo; & explicat totam eſſentiam rei,& diſtinguit ipſam ab omni alio, quod non eſt ipſum,tunc eſt bona diffinitio: ſed ratio generis eſt huiuſmodi, ergo.

Secunda conditio. Tertia conditio.

Præterea arguit Sco.Et quaſi hæc ratio coincidit cum priori, & ferè eſt declaratiua prioris, omnis ratio, quæ eſt ex prædicatis per ſe,& conuertibilis cum diffinito, eſt bona diffinitio: ſed ratio generis eſt huiuſmodi, ergò.

Iſta ratio eſt declaratiua prioris.

Aduerte circa literam,ubi ait;ratio,quæ eſt ex prædicatis per ſe conſtituta in diffinitione;quorum prædicatorum nõ cadit ſubiectum per ſe.i. ut pars intrinſeca,& quidditatiua. Dixit per ſe, quia quando ſubiectum cadit in diffinitione alicuius ut additum, eſt per accidens,non tamẽ per ſe.Ecce igitur prima conditio diffinitionis, quę eſt perſeitas primi modi.

Pondera literã Doctoris.

Prima cõditio definitionis.

Tangit ſecundam conditionem,quæ eſt conuertibilitas: & ideo dicit, ſi ſit conuertibilis cũ diffinito; ſi pro quia debet eſſe conuertibilis cũ diffinito, illa ratio hæc duo habens in diffinito,totum hoc fuit una maior propoſitio.Hęc eſt

Secunda conditio.

huiuſmodi. Vbi tangitur minor, quæ eſt, quod ratio generis eſt ex prædicatis per ſe, & conuertibilis cum diffinito.

Pondera illud uerbum, quia in diffinitione nullius diffiniti cadit, ſiue ponitur diffinitum, ut pars eſſentialis eius, ſed benè quandoque ut additum. Item ibi tãgitur alia ratio, quæ etiam quaſi coincidit cum priori, tamen hanc inducit ut omnes inſtantias tollat, omnis ratio: quæ prę dicatur per ſe de aliquo, & conuertitur, eſt bona diffinitio illius, ſed ratio generis eſt huiuſmodi, ergo.

Reſponſio cõtrariæ partis.

Aduerſarius reſpondet ad illam maiorem huius rationis, reflectendo argumẽtum contra eã ſic: ſed propterea paſſio prædicatur per ſe de aliquo, & conuertibiliter, ergo erit diffinitio eius. Non ualet; & ideo oportet intelligere illam minorem ſic: omnis ratio, quæ prædicatur per ſe perſeitate primi modi, & conuertibiliter cõuertibilitate eſſentianli, & adæquata, eſt diffinitio eius; & ſic maiori intellecta inſtantia nullũ habet locum. Et ideo Sco addit in textu, quòd prædicatur per ſe, & conuertibiliter, & non ut proprium: quia ſi prædicaretur conuertibiliter ut proprium, tunc ſequeretur, quòd tota illa ratio quæ eſſet in caſu proprium, poſſet diffiniri, ſicut proprium diffinitur. Neque ut differentia. Ibi Sco. tollit aliam inſtantiam, quæ poſset ſibi fieri de differentia ultima, quę prædicatur per ſe, & conuertibiliter. Et ideo Sco. dicit, neq; ſupple tũ ratio generis prædicatur de genere per ſe, & conuertibiliter, ut differentia ultima. ratio ponitur hic; quia ſi tota illa ratio generis eſſet ut differentia ultima: tunc illi differentiæ oporteret addere genus: ratio, quia differentia ultima, excluſo genere, non dicit totam eſſentiam alicuius:

Litera Scoti.

Differentia ultima excluſo genere non dicit totam eſſentiã.

ius: & ſic oporteret addere genus, oporteret addere uniuerſale, quod quidem uniuerſale eſt genus diffiniti, ſcilicet generis ĩ hac diffinitione: & ſi adderetur in hac diffinitione: tunc eſſet nugatio, patet, quia eſſet inutilis repetitio. Nã bis uniuerſale eſſet ſub intellectu eſſet. n. ſub intellectu, cum dico, genus eſt illud, ſcilicet, uniuerſale: & eſſet ſub ĩtellectu in diffinitione generis.

Si diffinitio generis ſumeretur, ut ultima differentia per caſum. Nam cum ultima differentia non poſſit ſignificare totam eſſentiam rei ultimatæ excluſo genere: ideo oporteret illud addere, & ideo cum bis eſſet ſub intellectu, eſſet nugatio. Et Sco. infert tunc principale intentum, & ait, ergo hæc ratio generis eſt uera diffinitio.

Dicendum ergo. in hac parte Sco. ponit concluſionem ſuam ad mentem propriam; quæ eſt, quòd ratio generis non eſt deſcriptio: ſed uera diffinitio. Hæc eſt concluſio tenenda, quę ſic probatur. Omnis ratio, in qua ponitur uerum genus, & propria differentia, eſt uera diffinitio, & propria: ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo. Maior eſt de mente philoſophi. Minorem probat Scotus hic quo ad ambas partes. Primo, quod in ea ponitur genus. Nam certum eſt, quòd ratio uniuerſalis eſt prædicari de pluribus, primo periherme nias. Et ita cum illud ponatur in diffinitione generis, habemus propriam rationem uniuerſalis & generis, ergo rectius diffinitur aliquid, cum loco ſui generis, ponatur ratio illius generis, qua arte utitur Sco. & Porphy. hic. Præterea ponit & differentia, q̃ eſt prędicari de pluribus differentibus ſpecie, & prędicari in quid. Nam prædicari in quid, ſiue in quale, ſunt duæ differentię diuerſæ huius generis, quod eſt prædicari de pluribus, contrahentes hoc genus ad diuerſas ſpe-

Scotus ponit opinionem ꝓpriam.

Primo periher. cap. 5.

Prædicari in q̃d ſiue in quale ſunt duæ differentiæ diuerſæ.

cies:ſic etiam diuiditur per ſe prædicari de pluribus in differentibus ſpecie,& differentibus numero. Et ita patet, quòd ratio generis habet genus, & differentiam.

Nota.

Circa hanc literam ponderate ualde illum locum, ibi Sco. dicit, quòd de differentibus genere inquantum talia nihil prædicatur per ſe. Modò certum eſt quòd ſubſtãtia, quæ eſt generaliſſimũ, quantitas, qualitas, relatio,& alia prædicamenta, differunt genere: & tamen de eis nihil prædicatur per ſe: quia ſi aliquid prædicaretur per ſe de eis, maximè eſſet ens: ſed ens, logicè loquendo, eſt æquiuocum, ergo nihil de eis prædicatur per ſe. Præterea dato quòd ens prædicetur uniuocè de decem prędicamentis: non tamen prædicaretur inquantum differũt genere: ſed inquantum ſunt partes ſubiectiuæ entis. Præterea idem erit de ſubſtãtia reſpectu generum intermediorum. Nam ſubſtãtia inquantum prædicatur de corpore,& animali, quæ differunt genere, ſiue inquantum ſunt genera, non prædicatur de eis, ut ſunt genera,& differunt genere: ſed ut ſunt ſpecies ipſius ſubſtãtiæ, quę eſt genus generaliſſimum. Nã corpus, & animal relata ad ſuperiora, ſiue ad ipſam ſubſtãtiam, ſubibunt rationem ſpeciei,&perdunt rationem generis: & ideò ſuperius prędicatur de eis, non inquantum differunt genere: ſed inquantum differunt ſpecie. Et ita patet ſolutio quęſtionis poſitę. ex toto iſto diſcurſu ſequitur, quòd ſecunda intentio per ſe diffiniatur,& quòd eius eſt uera diffinitio. Nam ex prima quęſtione generis patuit, quòd ſecunda diffinitur intentio per ſe in concreto; hic autem probatur ratione, quòd eſt uera diffinitio,& non deſcriptio, ergo ſecundum Sco. tenendum eſt, quòd uere ſecundę intentiones per ſe diffiniuntur. Tradit Ariſto.

Ens logicè loquendo an ſit æquiuocum.

Solius ſubſtantiæ eſt definitio Septimo Meta. cõtex. 50. & 4. Meta. contex. 13.

quòd

quòd perfecta diffinitio eſt entis realis, ergo.

Propoſita fuerat quæſtio à Sco. An generis diffinitio ſuperius poſita ſit conuenienter data? Cõcluſum eſt, & determinatum eſt in corpore quæſtionis, quod ſic; ac pluribus rationibus probatum: & quia multifariam, multisq́; modis antea Scotus probauit oppoſitum; ſupereſt ea argumẽta referre, & rationes oppoſitas illi dare. Facit igitur primum argumentum, quod quidẽ eſt ualde longum, & ingenioſum, & multas habens replicas; & ideo eſt diligẽter reſpiciendũ ad illud.

Arguitur igitur ſic primo: omne accidens diffinitur per ſubſtãtiam, ſed genus eſt accidens, ergo diffinitur per ſubſtãtiam: ſed nulla apparet ſubſtantia in diffinitione generis, ergo malè. — *Primum argumentum.*

Ad hoc argumentum dicit Sco. quòd illa maior aſſumpta eſt uera de accidentibus copulatis, accidentia copulata: ſunt illa, quæ determinatè habẽt aliquam ſubſtãtiam, ſic quòd ibi determinant quandam ſubſtãtiã, & partes ſubiecti, quòd non poſſunt inueniri in alio. Et iſta accidentia copulata ſunt iſta; gratia exempli, curuitas & ſimitas in naſo: ſimitas enim in naſo ita inuenitur, quòd non alibi. criſpitudo capillorum dicitur accidẽs copulatum. Gibboſitas in dorſo. De iſtis igitur accidentibus eſt uerum, quòd aſſumpſit propoſitum, quòd omne accidens copulatũ, ſcilicet, debet diffiniri per ſubſtãtiam; cuius ratio eſt, quia res ſicut ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci, & diffiniri. Cum igitur ita ſe habeat ad eſſe, quod non poſſit eſſe ſine ſubſtãtia illa determinata, ita etiam non poteſt cognoſci, nec ſine illa perfectè diffiniri. Intentiones autem ſecundæ non determinant rem, & partem alicuius generis, ſicut ſimitas determinat ſibi naſum: ꝓbo, quia intentiones ſecundæ uniuocè, & ſub ea-

Septimo Meta. cõtex. 17. & 19

Quæ nam ſint accidentia copulata.

Intentiones ſecundæ non determinãt rem.

dem ratione rebus applicantur omnium generum: & ita non ſunt accidentia copulata: & ideo non debent diffiniri per ſubſtantiam.

Scotus ĩpugnat hanc ſolutionem.

Nunc Sco. arguit contra hanc datam ſolutionem. Vbi eſt aduertẽdum, ꝙ facit iſtã inſtantiã. Nam Sco. dicit in ſoluendo argumentum, intentiones applicantur rebus omnium generum: & ideo ex hac data reſponſione ſequitur, quòd hęc intentio ſecunda genus, eſt uniuoca, & uniuocè applicatur animali, colori, & plantæ, quæ ſunt ſub hac intentione ſecunda, ꝙ dico genus. Sumpta igitur occaſione ab hac reſponſione arguit Sco. contra datam ſolutionem ſic: ſi paſſio eſt uniuoca, ergo ſubiectum uniuocum, conſequentia patet primo. Poſter. ſed intentio generis, quę eſt paſſio, eſt uniuoca per ſe multis generibus, ergo & ſubiectum cuius, quod eſt animal, & color erit uniuocum: ſed hoc eſt falſum, ſcilicet, quod animal, & color ſint ſubiectum uniuocum, & per conſequens nec intentio generis erit uniuoca in omni genere. Et ita ſecunda intentio erit accidens copulatum, quod eſt contra datam reſponſionem.

Primo poſt. cõ tex. 39.

Propterea bene ſequitur, ſi actus eſt uniuocus, & potentia eſt uniuoca. uult dicere, ſi forma eſt uniuoca, ergo & materia erit uniuoca, ad quã materiam ordinatur forma: & ſic, ſi accidens, cuius eſt ſecunda intentio, eſt uniuocum, ergo & ſubiectum erit uniuocum: & ita iſtud accidens habebit ſubiectum copulatum, per quod debet diffiniri, & determinari.

Reſponſio Doctoris.

Ad iſtas duas inſtantias inductas contra ſolutionem principalem, Doctor reſpondit una reſponſione, & ait, quod illud eſt uerum de paſſione reali, quæ egreditur ex principiis ſubiecti realis: & de hac paſſione loquitur philoſophus

primò.

primo Poſter. Nam illa paſſio eſt demonſtrabilis de ſubiecto. Vnde hic eſt diligenter obſeruãdũ. Primò, quòd paſſio realis egreditur ex principiis ſubiecti: ſecunda autem intentio non egreditur ex principiis ſubiecti: ſed originaliter, & occaſionaliter eſt à rei proprietate. Secundò paſſio realis eſt demonſtrabilis de ſubiecto: ſecunda intentio non eſt demonſtrabilis de ſubiecto: Propterea paſſio realis effectiuè eſt ſecundum communem opinionem à ſuo ſubiecto: ſed intentio ſecunda non, ſed originaliter, & ab intellectu effectiuè: & ideo illud, quod ſumitur in argumento, eſt falſum. Tangitur. n. intentionem eſſe paſſionẽ reſpectu ſubiecti: & hoc eſt falſum. Et ita patet ſolutio ad inſtautiam illam, quia æquiuocatur, & non eſt ad propoſitum. Ad ſecundum, cum loquitur de actu, & potentia: dico, quod illud eſt uerum de actu, & potentia ex natura rei, & præter operationem intellectus, q̃d non poteſt eſſe in ſecundis intentionibus. Vnde propriè in ſubiecto non eſt potentia ad ſecũdam intentionem ex natura rei: ſed ut conſideratur à ratione. Et ita hucuſque habemus, quid Doctor conceſſit ex hac data repõſione ad duas inſtantias. quòd ſi paſſio eſt uniuoca, & ſubiectũ eſt uniuocum, eſt uerum de paſſione reali, & in primis intentionibus, non autem de ſecundis. Vbi ſtat ſecundam intentionem eſſe uniuocã, & tamen ſubiectum non eſt uniuocum: ita quod hæc intentio, genus, eſt uniuoca, & ſub eadem ratione conueniens & applicabilis animali, & colori, qu æ non ſunt uniuoca reſpectu huius intentionis. Contra hanc reſponſionem arguo ſic. ſicut entitas generis, & aliarum ſecundarum intentionum eſt ab entitate primarum intentionem, & præſupponit illas; ita unitas ſecundarũ

Primo poſt. cõ tex. 39.

Paſſio realis egredit̃ ex principiis ſubiecti.

Secunda Intentio originaliter, eſt a prima, effectiuè ab intellectu.

Doctor concedit ꝙ ſi paſſio eſt uniuoca, & ſubiectum eſt uniuocum, eſt uerum de paſſione reali.

Arguitur contra hanc reſpõſionem.

intentionum,& uniuocatio præſupponit unitatem,& uniuocationem in primis intentionibus probo, quia ſi nulla eſſet unitas uniuocationis in hac re, ſcilicet animali, & illa re; ſcilicet album; ergo uniuocatio, quæ eſt in hac ſecunda intentione generis,à nullo accipitur: quia tu cõcedis, quod non accipitur à ſubiecto hoc,uel illo, ergo uniuocationi generis nulla unio correſpondet ex parte rei,& ſubiecti,ergo illa uniuocatio generis eſt figmentum. Stat adhuc fortiter tanquam miles fortis armatus,& ſubſtentat ſolutionem ſuam;& ait quod ex parte rei eſt aliqua unitas, ſcilicet unitas proportionis, à qua unitate proportionis intellectus mouetur ad cauſandam hanc intentionem generis uniuocã quam attribuit animali,& colori. Et ita ſecundum hanc reſponſionem inſtat Doctor,& oſtendit,quod iſta reſponſio eſt nulla: quoniam unitas maior non ſumitur à minori: probo iſtam: quia nemo dat,quod non habet. ſecundo per dictum Platonis, quòd nihil agit extra ſuam ſpeciem: modò ſi unitas maior ſumeretur à minori, minor unitas ageret ultra ſuam ſpeciem & uirtutem:ſi unitas uniuerſalis eſt maior,& unitas poportionis eſt minor, ut patet in omnibus. ergo unitas uniuerſalis, quæ eſt in genere, non poteſt ſumi ab unitate proportionis, quæ eſt in re. Ad hoc argumentũ reſpondet Doctor, & ait, quòd unitatẽ maiorẽ ſumi à minori contingit dupliciter. Primò complete,totaliter, & effectiuè; & ſic loquendo, eſſet manifeſtum inconueniens, quòd maior unitas ſumatur à minori: & ſic concedo,quòd unitas uniuocationis,quæ eſt in genere, eſt ab unitate proportionis, quæ eſt in re incomplete, & occaſionaliter: ratio,quia unitas in re tam eſt occaſio ſecundæ intentio-

nis

Inſtantia Doctoris.

Vnitas maior, non ſumitur à minori.

Reſponſio Doctoris.

Vnitatem maiorem ſumi à minori contingit dupliciter.

nis unitatis in genere, pro quãto intellectus tenetur ab illa unitate, quę eſt in re; tamen quia ſecunda intentio effectiuè eſt ab intellectu, maiorẽ entitatem ſumit ab opere intellectus, quã à rei proprietate. Nam maiorem entitatem ſumit ab eo à quo dependet effectiuè, quam ab illo à quo dependet occaſionaliter: & quia ſecunda intentio generis pendet à re occaſionaliter; & ab intellectu effectiuè; ideo ab intellectu maiorem ſuſcipiet unitatem: cum ab illo etiam maiorem entitatem ſumat. Et ita ſtabit ſolutio firma; quòd maior unitas ex parte intellectus ſtabit cum maiori unitate ex parte rei: & hoc non eſt inconueniens: ſed neceſſarium. Aliter poteſt dici. Aduerte, quòd iſta reſponſio ponitur ad illam replicam, quæ concludit, quod intentio generis tunc eſſet figmentum: quia nullum ſibi correſpondet ſubiectum uniuocum ex parte rei: & ita inſtantia incipit ibi: Cõtra, ſi nulla in hac, & illa eſt unitas, ergo figmentum. Ad hoc fuit data una reſponſio, quod ibi eſt unitas proportionis, quæ conſiſtit in ſimiliter ſe habere. Modò Sco. uult dare aliam reſponſionem ad illam inſtantiam, & tenere, quòd non tantum eſt uniras proportionis ex parte rei; ſed etiam eſt unitas uniuocationis ex parte rei; quemadmodum eſt uuitas uniuocationis ex parte ſecundæ intentionis, puta generis: & ita ſumitur unitas uniuocationis, quæ eſt in genere, ab unitate quę eſt in re. Quod autem hoc ſit uerum, debetis intelligere, quod in hac re Sco. talem habet imaginationem, quòd res poteſt conſiderari dupliciter, ut puta, animal, & color poſſunt conſiderari primò in re, hoc eſt in ſuis naturis, & quidditatibus, pro ut nullum habent reſpectum ad intellectum; & ſic animal, & color poſſunt eſſe ſu-

Secunda intentio maiorem entitatem ſumit ab opere ĩtellectus quàm à rei proprietate.

Aliter põt dicį

Aliam reſponſionem affert Scotus.

Res põt conſiderari dupliciter.

bictum,

biectum uniuocum quoddam reſpectu huius ſecundæ intentionis generis;quæ applicatur utrique,ſcilicet animali,& colori. Secundò animal & color poſſunt eſſe ſubiectum uniuocum generis,&ſinon conueniant in re uniuocè conſiderata in ente, præſupponendo æquiuocum entis & non intellectus: quia inuenit illam proprietatem, differentibus ſpecie: & ſic faciunt unum fundamentum adæquatum huius ſecundæ intẽtionis,& conforme:& licet in re ſint plura;tamẽ intellectus accipit illa duo ut unum,pro quanto una eſt ratio fundandi huiuſmodi ſecundam intentionem generis cõformiter ſe habentis ad ſua inferiora. Nam ſicut ſe habet animal ad ſua inferiora, quod natura ſua eſt communicabile pluribus differentibus ſpecie: ſic ſe habet color ad ſua inferiora.Et ita ſolutio eſt clara;licet animal,& color in ſe cõſiderata ſint plura,& diuerſa; tamen conſiderata ab intellectu unũ habent rationem fundandi hanc ſecundam intentionem, quæ eſt genus: & quia una eſt ratio, ideo poteſt eſſe ſubiectum uniuocum. Et ita ſtabit unitas uniuocationis generis cum unitate uniuocationis ex parte rei,& ſubiecti.Hæc reſponſio Sco. poteſt confirmari per alteram regulam. quam habet ipſe. Vbi uult, quòd quando ſunt aliqua duo receptiua alicuius formæ eiuſdem rationis, poſſunt eſſe, & conſiderari dupliciter. Primò in ſe ut tale, & tale ens abſolutè. Secundò poſſunt conſiderari, ut receptiua, hoc eſt ſub illa ratione recipiẽdi. Primo modo poſſunt eſſe alterius rationis:ſecundo modo poſſunt eſſe eiuſdem rationis. Nam animal,& color;ſiue animal, & lignum poſſunt conſiderari dupliciter. Primò animal inquantum animal,& lignum inquantum lignum; & ſic ſunt alterius rationis

Quomodo Animal & color ſint plura.

Reſponſio Scoti confirmatur per alteram regulam.

Animal & lignum poſſunt cõſiderari dupliciter.

ſecun-

Secundo modo poſſunt conſiderari ut animal eſt ſuſceptiuum albedinis: & ſic illa duo, licet ſint diuerſa in ſe, tamen ſub ratione receptiui ſunt eiuſdem rationis: & ſic animal, & color licet ſint alterius rationis, tamen, ut ſunt ſuſceptiua ſecundæ intentionis, quæ eſt genus, ſunt eiuſdem ratiouis, & uniuocum. Et hoc eſt quod dicit Sco. in illa litera. Aliter concedi poteſt ſcilicet ad illam inſtantiā illatam, ꝙ ſcilicet, ſecunda intentio generis habet ſubiectū, & fundamē tum uniuocum: probat, quia licet nulla, & eadem res ſit in diuerſis generibus, ſupple tu, conſiderata in ſe; poteſt tamen ſupple tu eadem res ſecundum quod cōſideratur à ratione, eſſe uniuoca: & ſic tantum eſt ſubiectum intentionis genericæ. Aliter poteſt dici. Hac in parte Scot. ponit aliam reſponſionem, & faciliorem ad hoc argumentum principale, cum dicitur, omne accidens diffinitur per ſubſtantiam. Dicit Sco. quòd illa maior eſt uera de accidentibus, quæ habent ſuum eſſe à ſubiecto, ſcilicet, effectiuè: quia non propter aliud diffinitur accidens per ſubſtantiam, niſi quia per illam habet eſſe, & conſeruatur. Intentio autem generis non eſt ſic in propoſito, quia non habet eſſe à ſuo ſubiecto effectiuè: ſed habet ſuum eſſe effectiuè ab intellectu: quia non oportet, quòd per ſubſtantiam tanquam per ſubiectum diffiniatur. Et ita patet ſolutio ſecunda ad primum argumentum, ſecundò arguitur ad quæſtionem. Alia reſponſio Scoti.

Nullum concretum diffinitur, genus eſt cōcretum, ergo non diffinitur: maior eſt manifeſta: & minor probatur. Nullū ens per accidens diffinitur. 7. Metaph. Patet, quia non habet quod quid eſt, ſed concretum eſt huiuſmodi, ergo. Ad hoc argumentum negatur illa maior. Ad probationem Septimo Meta. contex. 20. & 21. Septimo Meta. cōtex. 20. & 21.

nem reſpondet Sco. quòd illud dicitur ens per accidens, quod aggregat in ſe duas naturas, ut homo albus: & illud tale non habet quod quid eſt, ſiue diffinitionem: nego, quòd genus hoc modo ſit ens per accidens; ſed eſt concretum intentionale reponibile per ſe in proprio genere ſuo. Et ita genus tanquam concretum ſumptum, ut eſt una ſpecies uniuerſalis, poteſt diffiniri.

Tertio arguit.

Tertio arguitur ſic. Omne quod diffinitur eſt in genere: ſed concretum non eſt in genere, ut eſt genus: ergo non poteſt diffiniri; minor patet 3. Topic. ut habet philoſophus, quòd magis eſt eligendum illud quod eſt in genere, quàm illud quod non: & exemplificat de iuſtitia, & iuſto.

Tertio topicorum. cap. 1.

Dat duplicem reſpōſionem. Prima reſponſio. Tertio topicorum. cap. 1. Duplex genus.

Ad hoc argumentū Sco. duplicem dat reſponſionem. Prima eſt, quòd iuſtum non eſt in genere uirtutis: ratio, quia non facit habentem bonū nec eius oppoſitum bonum reddit, ſicut eſt de ratione uirtutis. Eſt tamen in genere prædicabili: & ideo hæc eſt diſtinctio; quòd duplex eſt genus: quoddam uirtutis; & quoddam prædicabile. Cum arguitur, omne quod diffinitur eſt in genere, tranſeat illud; ſed concretum non eſt in genere, ut puta iuſtum, uel genus. Dico ad iſtam, quòd licet non ſit in genere uirtutis, eſt tamen in genere prædicabili: & ideo diffiniri poteſt.

Secunda reſpōſio.

Secunda reſponſio eſt, quòd genera generaliſſima accidentium, ut quantitas, & qualitas, ſunt abſtracta: & ideo in illis generibus non ſunt propriè niſi abſtracta, ideſt, niſi illa quæ accipiunt prædicationem abſtractorum: & quia concreta non recipiunt prædicationē abſtractorum: ideo uidetur, quòd non ſint in genere, niſi reductiuè: tamen dicit Sco. concreta inter ſe conſiderata ſunt per ſe in genere: quia in ſe conſiderata ſe habent ſicut ſuperius, & inferius: & ita poſſunt

con-

conſtituere genus. ſed cõtra, ergo erunt duo prædicamenta, concretorum, uidelicet, & abſtractorum? nego, quia tandem coordinatio concretorum reducitur ad ordinem abſtractorũ. Et ita patet, quòd poſſunt diffiniri.

Quartò arguitur ſic. ſolius ſpeciei eſt diffinitio. 7. Metaph. ſed genus nõ eſt ſpecies, ergo. Ad hoc argumentum facilis eſt reſponſio. Nam genus licet in ſe conſideratum non ſit ſpecies, ſiue in ordine ad aliud uniuerſale ſibi oppoſitum: tamen eſt ſpecies uniuerſalis in communi: & ut ſic diffinitur hic.

Quarto arguitur. Septimo Met. coniex. 50. & 4. Meta. cõtex. 13. Genus eſt ſpecies uniuerſalis ut modus.

Quintò arguitur ſic. omnis diffinitio conſtat ex genere, & differentia per Ariſto. in Topicis: ſed hæc non eſt huiuſmodi, ergo. Ad hoc argũ tranſeat maior: minor aſſumpta negatur. Nã uiſum eſt in corpore quæſtionis, quòd in diffinitione generis ponunt genus, & differẽtia, ergo.

Quinto arguit. Sexto topicorum. cap. 4.

Sexto arguitur ſic. Omnis diffinitio debet dari per priora, & notiora; probatur hoc, quia diffinitio datur cauſa innoteſcendi per Ariſto. in Topic. ſed iſta non eſt huiuſmodi, ergo. patet, qa datur per illud, quod eſt poſterius genere, aut ſimul natura cum eo, ſicut ſpecies: & ita non datur per prius, & notius, ergo malè. Ad hoc argumentum dicit Doctor, quòd abſolutum poteſt cognoſci in ſe per eſſentialia, & notiora; & hoc eſt uerum de diffinitione quidditatiua; & ideo in diffinitione eius non debet alia poni. Illud autẽ quod dependet per ſe ad aliud, ſine illo cognoſci non poteſt: & quia relatiuũ dependet ad correlatiuum; ideo ſine eo cognoſci non poteſt. Et propterea dicit Sco. quòd correlatiuum ponitur in diffinitione relatiui, non tamen notius, neq; tanquam illud, quod eſt de eſſentia relatiui: ſed illud, ſine quo cognoſci non poteſt.

Sexto arguit. Sexto topicorum. ca. 2. & 4.

Correlatiuum ponitur in definitione relatiui nõ tamen notius ſed illud ſine quo cognoſci non poteſt.

Vltimò

Vltimo arguitur.

Vltimò arguitur ſic, dicit Scot. Illa diffinitio non eſt bona, in qua committitur nugatio: quia nugatio fugienda eſt in opere artis: ſed in diffinitione generis committitur nugatio. ergo: probat minorem, quæ eſt multum tedioſa. oſtendit igitur quòd in diffinitione generis eſt nugatio, cum dicitur de pluribus differentibus ſpecie. Nā per ly de pluribus, quod eſt cōparatiuum, intel. igitur poſitiuum, multitudo, ſiue multa: Vnde multitudo eſt tanquam unum abſtractum, & genus diuiditur in duas partes ſuas, ſcilicet in differentiam, & diuerſitatem: modo certum eſt, cum dico pluribus differentibus, ibi eſt nugatio; quia ſuperius præponitur ſuo inferiori, & genus præponitur ſuæ ſpeciei, ut multitudo præponiẽ differentiæ, modo hic eſt nugatio, cum dico multitudo differentia, ſicut cum dico animal homo, nā cum dico homo, intelligo animal, in quo eſſentialiter includitur homo, ergo ſuperfluit dicere animal homo: ſic cum dico multitudo differentia, ſicut pluribus differentibus. Nam differentia includit multitudinem, ſicut genus ſuam ſpeciē. Modò differentia, quæ eſt abſtractum & ſingularis numeri, includit multitudinem: ita differentia in plurali, quæ deſcendit ab hoc, hic, & hęc, & hoc differens, ut in plurali numero concretiuè ſumitur, includit multa, quæ etiam concretiuè ſunt ſumpta Et dicit ibi Doctor; & ſi ly pluribus ponitur ſiue exponitur pro multis, ut dicunt expoſitores, accipiendo comparatiuum pro poſitiuo, uel ſi ly pluribus teneatur comparatiuè, adhuc currit argumentum, quia adhuc comparatiuum, & ſuperlatiuum idem habent ſignificatū, non tamen eundem modum ſignificādi. Ad hoc argumentum ponitur una reſponſio grammaticalis, quæ eſt, quòd bene uerum eſt, quòd eſt nugatio,

Genus diuiditur in duas partes.

Differentia includit multitudinem.

Reſponſio Grāmaticalis.

gatio,quando præponitur inferius ſuperiori ex eadem parte orationis, ut dicendo, homo animal currit,ibi inferius, & minus commune præ ponitur ſuperiori & magis communi; ſiue cum dico,differentia multa: non tamen committitur nugatio econuerſo, ideſt, quando ſuperius præponitur inferiori,& inferius poſtponitur; ratio, quia illud facit ad ornatum orationis,facit quo que ad intellectũ faciliorem propoſitionis: q̃a in tali ordine inferius ſpecificat,coarctat, & etiã determinat illud ſuperius. Contra dicit Sco. per Ariſto.6.Topic. Vbi aduerte,quòd Sco. uult oſtẽdere hic, quòd ſiue præponatur, ſiue poſtponatur inferius ſuperiori,ſemper eſt nugatio. Et primo declarat, quòd præponendo inferius ſuperiori, committitur nugatio: & hoc oſtendit ex ſententia philoſophi; Vbi ſupra, ubi ait, ſi uniuerſali,ſiue ſuperiori addatur, ſiue præponatur particulare & inferius,committitur falllacia nugationis.Nam dicendo,iuſtum expediens eſt,eſt nugatio:ratio,quia iuſtum continetur in expediente,ſicut inferius in ſuo ſuperiori.Et ita abũdans, & ſuperfluum eſt apponere in diffinitione expedientis ipſum iuſtum. Et iſta inſtantia coincidit cum ratione data.Item ubi adducitur,quòd. Scot. arguit, quòd eſt nugatio præponere ſuperius inferiori, & iſtud eſt contra datã reſponſionem: probat autem hoc Scotus dupliciter. Primo de mente Philoſophi. 7. Metaph. ubi uult, quòd ſit nugatio pręponendo differentiam ſuperiorem inferiori, ut præponere pedalitatem tãquam differentiam ſuperiorem bipedalitati tanquam differentiæ inferiori, dicendo ſic.Animal habens pedes,bipes eſt,hic nugatio, quia ly pedes præponitur bipedi; quòd ſit nugatio,oſtenditur dupliciter iuxta duos modos cognoſcẽdi nu

Sexto topicorum.cap. 3.

Ariſt.ubi ſupra

Septimo Meta. contex. 43.

gatio-

Duo ſunt modi cognoſcendi nugationē.

gationem. Primò ponendo rationes pro nominibus, ſiue diffinitis; ponere autem rationes pro nominibus non eſt aliud, niſi diffinire, & exponere diffinitionem: & tūc cum uolumus cognoſcere, quod hic ſit nugatio, animal habens pedes, bipes; dicemus, animal habens pedes duos habens pedes, hucuſque manifeſta apparet nugatio.

Sexto topicorum cap. 3.

Ariſt ubi ſup.

Aliter autē poteſt illud oſtendi ex tranſpoſitione terminorum, ſiue ex commutatione eorum; ſic dicendo, ex tranſpoſitione diffinitionis; animal habens pedes bipes, tranſpone hic, animal bipes pedes habens: hic apparet manifeſta nugatio. Nam dicendo bipes, ſuperfluit dicere, pedes habens: quia certum eſt, quòd bipes pedalitatē ſupponit. Hæc duo media, ſcilicet, de ratione ponenda pro nomine, & traſpoſitione terminorū, ſi ualent, ſi pro quia, hęc ualent hic, & ubique improbare dictam reſponſionem.

Differentibus ſpecie ponitur expoſitiue.

Ad iſtud argumentum ſic reſpondendum eſt, concedo maiorem, & nego minorem. Ad illam inſtantiam, dictum eſt, quòd ly differentibus ſpecie ponitur expoſitiuè: & non ut diuerſæ partes ut cum dico de pluribus, & differētibus ſpecie: & ita pars poſterior eſt expoſitio partis prioris; & ita non committitur nugatio. ſit finis pręſentis quæſtionis.

Septimo Metaphyſ. contex. 15.

QVAESTIO XVI.

CIRCA Hanc particulam diffiniuit Porphy. genus, deinde laborauit in declarādo datā generis diffinitionē, & uoluit genus hic diffinire per particulas poſitas in diffinitione ab uel de ſicut eſt de ratione cuiuſcunq; diffinitionis bonæ: & quia in diffinitione generis

tis ponitur hæc particula differentibus ſpecie, per quam particulam differt genus ab ipſa ſpecie. Nam ſpecies prædicaẽ de pluribus differenti bus numero, genus uerò differentibus ſpecie; & in declaratione exemplari dixit Porphy. Genus prædicatur de ſpecie, ſiue animal prædicatur de homine, equo, & boue; gratia huius exempli po ſiti à Porphy. Sco. mouet perdifficilem, & nobis utilem quæſtionem. Difficilis & utilis Quæſtio.

An illa propoſitio, in qua genus prædicaẽ de ſpecie, ſiue animal de homine, ſit uera. Ordo autem, & continuatio iſtarum quæſtionum eſt ualdè notabilis. Nam prius diſputandum erat de ipſa diffinitione in ſe, & de bonitate, & conuenientia eius: deinde diſputandum erat de particulis poſitis circa diffinitionem: Et ideo prius laborauit circa totum; modò labor incumbit circa partes, inter quas erat hæc ly differentibus ſpecie. Ordo iſtarum quæſtionũ eſt ualde notabilis.

Quæritur ergo utrum hæc propoſitio ſit uera, homo eſt animal, ſiue conſimiles propoſitiones, in quibus genus prædicatur de ſua ſpecie; & hæc, albedo eſt color, triangulus eſt figura; & ſic de ſingulis, in quibus genus prædicatur de ſua ſpecie? Termini autem in hac quæſtione ueniũt declarãdi, qui ſunt iſti, genus, ſpecies. Quid ſint notũ ẽ ex prioribus. Propterea dictũ, ẽ ꝙ duplex eſt ꝑdicatio; ſignata, & eſt illa, q̃ fit ꝑ terminos ſecundarũ intentionũ; ut hæc, genus ꝑdicatur de ſpecie. Alia eſt exercita, q̃ fit mediante hoc verbo eſt in primis intẽtionibus; ut hõ eſt aĩal: Dictũq; eſt conſequentiã ualere arguendo, genus prædicatur de ſpecie, ergo homo eſt animal: ſpecies prædicatur de indiuiduo, ergo ſortes eſt homo. Hic autem erit ſermo de prædicatione exercita, quæ fit per fundamentum ſecundarum intentionum: & non de prædicatione ſignata, & in ſecun Duplex prædicatio.

dis intentionibus. Et hoc oportet præſupponere hic tanquam ſingulare documentum. Differentiam tamen ponas inter ſubiectum,& fundamentum; quia fundamentum dicit habitudinem ad relationem,& eſt illud quod refertur; relatio uerò non eſt illud quod refert, ſed eſt principium referendi & quo: ſubiectum autem dicit habitudinem ad accidens, & habet rationem ſubſtentãtis,ut patet.

Differentia eſt inter ſubiectũ & fundamentum.

Quid autem ſit animal: animal. n. ſecundum Peripateticos, eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Quid ſit homo;homo autem eſt digniſſimũ omnium eorum, quæ ſunt in mundo. alij dixerunt quòd homo eſt capax beatitudinis,& diſciplinabilis:alij dicunt hominem eſſe animal natura ciuile.Porphy.uult,hominem eſſe animal rationale mortale. Scot. uerò dicit, quòd homo poteſt quatuor modis conſiderari. Primò inquantum eſt ſubſtantia;& ſic homo cognoſcitur in conceptu communi: iſta notitia, quæ habetur de homine inquantum ſubſtantia, eſt confuſa, & imperfecta præſupponens diſtinctam, & perfectam. ſecundo poteſt conſiderari homo inquantum eſt natura manſuetum animal:& ſic cognoſcitur conceptu per accidens, quia in paſſione propria eius:& iſta notitia,qua cognoſcimus hominem natura manſuetum animal, eſt imperfecta; quia notitia paſſionis præſupponit notitiã ſubiecti.tertio cognoſcimus hominem inquantum eſt nobiliſſimũ animal:& iſta notitia adhuc eſt imperfecta,quia reſpectiua præſupponunt abſoluta. quarto cognoſcitur inquantum animal rationale:& ſic cognoſcitur perfectè, & diſtinctè,quia in proprio conceptu,& diſtincto modo. Ad propoſitũ loquimur de ipſo homine inquantum eſt conſtitutus ex animali, & rationali: ex ani-

Quid ſit Animal.
Quid ſit Homo
Homo conſideratur quatuor modis Scotus in 3.q. prologi.
Primo modo.
Secundo modo.
Tertio modo.
Quarto modo
Quæſtio eſt de homine,inquãtum eſt conſtitutus ex Animali et rationali.

animali inquantum eſt pars eius. Et uolumus diſputare, ex quo homo dicit quoddam totum conflatum ex duabus partibus;& animal dicit quandam partem ipſius hominis ſpeciei humanæ, quomodo eſt poſſibile, quòd pars prædicetur de toto? Qua propter ut ueritas tantæ difficultatis pateat, quæſiuit ſub hac dubitationis forma.

Vtrum hæc ſit uera, homo eſt animal? Et ita patet continuatio,& ordo quaſtionum, & declaratio terminorum. Arguit ad partes, & uidetur, q animal non poſſit prædicari de homine. Nulla pars p̄dicatur de toto 4. Topic. Animal eſt pars 5. Metaph. idem patet per Porph. cap. de differentia,& ſpecie, ergo genus non prædicatur de ſpecie, ergo hæc eſt falſa.

Arguit ad partes.

Quarto topicorum cap. 2.

Quinto Meta. contex. 30. & 33.

In oppoſitum eſt autoritas Porphy. cap de ſpecie, Arguit ſic, omne ſuperius prædicatur de ſuo inferiori, hæc eſt Porphyrij: animal eſt ſuperius ad hominem, hæc eſt philoſophi in prædicamentis, cap. de ſubſtantia, ergo animal prædicatur de homine: patet etiam idem autoritate Porphy. c. de genere, ubi animal prædicatur de homine, ergo. Probatur idem autoritate philoſophi in prædicamentis cap. de ſubſtantia: omnis ſecunda ſubſtantia prædicatur de prima, ergo animal prædicatur de homine: probo conſequentiam per Ariſto. quia animal non prædicatur de aliquo homine, niſi prius prædicetur de homine: & ideo bene ſequitur, quòd ſi animal prædicetur de Franciſco, quod prædicetur de homine. Propterea arguo ſic ad concluſionem: pars diffinitionis per ſe prædicatur de diffinito in primo modo dicendi per ſe, ergo propoſitio eſt per ſe, ergo neceſſaria, ergo eſt uera: deduco omnes cõſequentias, & oſtendo ueritatem primi antecedentis. Nam quando pars diffinitionis prædi-

In oppoſitum.

Ariſt. in prædicamentis in c. de ſubſtantia.

catur de diffinito, illa propoſitio eſt per ſe in primo modo dicendi per ſe. primo Poſter. Idem firmat Liconieſis, quòd ubi quidditas ſubiecti egreditur à quidditate prædicati, eſt in primo modo, ſicut econuerſo eſt in ſecundo modo. deduco hãc conſequentiam. Nam quoddam eſt prædicatum quod non ineſt omni ſuppoſito, ut eſſe medicum quoddam eſt, quod non ineſt omni tempore, ut caneſcere: quoddam eſt, quod omni ſuppoſito ineſt, non tamen omni tempore, ut curſus in homine: quoddam eſt quod neceſſario ineſt omni tempore, nec omni ſuppoſito, ut prædicatum, cuius natura repugnat formaliter ſubiecto; exemplum, ut homo, & aſinus: natura .n. aſini repugnat homini: quoddam eſt prædicatum, quod conuenit omni ſuppoſito; & omni tempore, ut animal, quod cõuenit omni homini & omni ſuppoſito hominis: ſed quæ eſt ratio, quod animal conuenit omni homini, & omni ſuppoſito? Dico quod ratio eſt, quia animal eſſentialiter includitur in homine, & conſequenter in omni contento ſub homine: & ideo propter incluſionẽ eſſentialem, & quidditatiuam conuenit omni homini, & ſemper: ideo ualet conſequentia, hæc eſt per ſe, homo eſt animal, ergo eſt neceſſaria. Nam eſt propoſitio neceſſaria, quæ conuenit omni ſubiecto, & omni tempore, iſta eſt huiuſmodi, ergo eſt neceſſaria, ergo uera; probatur cõſequentia, quia ueritas propoſitionis oritur à neceſſaria habitudine prædicati ad ſubiectum, ſiue ex cõformitate; ſiue cõuenientia, aut identitate prædicati ad ſubiectum: & cum in propoſitione neceſſaria ſit conſequentia, & identitas extremorum, ſequitur quòd neceſſariò ſit uera: probo etiam iſtam conſequentiã ex philoſopho in prædicamentis cap. de ſubſtantia. Ab eo .n. quòd res eſt, uel non eſt. Tunc

[Margin notes: Primo poſt. cõ textu 9. — Nota. — Exemplum. — Animal conuenit omni homini, & omni ſuppoſito. — Veritas propoſitionis oritur à neceſſaria habitudine.]

Tunc propoſitio dicenda eſt uera apud intellectum, quando intellectus ita inſtituit terminos apud ſe in propoſitione, ſicut & res inſtitutæ ſunt in natura; & ita eſt adæquatio rei ad intellectum, & propoſitionis ad ipſam rem. Vnde nota, quòd ueritas eſt in tribus. In re, ut in efficiente; In propoſitione, ut in ſigno repræſentante: in intellectu ut in recipiente. Exemplum, lux ſolis eſt in ſole tanquam in efficiente corpore diaphano. & in aere ſicut in referente, in terra ſicut in recipiente: ſic de ueritate conſequenter dicas. Hic autē loquimur de ueritate, quæ eſt in propoſitione tanquam paſſio eius. Et ita patet, quod ſi propoſitio eſt neceſſaria, eſt etiam uera. Patent igitur conſequentiæ.

Veritas eſt in tribus, in Re, in propoſitione, & ī intellectu.

Propterea arguitur ſic ad concluſionem. bene ſequitur, homo currit, ergo animal currit, conſequentia eſt philoſophi in prædicamentis cap. de ſubſtantia: probatur ratione, quòd iſta conſequentia ſit bona: illa conſequentia eſt bona, cuius oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti; ergo iſta conſequentia eſt bona: tunc ultra, iſta conſequentia eſt bona, ut probatum eſt, ergo tenet uirtute alicuius medii, ſiue uirtute alicuius propoſitionis neceſſariæ, quæ reduci poteſt in ſyllogiſmum, ut patet: tunc quæro à te, quod eſt illud medium neceſſarium, ſiue propoſitio neceſſaria, uirtute cuius tenet iſta conſequentia? certum eſt, quòd non niſi illa propoſitio, homo eſt animal ergo hæc conſequentia, homo currit, ergo animal currit, tenet uirtute huius propoſitionis neceſſariæ, homo eſt animal: tunc ultra, hæc propoſitio eſt neceſſaria, ergo eſt uera. Et ita habemus, quod quærebamus: quòd autem medium, dicit Sco. ſit neceſſarium ad conſequentiam, patet. 1. Poſter. & primo.

Arguitur ſic.

Vide in prædicamentis ante quam ponat proprietates ſubſtantiæ.

Primo poſt. cō tex.6.& primo priorum cap. 28.

Prio.in quibus locis uult,quòd ex uno nihil ſe quitur.ſupple tu.ſufficienter,niſi aliud ſubintelligatur. His igitur hoſtilibus rationibus ſic ad inuicem pugnantibus, quæſtio poſita redditur dubia.

Scotus ponit concluſionem reſponſiuam.

Dicendum ad quæſtionem. Sco. in hac parte ponit concluſionem reſponſiuam ad quæſtionẽ præpoſitam,quæ eſt hæc.Prædicatio illa,in quà ſuperius prædicatur de inferiori per ſe, ut animal de homine, uera quidem Scotica ueritate cenſenda eſt:rationes autem,quæ hanc tuentur partem, ſunt illæ quæ ſunt adductæ ad oppoſitum.Propter hoc Sco.commemorat illam rationem, quam ſuperius adduxerat; ubi uult, quòd prędicatio ſuperioris de inferiori ſit uera.

Hæc concluſio habet tres inſtantias.

Prima inſtantia.

Secunda inſtã tia.

Tertia inſtantia.

Hæc concluſio habet tres inſtantias probandas, quòd concluſio ſit falſa.Arguo ſic.ſi propoſitio illa ſit uera, in qua prædicatur ſuperius de ſuo inferiori, ergo hæc erit uera, ſuperius eſt inferius:ſed conſequens eſt falſum, ergo & antecedens:quia oppoſitum prædicatur de oppoſito.ſecundo arguitur ſic, ſubſtantia non prædicatur per ſe, nec uerè de partibus ſuis per Sco. in prædicamentis:ſed partes ſubſtantiæ ſunt inferius,ergo malè dicitur, quòd quãdo ſuperius prędicatur de ſuo inferiori,eſt bona propoſitio. Tertiò arguitur ſic, humanitas eſt Animalitas, in hac propoſitione prædicatur ſuperius de inferiori,tamen eſt falſa,ergo Propterea ſi propoſitio eſt uera uniuerſaliter, ubi ſuperius prædicatur de inferiori,ergo hęc erit uera, homo eſt omne animal. Hæc argumenta tangunt bona motiua:& requirunt bonam ſolutionem, ideo ut in noſtra concluſione nullus addiſcentis animus remaneat dubius. Dico declarando primo mentem propoſitionis,quòd cõcluſio ſic eſt intelli-

telligenda, quod Sco. hic loquitur pro ſubſtrato, ſiue pro fundamento, ſiue pro prima intentione; & non pro formali, & pro ſecunda intentione. Ex hoc dicto ruit primum argumentum cum ſua probatione. Nam illud argumentum eſt in terminis ſecundæ intentionis, cuius eſt ſuperius, & inferius. Quod ſi tu adhuc uelis ipſam propoſitionem eſſe ueram, non tamen ad mentem concluſionis; dico quòd eſt uera in propoſitione exercita, accipiendo ſubiectum ut quod prędicatum ut modus.

Scotus hic loquitur pro fundamento.

Propterea eſt notandum cum dico, quod ſuperius prędicatur de ſuo inferiori, intellige de illo inferiori, quod habet rationem partis ſubiectiuę, & non partis eſſentialis. Et per hanc doctrinam perit argumentum ſecundum, Sco. uult quòd ſubſtantia non prędicetur de ſuis partibus eſſentialibus, non tamē negatur, quin poſſit prædicari de ſuis partibus ſubiectiuis. Hinc poteſt eſſe una dubitatio, quòd ſubſtantia prędicetur de partibus eſſentialibus ſuis, cuiuſmodi ſunt materia, & forma, quod tamen Sco. negat hic. Nam materia, & forma ſunt partes ſubſtantię, quia hę propoſitiones ſunt ueræ, materia eſt ſubſtantia, forma eſt ſubſtantia, ergo Ad hoc dico, quòd materia, & forma poſſunt conſiderari dupliciter. Primo modo phyſicè, ut ſunt partes componentes compoſitum, & ſic de eis propriè ipſa ſubſtantia non prædicatur. Secundo modo metaphyſicè ſiue ut ſunt partes ſubiectiuę iſtius communis quod dico ſubſtantia, & ſic poteſt prędicari de eis.

Quomodo ſit intelligenda iſta prædicatio ſuperius prædicatur de inferiori.

Dubitatio.

Materia & forma conſiderātur dupliciter.

Propterea eſt ſummopere notandnm, quòd ly ſecunda intentio, ſuperius, & inferius non poſſunt applicari propriè & uerè niſi rebus prędicabilibus: propterea ens propriè non poteſt dici ſupe-

Ens nō poteſt dici ſuperius ſed bene communius.

ſuperius, ſed bene communius, quia ſuperius, & inferius ſunt proprie in recta linea prędicamētali: ideo iſtæ ſecundæ intentiones non poſſunt applicari, niſi rei in concreto conſideratę, & non in abſtracto: & propter hoc deſtruit tertium argumentum: quia humanitas ex quo eſt abſtractum nō poteſt eſſe ſubiectum inferioris, nec animalitas ſuperioris. Hoc eſt fundamentū Boet. & Auic. & ſimiliter omnium logicorum, qui dicunt logicam eſſe de ſecundis intentionibus applicatis primis: & ideo ſecundæ intentiones habent concernentiam ad primas, & habitudinem, & quādam affinitatē, qualis eſt rei fundatæ cum ſuo fundamento. Propterea iſta propoſitio eſt neganda, in qua dicimus, humanitas eſt animalitas: quia non eſt ſuperioris de inferiori: Ideo illa particula quæ dicit, uniuerſaliter, non eſt intelligendum, quòd prædicatum prædicetur cum ſigno uniuerſali: ſed exponitur uniuerſaliter. i. communiter: ſic quod communiter, & uniuerſaliter illa propoſitio eſt uera, in qua prædicatur per ſe ſuperius de ſuo inferiori.

Fundamentū Boetii & Auicennæ.

Quare iſta propoſitio eſt neganda, humanitas eſt animalitas.

Quęrebatur à Doctore in iſto loco, an hæc propoſitio uera eſſet, in qua genus de ſua ſpecie prędicatur: & limitauit ſe Doctor, uelle ſe intelligere propoſitionem in fundamentis, non autē in intentionibus. Doctor poſtquam argumentatus eſt ad partes ſub paucis uerbis, hanc ſubintulit concluſionem: quòd uniuerſaliter, & communiter illa propoſitio eſt uera, in qua prædicatur ſuperius de ſuo inferiori: & hic remanſimus; ſupereſt in præſenti ſoluere hoſtiles rationes, quas Doctor ſupra fecerat. Et quia inter cætera argumenta ſunt duo, quæ ualde conuincūt: ideo pro ſolutione iſtorum duorum argumentorum principalium Doctor præmittit quoddam notādum,

Qumodo propoſitio ſit uera in qua ſuperius prędicatur de inferiori.

dum, quod ponitur à Porphyrio in capite de dif ferentia: & exponitur hic à Sco. & in pleriſque aliis locis ſuæ doctrinæ. Notādum igitur eſt hoc quòd in ſpecie ſunt duo optima ratione inuēta. Nam in qualibet ſpecie eſt aliquod materiale, ſiue potentiale, ſeu contrahibile; & hoc materię, ſiue potentię fungitur officio. ſecundo in ſpecie eſt aliquod formale, ſiue actuale, ſeu determinans; & fungitur hoc officio formæ. Et erit igitur ſpecies quæcunque ex ſecundis intentionibus, ſiue ex ſecundis realitatibus conflata, cōpacta, & conſtituta.

In qualibet ſpecie eſt aliquod materiale & formale, ſiue accidentale.

Tunc ultra, ab eo quod eſt materiale, ſiue potentiale in ſpecie, ſumitur genus; ab illo uero quod eſt formale, & actuale in ſpecie, ſumitur differentia. Tunc ultra, genus de ſuo determinato intellectu, hoc eſt genus diſtinctè determinatè primo, & adęquatè importat, ſiue ſignificat illam partem. Tunc diligenter eſt aduertendū quòd licet genus ſignificet illam partem, hoc ſignificat, ſiue rectius cōnotat per modum totius. Et ita ex mō ſuo ſignificādi, quod ſignificare eſt in concreto, dat intelligere totum. Præterea differentia determinatè, & diſtinctè ſignificat illā partem ſpeciei formalem, actualemque, non tamen per modum partis ſignificat, ſed per modū totius cōnotat; hoc autem quod connotat totū non habet ex ſua ſignificatione propria, quia ut ſic ſignificat partem: ſed habet ex ſuo modo ſignificandi in concreto.

Aduerte diligēter.

Vbi aduertas, quòd duo dixit Doctor. Primū fuit, quòd tam genus, quàm differentia primo & adęquatè ſignificat partem: ſecundo dixit, quòd utrunque illorum ſignifiicat per modū totius. Probat primo hoc, quod neque genus, neq; differentia ſignificat unū, & idem primo ſic, quod

Vbi aduertendum eſt.

neutrum

neutrum importat totam ſpeciem. Propterea dixit in textu Sco. ſi utrunque .i. tam genus, quàm differentia importat unum, & idem, ſiue totam ſpeciem primo & adequatè, non poſſet uitari nugatio in diffinitionibus, quod patet per illam regulam philoſophi ſuperius declaratam. Nam poſitis diffinitionibus, ut generis, & differentiæ, ſiue animalis, & rationalis pro nominibus, ſiue pro diffinitis, ut puta pro animali, & pro rationali, quod eſſet de intellectu .i. de eſſentia, & q̄d ditate, illud idem bis diceretur, & ita committeretur nugatio.

Regula philoſophi.

Probat etiam ſecundum, quod erat, quòd licet tam genus, quàm differentia ſignificet partem determinatam: tamen illam ſignificant per modum totius, & non partis: prædicatio enim eius .i. partis de toto eſſet falſa per modum repugnātem. Et ita patet notitia circa ea, quæ dicuntur hic à Sco. Dubitationes emergunt non leues.

Probat ſecundum.

Nam dictum eſt, quòd in qualibet ſpecie duo ſunt inuenta, materiale .ſ. à quo ſumitur genus; & formale à quo ſumitur differentia. Contra. Nam certum eſt, in doctrina Scoti. Quòd in angelis ſunt ſpecies; ergo ſequitur, quòd in ſpeciebus angelicis inuenitur materiale, à quo ſumitur genus; & maximè hoc eſt uerum ſecundum doctrinam iſtam: quia omnem intelligentiam (præter primam) locauit in prædicamentis. Præterea certum eſt, quòd in accidentibus dantur ſpecies, & ſic, ergo in eis erit materia, à qua ſumitur genus: ſed utrunque dictum eſt falſum. Nam certum eſt, quòd in angelis non eſt materia. probo ſic, in cœlo non eſt materia ſecundum Auer. ergo nec in angelis: antecedens eſt Comment. Quod ubique à cœli opifice materiam relegatam ad ſublunaria tranſmiſit. Et in hoc Sco. in ſecun-

In ſecūdo ſenten. diſt. 3.

Q̄ꝺ omnes intelligentiæ pręter primā ſunt in prędicamentis.

Commentator in primo libro de ſubſtantia orbis. c. 2.

ſecundo plurimum commendat Auer. quòd in hoc, præ cæteris, imitatus eſt philoſophum: conſequentia eſt nota. Præterea falſum eſt. etiam illud de accidente. Nam accidentia non uidentur habere materiam ex qua, ſed in qua. Propterea Doctor uult hic, quòd pars per modum partis accepta non poſſit prædicari de toto. Contra, quia certũ eſt, quod hęc eſt uera, homo eſt ex carne, & oſſibus, homo eſt terrenus, homo eſt ex anima, homo eſt ex animalitate: in omnibus iſtis propoſitionibus prædicatur pars accepta per modum partis de ſuo toto, ergo falſum eſt quod dicitur.

Scotus in 2. ſen. diſt. 14.

Accidentia nõ habent materiam ex qua, ſed in qua.

Ad iſta argumenta reſpondendum eſt, in ſpeciebus angelicis, & ẽt in ſpeciebus accidentium non eſt uera materia, cum intelligibiles ſint de ordine abſtractorum, & expoliatorum, ſiue ex ordine nudorum: tamen dico, quòd illæ ſpecies ita ſunt conſtitutæ ex ſecundis realitatibus, qđ una eſt ordinabilis ad alteram, & per alteram contrahibilis: & ideo licet non ſit propriè materia, eſt tamen aliquod ſimile materiæ, quantum ad aliquas proprietates eius. Propterea bene dicit Sco. quòd in ſpecie eſt aliquod materiale; & non dixit materia abſolutè. Et ſic patet ſolutio ad illa duo.

Reſponſio ad argumenta.

Ad illam ergo propoſitionẽ, dico, quòd propoſitiones ſunt materiales, ſiue denominatiuæ, & non ſunt formales, & quidditatiuæ, de quibus Sco. intelligit in iſto loco.

Propterea poſſet eſſe dubitatio in his quæ dicit Sco. Nam primo dicit, quòd genus ſignificat quãdam partem ſpeciei determinatę: deinde dicit, quòd ſignificat illam per modum totius, ergo idem genus reſpectu eiuſdem ſpeciei erit pars, & totum: & ita cõtradictio. Dicatis reſolutè

Dubitatio in dictis Scoti.

tè ad hoc argumentum, quòd genus eſt pars ſpeciei, uerum eſt ſignificatiuè, eſt etiam totum, uerum eſt connotatiuè; & ita ſub diuerſis reſpectibus. Quare contradictio non eſt.

Ariſt. is 4. topicorum cap. 2.

Arguitur igitur ſic contra determinata. Nulla pars prædicatur de toto per Ariſt. in Topic. Vbi dicit ſic, quòd illi peccant, qui dicunt genus eſſe partem.

Tu uerò pondera illam autoritatem philoſophi, quòd illa intelligitur de parte integrali: & ideo dicentes genus eſſe partem integralem peccant: ſed genus eſt pars ſpeciei. 5. Meta. Aduerte ibi, quòd illa autoritas intelligitur de parte quidditatiua: & de illa loquitur philoſophus ibi; & ita tollitur contradictio. Probat tamen illam propoſitionem minorem Sco. i. quod genus eſt pars diffinitionis, ergo eſt pars ſpeciei diffinitiuè, & illa non prędicatur de toto, ſecundo arguitur ſic. Nulla materia pdicatur de eo cuius ē materia: probaẗ hęc propoſitio, quia materia: per ſe eſt in potentia ad illud, cuius eſt materia, compoſitum autem eſt in actu: ſed materia eſt in potentia, & compoſitum eſt in actu, ergo materia non poteſt prædicari de ipſo compoſito cuius eſt pars, ſed genus eſt materia ſpeciei, ergo. Hæc minor probatur autoritate Porphy. capite de genere: ubi uult, quòd genus ſit principium ſpecierum, in quo conuenit in ſecunda acceptione generis. Tunc quæro quale principiũ eſt? Non formale, probo; quia forma diſtinguit ſpeciem ab aliis, genus uero non diſtinguit. Pō dera hic iſtud dictũ, quòd diſtinctio eſt attributa differentię, & poteſt etiam attribui generi. Nam homo non tantum diſtinguitur per rationale ab aliis ſpeciebus, uerumetiam per animal ab omni alio genere. Et ideo per animal homo diſtingui-

Quinto Meta. contex. 30. & 33.

Secundo arguitur.

Secundo phyſ. contex. 4.

Porphyrius c. de genere.

Forma diſtinguit ſpeciem ab aliis.

ſtinguitur à plãtis,& lapidibus. Nec eſt dicendũ, quòd genus eſt principium efficiens:quia cauſa efficiens facit ſpeciem eſſe in actu, ſed ſpecies per genus nõ eſt ſpecies, Nec finale;q̃a propter imperfectius nõ eſt perfectius, ergo genus non poteſt eſſe eã finalis reſpectu ſpeciei:ergo à ſuffi ciẽti partiũ enumeratione patet,q̃d ſit materia.

Cauſa efficiens facit ſpeciem eſſe in actu.

Item patet autoritate Porphy. capite de differentia,ubi probat, quòd differentia habet ſimi litudinem formæ: genus uerò materię, ex quo genus eſt materia, & materia non prædicatur de eo cuius eſt materia ergo iſta propoſitio, homo eſt animal, eſt falſa.

Probat̃ authoritate porphyrii.

Ad hoc argumentum ſolutio eſt multum difficilis, & loborioſa propter inuolutas inſtãtias quas adducit. Nam quaſdam excludit, quaſdam non ſubſtinet. oportet igitur inuolutas declarare. Prima ergo ſolutio, & reſpõſio ad hæc duo negata, eſt hæc: & maximè ad ſecundum argumentum, in quo probatur, quòd genus ex quo eſt materia, non prædicatur de ſpecie. Dicit igitur iſta reſponſio ad ſecundum argumentum negando formaliter minorem.ſ. quòd genus non eſt materia,ſed forma:& hæc reſponſio nutrimẽ tũ ſumit ex dictis à philoſopho, 7. Meta. Quod omnes partes diffinitionis ſunt ſicut formæ. Cũ igitur ſit genus pars diffinitionis, erit forma, & non materia.

Solutio difficilis.

Quinto Meta, contex. 35.

Et quia in arguendo probatum fuit quod genus non poterat dici forma: quia forma diſtinguit,genus uero nõn diſtinguit. Dicit illa reſpõ ſio,quòd hoc intelligitur de forma ultimata;& illa eſt de forma intermedia, cuius eſt genus. Ad ſecundum dictum etiam Porphy. quia etiam probatum eſt de mente Porphy. genus eſſe materiam ſpeciei: ideo limitando exponit Porphy.

quòd

Limitando exponit porphyrium.

quòd ipſe non dicit genus eſſe materiam,ſed dicit eſse ſimile materię. Eſt autem iſta ſimilitudo in hoc, quia ſicut materia eſt indeterminata de ſe,ſed determinationem expectat ab aliquo: ita genus eſt indeterminatum de ſe;expectat tamen determinari per differentiąm. Et ideo huc uſq; habemus de mente iſtius opinionis,quòd genus non eſt materia, ſed forma. Contra iſtam dictam ſolutionem ab aliis inſtatur, & uolunt probare, quòd etiam genus ut forma non prædicet de cõpoſito.Nã nulla forma pręedicatur de eo cuius eſt forma, argumẽtat̃ à ſimili: qa ſicut materia non p̃dicat̃ de eo cuius eſt materia; ita nec forma de eo,cuius ẽ forma.Probãt,iterũ ſic. Nullũ qđ ẽ in actu p̃dicat̃ de eo qđ eſt in potẽtia p̃ modũ repugnandi: ſed forma eſt in actu,& cõpoſitũ eſt in actu ratione materiæ incluſę, ergo forma non poterit prædicari de compoſito: & ita hęc propoſitio erit falſa,homo eſt animal ponendo animal eſſe formam,& non materiã.

Cõtra ſolutionem.

Scotus affert alteram reſponſionem. Duplex forma

Dicitur.Ibi Sco.affert alteram reſponſionem ad hoc argumentum,& ait cum diſtinctione,quòd duplex eſt forma, quædam eſt forma totalis: & iſta compoſitum conſequitur, ſicut humanitas. Tunc dico,quòd licet forma partialis non poſſit prædicari de compoſito,& maximè in recto, ut dicendo,homo eſt anima: forma tamen totalis bene poteſt prædicari de compoſito,& huiuſmodi forma totalis eſt genus.Et ita poteſt prædicari de compoſito.

Inſurgit Scotus contra hãc datam reſponſionem.

Nunc Sco.inſurgit contra hanc datam reſpõſionem,& ait.Contra,certum eſt, quòd forma ſecunda, ſiue totalis non prædicatur de compoſito in abſtracto: ſed prædicatur in concreto. Nã in abſtracto hæc eſt falſa, homo eſt humanitas: ſed in concreto materia poteſt prædicari de cõ-

poſito,

poſito, dicendo homo eſt materiatus, ergo malè dixiſti in prima reſponſione, negando genus eſſe materiam, & concedendo ipſum eſſe formã, ad probandum hoc, quòd ipſum poſſit prædicari de ſpecie, uel de compoſito. Et propter hoc dicit Scot. quòd reſpondendum eſt uniuerſaliter ad utrunque argumentum principale, quòd materia, uel pars in abſtracto non prædicatur de toto: ſed bene poteſt prædicari in concreto. Modò licet genus ſignificat materiam, & ſit pars. tamen quia nõ ſignificat iſtam in abſtracto, ſed in concreto, ideo poteſt de ſpecie ita prædicari. Reſponſio.

Contra, tu concedis mihi, quòd genus eſt cõcretum, probatur per te, quia tu concedis in reſponſione tua, quòd genus prædicatur de ſpecie in cõcreto, ergo eſt denominatiuum tantũ: ſed hoc conſequens eſt falſum: probo, quia illud quod prædicatur uniuocè non prædicatur denominatiuè, ſed genus prædicatur uniuocè, ergo. Præterea modi prędicandi uniuocè, & denominatiuè ſunt diſperati: & ita quod conuenit uni, alteri repugnat: quia ſi genus prædicatur uniuocè, non poteſt prædicari denominatiuè. Idem firmatur ſecundo. Topic. in principio, Præterea arguitur ſic contra datam reſponſionem, omne concretum ſignificat formam inhærentem ſubiecto; ſed genus, cum ſit ſubſtantia, non ſignificat formam inhærentem ſubiecto, ut patet per philoſophum in prædicamentis cap. de ſubſtãtia, & primo. Phyſic. Quod uere eſt nulli accidit, ergo nihil ſignificans ſubſtantiam, ut genus in propoſito, eſt concretum. Ad hoc argumentum Sco. affert alteram reſponſionem cum diſtinctione dicens, quòd duplex eſt materia: & duplex eſt pars; quædam eſt materia, & pars realis, & iſta non prædicatur de toto, & ſic non eſt genus.

Contra. Vide Ariſt. in ante prædicamentis. Secundo topicorum. cap. 3. In barocho in ſecunda figura Proprietate prima. Primo phyſic. cõtex. 27. & 30. Reſpõdit Scotus. Duplex natura Duplex pars realis & rationis.

genus. Altera eſt materia, & pars rationis, & iſta prædicatur de toto, & ſic eſt genus. Contra, ait Sco. modò probando, quòd nec pars realis, nec pars rationis poſſit prædicari de toto; & hoc per argumentum ſumptum à commutata proportione, ſicuti ſe habet ratio ad rem, ideſt, ſicuti ſe habet diffinitio ad diffinitum, ſic ſe habent partes rei ad rem; & ſic ſe habent partes rationis ad rationē: ſed partes rei non prædicātur per ſe de toto, ergo nec partes rationis prædicantur de te. Dicitur ſecundum Boet. ad hoc, quòd genus in diffinitione eſt pars, in prædicando uerò totum. Contra ſecundum, dicit Sco. inſtādo, quòd genus in prędicando etiā erit pars, ſicut in diffiniendo. Nam genus cadit in diffinitione ſpeciei, & arguitur ſic. Quicquid prædicatur in primo modo dicendi per ſe, aut eſt diffinitio tota, aut pars diffinitionis, ſed non eſt tota diffinitio, ergo eſt pars diffinitionis. Et ita ſub ratione partis ſe habet ut diffinit, & ut prædicatur, Præterea ſic ſumptum idem ut diffinitur, & ut prædicatur, eſt uniuocum, uel æquiuocum, ſed ſi æquiuocum, ergo non eſt genus neque diffiniens: ſi eſt uniuocum, ergo utrobique. ſ. in diffiniendo, & prædicando idem ſignificat. Et iſta oportebit fateri, uel quòd in diffiniendo, & prędicando ſit pars, uel nihil. Et ita patet primum argumentum cum ſuis inſtantiis formatum.

Argumentum a commutata proportione.
Septimo Meta. contex. 93.
Lib. diuiſionū.
Contra.
Fortiſſima ratio.

Poſita ueritate concluſionis ad quæſtionem fuit productum unum argumentum in medio ualde laborioſum in dicēdo, quod quidem multas cōtinebat inſtātias: ideo ut ueritas eluceſcat illis reſpondendum puto. Arguebatur enim quod animal non poterat prædicari de homine uerè, tum quia habet rationem partis ſignificatæ per ipſum, tum quia gerit officium materię;

Primum argumentū Arguebat ꝙ animal non poteſt prædicari de homine.

& cum pars non poſſit prædicari de toto, nec materia de cuius eſt materia, ſequitur neceſſario, ut animal de homine non prædicetur. Ad hæc duo argumenta Sco. ſimul correſpondet, & ait, quod materia inquantum materia, eſt non prædicatur de toto: ſed materia ſignificata in cõcreto poteſt prædicari de toto. Præterea pars accepta per modum partis non poteſt prædicari de toto. Hęc diſtinctio ſumpta eſt ex notato prę miſſo à Scoto, firmat Scot. hanc reſponſionem ſuam per exẽplum de manuato, & capitato: dicit.n. Auic. quòd hæc duo primo, & adæquatè ſignificant determinatam partem, ut puta manuatum ſignificat manum in abſtracto capitatum ſignificat illam capitis partem. Et ideo caput, ſiue manus ſumpta per modum partis, non poteſt prædicari de toto. Vnde iſta eſt falſa, Franciſcus eſt caput. Franciſcus eſt manus: tamen utrunq; ſumptum in concreto ex conſequenti ſignificat, & dat intelligere totum, hoc.n. habet ex modo ſignificandi in concreto: patet autem iſtud eſſe ex ſua expoſitione. Nam manuatus exponitur ſic i. habens manum, capitatus habens caput. Modò certum eſt, quòd partis non eſt habere, ſed haberi; totius autem eſt habere: & iſta ſumpta in concreto ex modo ſignificandi dãt intelligere totum. Vnde iſta eſt uera, capitatus currit, iſta falſa, caput currit: curſus.n. ineſt toti, & non parti: modo applicando ad propoſitum dico, quòd animal, ex quo eſt concretum, dat intelligere totum: exponitur n. ſic, animal. i. habens ſenſum, rationale. i. habens intellectum. Et ita cum hæc duo, licet ſint partes, tamen ex modo ſignificandi dant intelligere totum, poſſunt prædicari de toto. Et ita animal, & rationale poſſunt prædicari uerè de homine. iſta eſt ſolutio

Reſponſio Scoti ſoluendo ſimul hæc duo argumenta.

Auicenna. Quinto Meta.

Iſta eſt falſa, frãciſcus eſt caput conſtantius eſt manus.

Manuatus. i. habens manũ.

Curſus ineſt toti & non parti.

Applicatio reſponſionis.

Animal eſt habens ſenſum.

Rationale eſt habens intellectum.

R

lutio ad argumenta.

Litera ipſius Doctoris.

Quoniam uerò reſponſiones prius dictæ. Iſte textus eſt ualde confuſus;uult dicere Scot. quod reſponſiones prius dictæ, ſeu datæ ad inſtantias factas ſuperius,poſſunt reduci ad iſtam.ſ.reſponſionem modo datam, præter primam, quæ non poteſt reduci ad hanc reſpoſionem.

Ad ſecundum dicitur.

Reſponſio prima eſt illa,quæ remanſit improbata ſuperius, & eſt cum dicunt. Ad hoc ſecundum dicitur,quòd genus nõ eſt materia;& ideo reſpondendum eſt ad ea argumenta,quæ obiiciuntur contra illas replicas: & quia ſecunda reſponſio cum mea incidit in iſta parte textus ubi dicitur. Dicitur aliter ad utrunque argumẽtum principale. Dicit igitur, quod illa reſponſio ſecunda concedit genus ſignificare partem materialem,per modum tamen concreti,in quo conueniunt iſta duo,ſecundum quod prior.ſ.reſponſio ualet.Iſta prior reſponſio eſt illa, quæ immediatè ante data fuit: & eſt illa litera ubi incipit. Contra forma ſecunda non prædicatur de compoſito niſi in concreto. Ecce quod iſtæ duæ reſponſiones conueniunt: ſed dixit,ſecundũ quod prior ualet. Dicit.n.hoc Sco.quia illa prima reſponſio poteſt bene,& malè applicari: ideo Sco. uſus eſt illo uerbo. Quia igitur Sco. tenet illam reſponſionem ſecundam tanquam ueram; ideo tenetur reſpondere ad argumenta contra reſponſionem illam factam.Dicebat.n.quòd omne concretum eſt denominatiuũ tantum, Sco. reſpondet ad iſtud argumentum quod duplex eſt denominatiuum: quoddam eſt accidentis,& iſtud eſt denominatiuum tantum: Aliud eſt ſubſtantiæ,& iſtud non eſt denominatiuum,ſed uniuocum diſtinctum contra denominatiuum. Quòd autem duplex ſic denominatiuum

Contra.

Duplex denominatiuum. Accidentis, & ſubſtantiæ.

tiuum,patet,quia duplex eſt abſtractum: quodlam eſt quod abſtrahit à ſubiecto : aliud eſt qđ abſtrahit à ſuppoſito. Et propter hoc duplex eſt concretum;unum , quod concernit ſubiectum , quod ſubiectum eſt alterius naturæ à forma ſignificata;aliud,quod concernit ſuppoſitũ.Quid autem cõcretum, & abſtractum,diffusè ſuperius declaratum eſt per longum ſermonem . Duplex abſtractum,& cõcretum .

Ad ſecundum argumentum, quando arguitur quòd omne concretum ſignificat formam inhærentem ſubiecto, hoc eſt uerum de concreto accidentis,non ſubſtantiæ; & ita non currit argumentum. Ad probationem;cũ dicebatur , omne concretum habet rationem denominatiui. Dico, quòd omne concretum accidentis habet denominatiui diffinitionem, cõcretum autem ſubſtantiæ non:ratio,quia non differunt ſolo caſu. Ecce aurea expoſitio illius loci. Nam illud differt ſolo caſu, quod ſola inclinatione formæ cadit ad ſubiectum ; concretum autem ſubſtantiç non cadit inclinatione formæ ad ſubiectum, ſed ad ſuppoſitum. Et ita patet reſponſio ad illa argumenta contra ſecundam reſponſionem . Reſponſio ad ſecundum argumentum . Aurea expoſitio. Quid ſit differre caſu.

Contra reſponſionem . Aduerte, quòd illa applicatio,debes dicere,quòd ſit diffinitionis : iſta reſponſio,contra quam modo arguit. Doctor,eſt illa,ubi dicitur,concreto. Vult igitur hic arguere , quòd etiam in concreto non prædicatur de compoſito;& ita animal de homine , cũ animal ſignificat materiam in concreto. Nam hæc propoſitio eſt falſa,arca eſt lignum,ergo hæc eſt falſa,homo eſt animal:probatur conſequentia. Nã ſicut lignum ſignificat materiam arcę in concreto , ſic animal ſignificat materiam hominis in concreto,ergo ſicut prima eſt falſa,ita & ſecũda. Contra. Propoſitio eſt falſa , Arca eſt lignum.

Ad hoc argumẽtum. Sco. negat ſimilitudinẽ: Scotus negat ſimilitudinem .

quia lignum reſpectu arcæ non eſt concretum nec ad ſubiectum, nec ad ſuppoſitum; ſed huius, uel illius ligni: animal uerò eſt concretum reſpectu hominis, & concretū ad ſuppoſitum; ideo poteſt prædicari de homine. Ponderate illa uerba Sco. in textu, ubi ait, quòd arca ratione formæ. ſ. artificialis, quam principaliter ſignificat, eſt artificiale: forma autem artificialis ſe habet ad naturalem, ſicut accidens ad ſubiectum. Pro hac litera, uide uerba Auer. ſecundo Phyſic. Vbi dicit, quòd formæ artificiales ſunt accidentia in ſubiectis: uide ēt Sco. in quarto, ubi multa pulchra dicit de arte: ſed quæ eſt ratio, quòd hæc propoſitio eſt uera, arca eſt lignea, hæc autem falſa, arca eſt lignum; ratio eſt, quia ly lignea accipit̄ pars per modū totius: liguū uerò pars per modū partis: ideo prima eſt uera, ſecunda falſa.

Pondera uerba Scoti in textu.

Commentator ſecundo phyſi. cōm. 13. & 20. De Anima cō. 8.

Scotus in 4. diſ. prima. q. prima in reſponſione tertiæ rationis.

Ad aliud argumentum Vbi. Sco. reſpondit ad rationē factam de commutata propoſitione; & declarat, quomodo ſimilitudo poſita ab Ariſto. ualeat; & uult, quòd illa ſimilitudo ſit uera quo ad determinate importare, non tamen quo ad prędicari. Vult dicere, quòd ſicut tota ratio formæ, & diffinitio exprimunt totum diffinitum, ſic etiam pars rationis, & diffinitionis exprimit partem rei, & diffiniti: ſed non tenet ſimilitudo in hoc: quia ſicut ratio, & diffinitio prędicantur de tota re, ſiue de toto diffinito; ſic etiam pars rationis, ſiue diffinitionis prædicatur de parte rei. Hoc enim falſum eſt. Nam faciē do hanc propoſitionem, anima eſt rationalis, eſt falſa: Pondera illud uerbum Scot. cum dicit, hoc eſt uerum, prout rationale eſt differentia hominis: hoc autem dicit Scot. pro tanto, quia ſi rationale ſumatur pro aptitudine ratiocinandi, ſic propoſitio eſt uera: quia tunc paſ

Reſpondet ad argumentū de commutata ꝓ portione.

Pondera uerbū Scoti..

ſio

ſio prædicatur de ſuo ſubiecto in ſecundo modo dicendi per ſe, ergo eſt ſimilitudo quo ad diſtinctè importare; non tamen quo ad prædicari. Et quia adducebatur quædam reſponſio Boet. etiã illam hic uult Doctor declarare, quomodo ſit intelligenda: & uult, quòd in ſubſtãtia utrobiq; genus eſt pars & totum ſ. in diffiniendo, & prædicando appropriate; tamen dicemus, quòd in prædicando genus eſt totum in diffiniendo uerò genus appropriate eſt pars: & per hoc euitatur æquiuocatio. Ex his patet reſponſio ad primum argumentum. Declaratio authoritatis Boetii.

Tertio ad principale. In hoc parte Sco. reſpõdet tertio loco, & nouo arguendi genere, quo ipſe enititur, quantum poteſt, hanc propoſitionem falſam eſſe, homo eſt animal. Vtitur autem modo arguendi enthimematicè à concretis ad abſtracta. Et primo ponit cõſequentiam, & duo facit. Nam primo probat eam, ſecundo oſtendit falſitatem conſequentis: & iſtud oſtenditur tripliciter: conatur autem oſtendere falſitatem cõſequẽtis per multos, & maximè per Ocham, qui non horreſcit pro ferre hanc propoſitionem tãquam ueram, humanitas eſt animalitas: & ideo propter illos, qui dicebant hãc propoſitionem eſſe ueram. Sco. ingenioſè laborat probãdo eius falſitatem. Arguit igitur Doctor ſic, hõ eſt animal, ergo humanitas eſt animalitas, hoc conſequens eſt falſum, ergo & antecedens, ex quo ſequitur. Primo probat conſequentiam eſſe bonã per illã regulam famoſam, qua regula probãdo uſus eſt Doctor ſupra in prima quæſtione uniuerſalium: & eſt regula hæc: quando in concretis eſt prædicatio per ſe, & in primo modo in antecedente, tunc arguendo à concretis ad abſtracta ualet conſequentia: & quia hanc regulam poſ-

Ad tertio principale negatur conſequentia.

Contra Occhã.

Arguit Scotus.

Logicus eſt ſciens, ergo logica eſt ſcientia.

Scotus ratione probat hãc regulam eſſe ueram.

poſſet quis negare, ideo Sco. ratione probat illud eſſe verum, quia ſi propoſitio, ſupple tu, ſit uera in antecedente in concretis, ueritas in propoſitione naſcitur ratione eſſentiæ ſignificatæ; & non ratione illius ſuppoſiti, quod concernitur ratio; quia in propoſitione, quæ eſt per ſe in primo modo, prędicatum illius propoſitionis prædicat, & dicit eſſentiam ſubiecti: ſed ipſa eſſentia abſtracta ab eo ſuppoſito, quod concernitur, ſignificat propriè abſtractum, ergo eſt uera in abſtracto. Vult ergo dicere Scot. in ſubſtantia ſic quod ueritas in propoſitione naſcitur ex identitate eſſentię: & ex conuenientia prædicati ad ſubiectum: & non naſcitur ueritas in propoſitione ratione concernentię. i. non naſcitur ratione alicuius concreti concernentis aliquod ſuppoſitum, ſed ratione ſignificatę eſſentiæ. Exemplũ.

Exemplum.

Nam ſi iſta propoſitio eſt uera, homo eſt animal, ueritas non naſcitur ob hanc cauſam, quia animal tanquam concretum concernit hominẽ tanquam ſuppoſitum. Et ideo ratio ueritatis in hac propoſitione non naſcitur ratione concernẽtiæ: ſed radix iſtius ueritatis eſt eſſentia eadẽ ſignificata per ſubiectum, & prædicatum; ſiue per hominem, & animal: quia eſſentia animalis uera, & realiter in natura includitur hominis: & ita quidditas ſubiecti egreditur à quidditate prædicati ſecundũ Lincon. Tũc arguo ſic: ſtante identitate eſſentiæ debet ſtare identitas ueritatis: probatur iſta, quia identitas eſſentiæ eſt cauſa immediatæ ueritatis in propoſitione; ſed in concretis, & abſtractis ſtat identitas propoſitionis, ergo ſtabit identitas ueritatis. Poſſes dicere nego, quia modi ſignificandi in concreto, & abſtracto uariant identitatem eſſentiæ: & ita uariant identitatẽ ueritatis. Dico, quòd illa eſt fu

Eſſentia Animalis uerá & realiter in natura includitur hominis. Quidditas ſubiecti egredit à quidditate prædicati ſecundũ lynconienſem.

ga

ga miſeror. quoniam per cōcretum,& abſtractū ſignificatur, ſemp eadem eſſentia:& ita utrobique ſtabit identitas eſſentiæ. Modò uerius, purius,& lympidius ſignificatur illam identitas eſſentiæ in abſtracto, quàm in concreto: quia in concreto illa eſſentia eſt inuoluta, detenta, immerſa,& ſepulta cum conditionibus ſuppoſitorum, & concretorum; in abſtracto uerò, relictis indumētis uilibus concreti & ſuppoſiti, induta ueſte nitida abſtractionis fulgentior emicat in ſede abſtractionis: ergo bene ſequitur hęc conſequentia, homo eſt animal, ergo humanitas eſt animalitas. Item patet in exemplo. Probat Sco. eadem conſequentiam eſſe bonam arguendo à concretis ad abſtracta. Nam certum eſt, ꝙ hæc conſequentia non eſt bona, nec ſequitur conſequens ex iſto antecedente, muſicum eſt album ergo muſica eſt alhedo: & quæ eſt ratio, quòd iſta non eſt bona conſequentia?quia propoſitio poſita ex parte antecedentis non eſt per ſe, ſed per accidens?muſicum eſt album. Et ſcis ex dictis Scoti, quod propoſitio per accidens poteſt fieri tribus modis. Primo, quando accidens prædicatur de ſubiecto;ſecundo, quando ſubiectum prædicatur de accidente:tertio, quando accidēs prædicatur de accidente. In hoc gradu eſt propoſitio ſumpta loco antecedentis, muſicum eſt album:quæ eſt ratio, quòd iſta, muſicum eſt albū, eſt uera?Dico, quòd ueritas in hac propoſitione nō naſcit̄ ex neceſſaria habitudine utriuſq; extremi ſed ex ſubiecto, in quo cōueniūt modo in conſequente tollitur illa habitudo utriuſque extremi ad ſubiectum per ipſum abſtractum cum dico, muſica eſt albedo: & ideo ueritas, quā cauſabat concernentia utriuſque extremi ad ſubiectum, tollitur per ipſum abſtractum: & ideo

Fuga miſerorū

Probat Scotus eandem conſequentiam eſſe bonam.

Propoſitio per accidēs poteſt fieri tribus modis uide Scotū

non ſequitur, muſicum eſt album, ergo muſica eſt albedo:ideo non ſtabit perſeitas eſſentię, ſiue identitas quidditatis in antecedente, & conſequente. Non ſtabit etiam eadem ueritas: tamen bene ſequitur arguendo ſic, album eſt coloratū, ergo albedo eſt color, quia antecedens eſt propoſitio per ſe primi modi:& ideo quod ponitur in conſequente, illud idem exprimitur in antecedente:& ideo ſtante identitate ęſſentiæ, ſtabit identitas propoſitionis, ſeu ueritatis. Cum igitur arguebatur ſic à ſimili in prima conſequentia, ſequitur quòd illa eſt bona.

Non ſequitur muſicum eſt album, ergo muſica eſt albedo. Bene ſequitur album eſt coloratum, ergo albedo eſt color.

Ex iſto argumento colligatis duas pulchras regulas. Prima regula talis eſt; arguendo à concretis diſperatis ad abſtracta, non tenet cōſequētia. exemplum, muſicum eſt album, ergo muſica eſt albedo; patet, q̃a tollitur cauſa ueritatis propoſitionis in conſequente per abſtractionē, quæ eſt conuenientia eorum in tertio. ſecunda regula eſt, arguendo à concretis eſſentialiter ſubordinatis ad abſtracta tenet cōſequentia ratione eiuſdem formalis ſignificati. exemplū, album eſt coloratum, ergo albedo eſt color. Et ita patet probatio iſtius conſequentiæ. ſupereſt modò probare falſitatem conſequentis. ſ quòd hoc conſequens, ſiue hæc propoſitio ſit falſa, humanitas eſt animalitas, oſtendit autem ſic. Nam bene ſequitur in tertia figura, humanitas eſt animalitas, humanitas eſt rationalitas, ergo rationalitas eſt animalitas per ſe, concluſio eſt falſa, ergo maior eſt falſa, quæ fuit iſta, humanitas eſt animalitas: probo, quia ex maiore ſequitur minor: modus arguendi eſt in tertia figura, ideo non poteſt negari. quòd autem rationalitas poſſit prædicari de humanitate, patet. Nam ita rationalitas prædicatur de homine, ſicut animal

Prima Regula.

Exemplum.

Secunda Regula.

Exemplum.

Modus arguendi eſt in tertia figura.

Iſte modus arguendi eſt ī tertia figura.

de eodem homine:probo modo, quòd concluſio iſtius ſyllogiſmi ſit falſa, hæc.ſ. quòd rationalitas ſit per ſe animalitas: & probatur hoc per illã propoſitionem famoſam, & diuulgatam in uia Scot. omnis propoſitio uera in abſtracto eſt per ſe in primo modo, ſed propoſitio iſta,rationalitas eſt animalitas,non eſt per ſe in primo modo, ergo illa propoſitio non eſt uera in abſtracto. Argumentum eſt in ſecũda figura: maior eſt manifeſta: minor probatur autoritate philoſophi, qui uult 6.Topic.& 3.Metaph quòd genus non prædicatur per ſe de differẽtia: ratio,quia genus cum dicat materiam, ſiue potentiam, & differentia dicat per ſe actum,& cum potentia non includatur eſſentialiter in actu, cum actus, & potentia ſint modi oppoſiti diuidentes ipſum ens, nõ poterit potentia per ſe includi in actu: & ita genus non poterit prædicari per ſe de differentia. Alio modo probat Sco.minorem,& regulam illam famoſam per dictum philoſophi, qui uolẽs oſtendere differentiam ſuperiorem eſſe de intellectu inferioris, oſtendit quòd hæc propoſitio eſt uera;paſſio,ſiue diuiſio pedis eſt in boue,Leone,capra,& pedalitas quædã,iſta propoſitio non eſt uera in abſtracto, niſi quia uerum eſt de intellectu,ſiue de conceptu alterius.

Diuulgata pro poſitio Scoti.

Sexto topicorũ cap. 8. Tertio Meta. contex. 10.

Quare genus non prædicatur p ſe de differentia.

Septimo Meta. contex. 43.

Aduerte tamen hic, quòd dictum de differentia ſuperiori & inferiori non eſt ualdè tutum. Nã Sco.dicit alibi oppoſitum:ſed quomodo hoc habet ueritatem,inferius dicetur. Notate illã propoſitionem famoſam,quæ dicit. omnis propoſitio uera in abſtracto eſt per ſe in primo modo:debetis tenere,quòd iſta eſt uera in creaturis,nõ tamen in diuinis,neque in tranſcendentibus; non in diuinis, quia hæc propoſitio in abſtracto eſt uera,eſſentia eſt ſapientia, Deitas eſt ſapientia,

Nota quomodo Regula teneat ꝙ omnis prædicatio in abſtracto eſt uera per ſe in primo modo, uera eſt in creaturis,non eſt uera in diuinis & in tranſcendentibus.

eſſen-

Propoſitiones identicæ in diuini ꝓ hoc uide Mauritium in primæ.q.expoſitione difficultate Septima.

eſſentia eſt paternitas, ubi hę ꝓpoſitiones apud theologos dicũtur identicę,& ſunt uerę per idẽtitatem.i. per rationem infinitatis utriuſque extremi,aut ſaltem unius extremi,non tamen ſunt per ſe in primo modo;quia nec ſapientia cum ſit atrributum , nec paternitas cum ſit relatio hypoſtatica,poſſunt de eſſentia in primo modo prædicari.In tranſcendentibus,entitas eſt ueritas, entitas eſt bonitas,entitas eſt unitas:iſtæ propoſitiones ſunt ueræ, cum prædicentur paſſiones de ſubiectis in abſtracto : non tamen ſunt per ſe in primo modo : ſecundò,quia paſſio non prædicatur de ſubiecto in primo modo . Et ita patet limitatio iſtius regulæ. Præterea idem oſtenditur ratione, quia abſtracta ſignificant eſſentiam ſecundũ ſe,ergo ſi unum de altero uerè dicatur cum hoc uerbo eſt;hæc eſſentia eſt illa, & ita prædicatum prædicabiť eſsentialiter de ſubiecto, ergo in primo modo : & ita ſic eſſet uera in abſtracto , & in primo modo: ſed hæc non eſt in primo modo,rationalitas eſt animalitas,ergo non eſt uera prædicatio in abſtracto . Et ita patet declaratio tertij argumenti .

Entitas eſt ueritas, entitas eſt bonitas,entitas eſt unitas, ſunt uerę,nõ tamen ſunt per ſe in primo modo. Oſtenditur etiã ratione.

Vide Authorẽ formalitatum bene declarantem .

Reſponſio ad tertium principale.

Ad illud argumentũ Sco. negat conſequentiã, cum dicit,homo eſt animal, ergo humanitas eſt animalitas:ſed ego nego conſequentiam:probo conſequentiam, dicit aduerſarius:quia arguendo à concretis ad abſtracta eſt bona conſequentia per regulã Sco. hic arguiť huiuſmodi, ergo. Ad hoc dicit Sco.quòd illa regula tenet in concretis dictis.i.in concretis accidentalibus . Nam bene ſequitur, ut dictum eſt,album eſt coloratũ, ergo albedo eſt color ; non autem in concretis ſubſtantialibus ad abſtracta ſubſtantialia .

Reſponſio Scoti.

Sed ego quæro , quæ eſt ratio diuerſitatis , ꝙ in concretis accidentalibus ſequitur, in ſubſtanti-

Quæ eſt ratio diuerſitatis.

tialibus uerò non? Dico, quòd ratio eſt iſta. Nã arguendo à concretis accidentalibus, arguitur ad abſtracta media abſtractione abſtracta:& cum ſint media abſtractione abſtracta, remanet adhuc habitudo ſuperioris ad inferius, ut puta coloris ad albedinem: arguendo uerò à concretis ſubſtã tialibus, arguitur ad abſtracta ultima abſtractio ne abſtracta: & ideo tollitur ratio ſuperioris, & inferioris: ſic quod humanitas non eſt inferius reſpectu animalitatis: nec humanitas eſt ſuperius reſpectu animalitatis. Nam ſicut dixi uobis concreta, & abſtracta ſuperius, & inferius nõ poſ ſunt applicari rebus, niſi in concreto acceptis;& ita, cũ ſint humanitas, & animalitas ultima abſtractione aſtracta, nec unum erit inferius, aut al terum ſuperius. ſit ita unum de altero non poterit rectè prædicari: quare dicendo, humanitas eſt animalitas, non erit propoſitio uera. Reſponſio.

Et ſi tu dicas; contra, quia hic includitur prædicatum in ſubiecto. Dico, quòd non ſufficit incluſio unius extremi ad alterum extremum, ſed requiritur etiam modus conueniens prædicandi cuius eſt ratio ſuperioris, & inferioris. Et ideo iſta eſt ratio diuerſitatis. Quare patet ſolutio ad argumentum. Et ſi tu dicas.

Item quartò ad principale intentum poteſt ar gui per media cõmunia. In hac parte Doctor in troducit quartum argumentum, per quod inten dit etiam nedum per media propria, ſed per media communia falſificare propoſitam propoſitio nem. Vbi circa illud argumentum eſt notandũ quòd per media communia intendit media purè logicalia, quæ poſſunt applicari terminis cuiuſcunque ſcientiæ & doctrinæ. Iſta autem media communia non faciunt ſcire, ſed potius opinati de quibus dixit Sco. in prima q. huius. Quarto arguit. Inſequitur ordinem phyloſophi. Media cõmunia non faciũt ſcire, ſed opinari.

Præ-

Præterea eſt aduertendum, quòd licet loquatur in hoc argumento in terminis ſecundarum intentionum, argumẽtum intendit ualere in fundamentis, & in primis intentionibus.

Arguit quarto.

Arguit igitur Doctor ſic, in quacunque propoſitione ſpecies ſubijcitur, & genus prædicatur propoſitio eſt falſa; probo, quia ſubiectum, & prędicatum, ideſt ſpecies, & genus accipiuntur ſub modis oppoſitis, & rationibus contrarijs: ſed ita eſt in propoſito, cum animal prædicatur de homine, ergo illa propoſitio eſt falſa, homo eſt animal. Nam homo acceptus ſub ratione ſpeciei nõ recipit prædicationem animalis accepti ſub ratione generis. Probatur, nam ſi iſti modi. ſ. ſpecies & genus inter ſe repugnant, & etiam quidditates acceptæ ſub his modis repugnabunt. Et ita argumentũ iſtud ſupponit, quòd animal prædicetur de homine acceptum ſub ratione generis: & homo ſubijcitur acceptum ſub ratione ſpeciei. Cum autem iſtæ rationes ſint oppoſitæ, ergo illa propoſitio erit falſa. Et ad hoc Doctor adducit exemplum. Nam hæc propoſitio, albedo eſt alba, eſt falſa, & non propter aliud; niſi quia albedo, & alba ſumuntur ſub rationibus oppoſitis, cuiuſmodi eſt concretum, & abſtractum: iſti autem modi ſignificandi ſunt oppoſiti. Nam abſtrahere, & non abſtrahere; concernere, & nõ cõcernere contra dicunt. Ad iſtud argumentũ Doctor longam dat reſponſionem; & breuiter ego reſpondeo ad formã argumenti. Deinde dicam, quæ dicenda ſunt circa textum. Primò. cum arguitur, in quacunque propoſitione, in qua ſpecies ſubijcitur, & genus prædicatur, pxopoſitio eſt falſa. Ad hoc ego reſpondeo per ea quæ dicta ſunt ſuperius, quòd loquendo in ſecundis intentionibus, ſi tam ſubiectum quàm prædicatum accipiun

Exemplũ, Albedo eſt alba.

Reſpondet primo ad formã.

cipiuntur ut quid, uerum eſt quòd propoſitio eſt falſa: ſi autem ſubiectum accipiatur ut quid, & prædicatum ut modus, dico, quod propoſitio eſt uera, loquendo in fundamentis, ut puta de homine, & animali, dicendo, homo eſt animal. Et cum tu dicis, contra, quia animal acceptum ſub ratione generis repugnat homini accepto ſub ratione ſpeciei. Ad iſtud dicendum eſt, quòd ſupponit falſum per regulam datam ſuperius: nam quando animal in propoſitione homini unitur per hoc uerbũ eſt, ratio generis extraneatur ab animali; & ratio ſpeciei ab homine; ſic quod genus in tali prædicatione, ſiue in tali conſideratione non competit animali; nec etiam ſpecies competit homini. Et ita tu præſupponis falſum in tali propoſitione, cum dico, homo eſt animal, utrunque extremorum accipitur ſub ſecunda intentione. Iſta eſt ſolutio clara, ad iſtud argumentũ Sco. introducit ſermonem de modis ſignificandi, & de modis intelligendi; & ponit differentiam inter eos. Duo igitur ſunt modi. Quidã enim ſunt modi ſignificandi; & quidam intelligendi. Modi. n. ſignificandi grammaticales ſunt iſti, ut puta nominatiui caſus, numeri ſingularis, numeri pluralis, tertiæ perſonæ, adiectiui, & ſubſtantiui nominis, figuræ ſimplicis, & compoſitæ. Et iſti modi dicuntur modi ſignificandi, qui ſunt inſtituti, & ordinati, atque impoſiti per intellectum effectiuè dictionib. ſignificatiuis: ſicut dicimus, ꝙ iſti modi ſunt in ipſa roſa. Nã roſa eſt nõiatiui caſus, & ſingularis numeri, & tertiæ pſonæ, & figuræ ſimplicis. Et ſi quæras, à quo ſunt iſti modi effectiuè? Dicas ꝙ ſunt ab intellectu, & in hoc cõueniunt cũ ſecundis intentionibus, q̃ effectiuè ſunt ab intellectu. Et ſi quæras, in quo ſunt tanquam in ſubiecto? Dicas, quòd ſunt in dictioni-

bus

Replica.

Reſponſio.

Scotus digreditur ad declarãdum quid ſint modi ſignificãdi.

Duo ſunt modi, quidam ſũt modi ſignificãdi: & quidam intelligendi.

Quid ſint modi ſignificandi grammaticales

Cur dicantur modi ſignificãdi,

Quæſtio in quo ſunt.

Queſtio an ſint ſeparabiles.

Quæſtio an ſignificatum intelligatur ſub oppoſito modo.

bus ſignificatiuis, ſicut etiam ſecundæ intentiones ſunt in fundamentis, & rebus cognitis. Et ſi quæras, an iſti modi ſignificandi grāmaticales ſint ſeparabiles, uel inſeparabiles à ſignificato dictionis? Dicendum eſt, quòd ſunt omnino inſeparabiles: ita quòd ubicunque erit illud ſignificatum, & illi modi ſignificandi erūt: & in hoc iſti modi ſignificandi aſſimilantur paſſionibus, quæ nunquam ſuam deſerunt ſubſtātiā. Et ſi quæras, an ſignificatum poſſit intelligi ſub oppoſito talis modi ſine repugnantia? Dico, quòd non. Nam hō, qui eſt numeri ſingularis, non poteſt intelligi ſub modo pluralis numeri ſine repugnantia. ratio, quia cū dico, homo, ſtatim emergit modus ſignificandi grammaticalis in eo ꝙ eſt numeri ſigularis. Intelligere autem ſub modo huic oppoſito eſt illud intelligere in plurali numero: & tunc unus homo eſſet plures homines; & una roſa plures roſæ. Et ita patet, quòd non poteſt intelligi ſub oppoſito non ſine repugnantia. Et ſi quæras, an iſti modi ſignificandi ſunt etiam in propoſitionibus? Dico quòd ſic. Nā dictum eſt, quòd nūquam ſua deſerunt ſubiecta.

An ſint in propoſitionibus iſti modi.

Queſtio an ſint formalia principia.

Et ſi iterum quæras à me, an ſint principia formalia? Dico, quòd ſic. Nam poſſunt dici formæ pro quanto ſunt quædam accidentia cauſata ab intellectu, & ſubiectiuè recepta in dictionibus ſignificatiuis: & ideo denominant ſubiecta in quibus ſunt. Propterea merito formæ dici poſſunt, & principia formalia: ſunt autem principia formalia, quia ſunt principia uniendi congruitatis, & cōuenientiæ in partibus orationis ſiue in quibus partes orationis non poſſunt cōgruè uniri: & ideo tales modi ſignificandi grāmaticales repugnantes ad inuicē cauſabunt orationem incongruam, ut dicendo, roſa eſt albus,

Dicuntur principia formalia ratione uniendi congruitatis & conuenientiæ in partibus orationis.

uel roſæ ſunt alba, uel roſa ſunt alba. Et ſi quæras, quæ ſunt principia materialia reſpectu modorum ſignificandi? Dicas, dictiones ſignificatiuæ. Nam quemadmodum fundamenta ſecundarum intentionum reſpectu illarum poſſunt dici materialia: ita & dictiones ſignificatiuæ ſunt materialia reſpectu illorum modorum ſignificandi: ſed quæro, an iſti modi ſignificandi ſint cauſa efficiens? Dico, quòd non, quia cauſa efficiens illorum eſt intellectus: ſed quæro, quæ eſt cauſa illorum finalis? Dico, quòd eſt cauſare cõgruitatem grammaticalem in oratione. Quæro adhuc, an iſti modi ſint illa, quę uniũtur in propoſitione? Dico, ꝙ non, quia cum dico roſa eſt purpurea: certum eſt quòd modi ſignificandi nõ uniuntur in iſta propoſitione. i. non ſunt ſubiectum, neque prædicatum, quia caſus nominatiui, & ſingularis numeri non uniũtur in tali propoſitione: ſunt tamen principia formalia, ſiue ſunt orationes formales; merito quarum iſta ſignificata uniũtur ad inuicem. Patet igitur, quid dicendum erat de modis ſignificandi: ſunt etiã modi, qui propriè dicuntur modi intelligendi: iſti autem modi intelligendi dicunt̃ modi logicales, ſiue ſecundæ intentiones, quæ ſecundæ intentiones non ſunt neque applicantur ſignificato quocunq; modo cõſiderato: ſed applicantur tales modi, ut cõcipiuntur ab intellectu, ſiue cõſiderantur, ſiue clarius, ut habent eſſe cognitum apud intellectum. Et ſi quæras, an iſti modi intelligendi ſint ſeparabiles à ſignificato? Dicatis, ꝙ ſic; & ſi quęras an ſeparantur à ſignificato? Dico, quod in duobus caſibus. Primo, quando ſignificatum cõſideratur Metaphyſicè; ſecundo qñ conſideratur Phyſicè. & poteſt addi tertiũ, quando extrema uniuntur in propoſitione cum hoc uer-

Qõ, quæ ſunt principia materialia reſpectu modorũ ſignificandi.

Qõ an modi ſint cauſa efficiens.

Quæſtio quæ eſt cauſa finalis eorum.

Qõ an modi uniantur in ꝓpoſitione.

De modis intelligendi qd ſint.

An ſint ſeparabiles.

Reſpondetur, ꝙ ſic.

Quæſtio. tripliciter ſeparantur iſti modi intelligendi.

uerbo eſt, & in hoc diſtinguũtur modi intelligē di à modis ſignificandi: ſed quęro, an modi intelligendi poſſint intelligi ſub modo oppoſito ſine repugnantia? Dico, quòd ſic. Nã homo, cui applicatur ſpecies, poteſt intelligi ſub oppoſito ſpeciei, & ſine repugnantia. Nam poſſum ipſum intelligere ſub ratione indiuidui ut, cum dico iſte homo. Nam certum eſt, quòd iſte homo eſt terminus diſcretus; & tunc non eſt ſpecies; & in hoc etiam differunt à modis ſignificandi. Præterea an iſti modi intelligendi ſint principia uniendi? Dico, quod nõ; nec ſunt principia uniē di in hac propoſitione, homo eſt animal; nec ſunt unita, quia eorum repugnantia non cauſat falſitatem. Et ita patet, quid dicendum erat pro declaratione illius literæ.

Quæſtio ꝙ poſſunt intelligi ſub oppoſito modo.

Quinto loco contra præpoſitã propſitionem adhuc per argumenta communia falſificando illam propoſitionem, homo eſt animal. Arguitur igitur ſic, homo eſt aſinus, ergo homo eſt animal: probatur, quia oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti, ergo bona; Tunc ultra homo non eſt aſinus, ergo homo non eſt animal: probatur deductio harum conſequentiarũ per regulam philoſophi. Nam ſicut affirmatio ſequitur ad affirmationem, ita negatio ad negationem: probatur etiam per illam regulam famoſam, ſicut affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio eſt cauſa negationis per Ariſt. primo Poſt. Probatur etiam conſequentia ratione, quia ſicut affirmatio aſini, ut dicendo, homo eſt aſinus, ibi aſinus affirmatur de homine, ſe habet ad ſuam negationem, ut dicendo, homo non eſt aſinus, ibi aſinus negatur de homine: ita conſequenter affirmatio animalis, ut dicendo, homo eſt animal ibi animal affirmatur de homine, ſe ha-

Quinto principaliter arguitur.

Per regulã famoſam probatur.

Primo poſt. cõ tex. 30.

habet ad ſuam negationem, ut dicendo, homo non eſt animal, ibi animal negatur de homine, ergo à permutata ꝑportione, ſicut ſe habet primum, quod eſt iſta propoſitio, homo eſt aſinus ad tertium, quod eſt iſta, homo eſt animal, ita ſecundum, quod eſt iſta propoſitio, homo non eſt aſinus, ſe habet ad quartum, quod eſt iſta propoſitio, homo non eſt animal. Et ita patet per hoc argumentum, quòd iſta propoſitio eſt falſa, homo eſt animal. Ad hoc argumentum reſpondet Sco. Primò negando ſimilitudinem cadentē inter illas conſequentias: ſimilitudo, quæ negatur, eſt iſta, quòd ſicut affirmatio animalis ſequitur ad affirmationem aſini, ſic negatio, ſcilicet, animalis ſequitur ad negationem aſini. Ad hoc dicit Sco. nego tibi hanc ſimilitudinem: & ratio eſt propter fallaciam conſequentis, quæ in ea committitur: arguit enim à deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequētis non adæquate, non enim ualet iſte modus arguendi, homo non eſt aſinus, ergo homo non eſt animal. Nam ſicut eſſe aſinum non eſt præciſa cauſa eſſendi animalis, quia etiam eſſe hominem, ſiue equum, bouem, ſunt huius cauſæ, cum animal conſeruetur in ſuis ſpeciebus omnibus & ita non eſſe aſinum non infert non eſſe animal. Propterea illa ſimilitudo benè negatur. Aduerte hic bonam doctrinam, quòd arguendo in terminis ſecundarum intentionum à deſtructione ſpeciei, ſequitur conſequentia ad deſtructionem generis; ut arguendo ſic: non eſt ſpecies, ergo non eſt genus, conſequentia ſequitur propter naturam relatiuorum, quia poſita ſe ponunt, & perempta ſe perimunt. Arguendo tamen à negatione unius ſpeciei ad genus plures habens ſpecies, non ualet conſequentia, cum

Reſponſio quanti argumenti negando ſimilitudinem.

Committitur fallacia conſequentis.

Nota quòd colligitur ex hoc optima doctrina.

Secundum.

arguatur in cauſis inadęquatis, ut eſt in propoſito, homo nõ eſt aſinus,ergo homo non eſt animal,non n. ſequitur,ut dictum eſt. Arguendo tamẽ ab aliquo inferiori ad ſuum ſuperius, quod non habet niſi unum ſuppoſitum,benè ualet cõſequentia à negatione illius indiuidui ad negationem illius ſpeciei,ſiue à negatione ſpeciei ad negationem generis: benè enim ſequitur. Hæc phœnix non eſt,ergo phœnix in cõmuni non eſt ſaltem in eſſe phyſico.

Tertium.

Ad primã probationem. Primo poſt.cõ tex.30.

Ad primam probationem. Ibi Sco. reſpondet ad probationem primam illius conſequentiæ: & exponit autoritatem philoſophi primo. Poſt. quomodo intelligatur, quòd ſicut affirmatio eſt cauſa affirmationis,ita negatio eſt cauſa negationis. Dicit Sco. quòd illa authoritas intelligitur in cauſis præciſis,& adæquatis, pro quo facit exemplum ibi poſitum à philoſopho. Nam ſicut habere pulmonem eſt cauſa reſpirandi in animalibus,ita non habere pulmonem eſt cauſa non reſpirandi in piſcibus. Modò applicando ad propoſitum affirmatio ſpeciei, ut puta eſſe aſinum,non eſt præcisè,& adæquatè cauſa inferendo negationem generis. ſ. ipſius animalis.

Illa authoritas intelligitur in cauſis præciſis.

Applicatio.

Secundo priorum cap. 21.& primo perhie. cap. 3.

Ad aliam probationẽ, quæ eſt philoſophi ſecundo Priorum, & primo Perier. Dicit, quòd illa ſimilitudo de commutata proportione,tenet quo ad oppoſitionem cõtradictoriam,hoc eſt, quòd ſicut aſinus opponitur contradictoriè non aſino, ſic animal opponitur contradictoriè nõ animali:& ideo iſta ſimilitudo tenet quo ad opponi contradictoriè; quia ſimilis contradictio eſt utrobique:ſed modo in argumento tuo hoc nõ obſeruatur,quia commutatur ſimilitudo oppoſitionis contradictoriæ,ad ſimilitudinem antecedentis,& conſequentis: & ideo argumentum

non

non tenet. Patet igitur ſolutio.

Sexto arguitur ſic. ſi tu concedis mihi, quòd animal prædicatur de homine; ego quæro abs te, aut prædicatur ſecundum quod eſt idem homini; aut ſecundum quod eſt aliud ab homine: ſi ſecundum quod eſt idem homini, ergo eſſet prædicatio eiuſdem de ſe ipſo; iſta autem non eſt uera prædicatio, quia non eſt ſuperioris de inferiori: ſi prędicatur ſecundum quod eſt aliud & diuerſum ab eo, ergo non prædicabitur de homine; quia ſtante diuerſitate prædicati, & ſubiecti, propoſitio non erit uera, ſed falſa. Ad hoc argumentum dico, quòd non prædicatur animal de homine ſecundum quod eſt diuerſum ab eo: ſed ſecundum quod eſt indifferens, ſiue commune quoddam ad hominem, & etiam ad aſinum: ſiue ad aliud ab homine, ut puta ad aſinum, & bouem, prædicatur tamen ut eſt idem homini, quia incluſum in hoĩe. Cõtra ſi tu mihi cõcedis, ꝙ animal p̄dicatur de homine, ſ̄m ꝙ eſt indifferens ad hominem, & ad alia; contra, quodlibet ad quod animal eſt indifferens, & commune poterit prædicari de homine: & ita hæ propoſitiones erũt ueræ, homo eſt aſinus, homo eſt equus bos: ad quæ omnia animal eſt indifferens, & cõmune: ſed negat hanc conſequentiam dictam: quia illa indifferentia animalis ad ſuas ſpecies eſt per modum diſiunctionis, & non copulationis: quando autem aliquid ſe habet diſiunctiuè ad multa, non ſequitur, quod aliquid illorũ pro quocunque poterit uerificari, & prædicari ſic.n. erit in propoſito diſtincto. Hæc latius apparebunt in capite de differentia.

Sexto arguitur · *Reſponſio ad ſextum.* · *Contra.* · *Differentia diſiunctionis & coputlationis.*

Septimo arguitur ſic, ſi tu mihi cõcedis, quòd hæc propoſitio ſit uera, homo eſt animal, aut tota natura animalis eſt in homine; aut non: ſi nõ,

Septimo Arguitur.

ergo ſequitur, homo non erit animal, niſi ſecundum quid imperfectè, & incompletè: ſi tota natura eſt in homine, ergo ſequit, quòd nihil aliud ab homine eſt animal. Probo per philoſophum 3. Phyſicorum. Totum eſt, extra quod nihil eſt accipere. Et ita ſi totum animal eſt in homine, ergo extra hominem de animali nihil eſt accipere, ergo aſinus non eſt animal, nec bos, nec equus. Ad hoc argumentum reſpondet, concedo, quòd totum animal eſt in homine: & cum dicis, contra quia totum eſt illud, extra quod nihil eſt accipere. Dico, quòd ſic debet exponi, quòd totum eſt cuius nihil eſt extra. i. cui nihil deeſt requiſitum ad ipſum: & ita concedo, quòd de natura animalis nihil deeſt homini: non tamen ſequitur illã naturã animalis pcisè eſſe in homine: uel dicas ſic clarius, naturam animalis eſſe in homine ſtat dupliciter, aut per complementum, & ſic concedo, aut per continentiam, & ſic nego.

Tertio phyſic. contex. 63.

Totum eſt illud, extra qđ nihil eſt, quomodo intelligatur.

Naturam animalis eſſe in homine, ſtat dupliciter.

Octauo arguitur ſic, homo eſt animal, ſed animal eſt genus, ergo homo eſt genus. nego argumentum dicit Sco. quia committitur fallacia figuræ dictionis, uariatur. n. medius terminus, & ſuppoſitio. Nam cum dico, homo eſt animal, ſupponit perſonaliter, cum dico, animal eſt genus, ſupponit ſimpliciter: poteſt n. etiam adduci illa diſtinctio aurea de ſecunda acceptione termini communis, ut ſcitis. Contra dictam reſponſionẽ Doctor adhuc inſiſtit. Nam quicquid prædicatur, prædicatur ſub ratione alicuius uniuerſalis, ſed animal prædicatur de homine, ergo ſub ratione alicuius uniuerſalis, & non ſub ratione alterius quàm generis, ergo genus, pro ut prædicatur de homine, competit ipſi animali. Ad hoc dicimus, quòd in prædicatione ſignata bene ratio generis conuenit animali; in prædicatione uerò

Octauò arguitur.

Committitur fallacia figuræ dictionis.

exer-

exercita, cum animal unitur cũ hoc uerbo eſt ipſi homini, ratio generis extraneatur, & elongatur ab ipſo animali.

Nonò arguit ſic. Aduerte hic ꝙ Sco. arguit ſpeciali argumento ad probandum, quod ſpecies nõ prædicatur de indiuiduis in primis intentionibus. Et ad hoc probãdum poſſunt adduci omnia media facta ſuperius de animali. Propterea Sco. tantum uoluit adducere unum argumentum ad probandum quod ſpecies non poteſt prædicari de indiuiduo ſic. Nullum incorruptibile prædicatur de corruptibili, ſpecies eſt incorruptibilis. 7. Metaph. Indiuiduum eſt corruptibile, ergo Ad hoc argumentum Doctor dat duas reſponſiones. Primo negando minorem. Nam ſuppoſitum ſpeciei eſt incorruptibile, & non corruptibile; & hoc accipiendo indiuiduum, & ſuppoſitum, ut tantũ includit naturam communem cum ſua hęccheitate, & differentia indiuiduali circumſcriptis totis differentijs accidentalibus. Nã ſic ponitur in prædicamento ſubſtãtiæ propriè. Præterea dat ſecundam reſpõſionem negando, quòd ſpecies ſit incorruptibilis. Nam ſpecies, ut eſt in ipſis indiuiduis, eſt per accidẽs corruptibilis: Tamen ſecundum ſe eſt incorruptibilis, pro quanto continuatur per ſucceſſiuam generationẽ in diuerſis, & uariis indiuiduis. Et ita finis quęſtionis

Nono principaliter.

Probat Scotus ꝙ ſpecies non prædicatur de indiuiduis ergo animal minime de homine.

Septimo Meta. cõtex. 35. & 53.

Scotus affert duas reſponſiones.

Prima reſponſio.

QVAESTIO XVII.

QVaeritur De iſta ſecunda particula. Poſtquàm Doctor plurimũ laborauit in mouendo quæſtiones admodum difficiles circa diffinitiones, & diffinitum abſolutè:

Et etiam circa exempla poſita à Porphy. Et conſequenter aliquas particulas poſitas in diffinitione generis. Nunc in hac parte intendit moue re quæſtionem nedum nobis utiliſſimam uerũ & difficillimam circa ſecundam particulam poſitam in diffinitione genetis. Eſt autem illa particula ly differentibus ſpecie, circa quam meritò uenit dubitandum. An conuenienter ponatur? Nam ſi particula illa diffinitionis genericæ cõ ueniente r ponitur, tota diffinitio cõueniens erit poſita: ſi uerò inconuenienter fuerit poſita, ſupereſt, ut Porphy. meritò ſit arguendus. Quid ſit diffinitio, & genus, ſuperius patuit. Quid autem ſit differens, notum eſt. Nam differens eſt quoddam concretum ueniens ab hoc abſtracto differentia Eſt autem hic merito obſeruandum: quod eſt differentia inter diuerſa, & differentia. Nam illa dicuntur diuerſa, quæ in nullo quidditatiuè conueniunt. Nam ſi aliquod eſſet, in quo qdditatiuè conuenirent, maximè eſſet ens, quod tamen à Scotiſtis non conceditur. Differentia uerò dicuntur illa, quæ in alio cnnueniunt, & in aliquo differunt, ut homo, & aſinus. Nam conueniunt in animali, tanquam in proprio, & immediato genere: & differunt proprijs differẽtiis ſpecificis, ut puta rationali, & irrationali. Qua propter congruè, & rectè ponitur illa particula in diffinitione generis, cum dicitur, genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ob id, quia ſpecies contentæ ſub generc, de quibus genus ipſum prædicatur uerè, dicuntur differentes non reſpectu generis, quia in eo conueniunt, ſed reſpectu differẽtiarum, quæ diuidunt genus, & conſtituunt ſpecies oppoſitas.

Iſta quęſtio eſt utilis & difficilis.

Quid definitio Quid genus. Quid differẽs. Differunt diuerſa & differentia uide for ma litates.

Quæ ſunt differentia.

Doctor igitur tribus rationib. arguit. ad partem negatiuã, probans, quòd illa particula (diffe-

Doctor arguit ad partem negatiuam.

ferentibus ſpecie) non rectè ponitur in diffinitione generis. Primò ſic, illa particula inconuenienter ponitur in diffinitione alicuius, per quā diffinitum non diſtinguitur ab eo, à quo debet diſtingui. Hæc propoſitio eſt de ſe nota, quia per hoc datur diffinitio, ut per eam, & per eius proprietates diſtinguatur diffinitum à quocunque quod non eſt ipſum: ſed hæc particula, differentibus ſpecie, non eſt huiuſmodi, ergo. Non. n. per ipſam diſtinguitur genus à ſpecie, probatur. 5. Metaph Benè ſequitur, differunt ſpecie, ergo & numero: ualet conſequentia, quia quæcunque differunt in ſuperiori, differunt in inferiori. Præterea quæcunque differunt in maiori, differunt in minori: ſed differentia ſpecie differunt in ſuperiori, & maiori, ergo & in minori, cuiuſmodi eſt differre numero.

Quinto Meta. contex. 12.

Quæcunq; differunt in ſuperiori, differunt in inferiori.

Circa literam obſeruate locum, ubi ait. Antecedens non diſtinguitur à conſequente. Ibi antecedens non ſumitur pro una propoſitione, quæ ſolet poni loco antecedentis: ſed ſumitur ibi pro inferiori, quod antecedit ſuperius. Et conſequens non ſumitur pro aliqua propoſitione illata ex antecedente, ſed ponitur pro ſuperiori, quod conſequitur ad ſuum inferius. Et ita differens ſpecie, quod eſt antecedens, non diſtinguitur à differente numero, quod eſt conſequens.

Circa litteram Doctoris.

Ad oppoſitum eſt Porphy. qui hanc diffinitionem conuenienter poſitam recto rationis examine, ac prælibatis omnibus totius genericæ diffinitionis partibus, nobis reliquit. Locus enim ab authoritate affirmatiuè, & præſertim tanti uiri ualet. Et ita his oppoſitis rationibus relinquitur illa pars, & tota quæſtio dubia.

Ad oppoſitum

Locus ab authoritate affirmatiue ualet, negatiue non.

Ad quæſtionem reſpondet Doctor ponendo ſuam

Ponit Scotus concluſionem affirmatiuam.

ſuam concluſionem affirmatiuam, quæ eſt hæc quòd hæc particula. f. differentibus ſpecie poſita in diffinitione generis à Porphy. rectè, & optimè ponitur, ut ſcilicet, tanquam una differentia, per quam genus diſtinguitur à ſpecie, & à proprio.

Primum fundamentum.

Fundamēta iſtius quęſtionis Scoticæ, & Porphyrianæ ſunt duo hic poſita: quorum primum eſt illa particula in diffinitione alicuius rectè ponitur, quæ eſt diuiſiua generis ſuperioris & conſtitutiua ſpeciei inferioris. Hæc propoſitio patet ex his, quæ dicuntur à Porphy. capite de differentia. Nam officium, atque munus differentiæ tributum, atque conceſſum eſt; ut genus diuidat, & ſpeciem conſtituat: ſed hæc particula ly differentibus ſpecie, eſt huiuſmodi; probo minorem. Nam per illam particulam uniuerſale, quod eſt genus ad hæc quinque uniuerſalia, deſcendit, diuiditur, & contrahitur in ipſum diffinitū, quod eſt genus, ſiue in ipſum genus, quod genus eſt ſpecies uniuerſalis in communi, ſicut genus, ſupple tu, deſcendit per differentiam ad ſuam ſpeciem. Quòd autem hoc ſit uerum, patet, quia ratio ipſius uniuerſalis in communi eſt prædicari de pluribus; modò prædicari de pluribus, per ſe diuiditur in pluribus ſpecie, & in pluribus numero. Et ita per ly differentibus ſpecie, tanquā per unam differentiam deſcendit uniuerſale ad ipſum genus, quod eſt ſpecies eius. Et illud ponitur ibi latenter. Tangitur aliud fundamentum; & ratio huius quæſtionis, quæ eſt hæc, illa particula rectè ponitur, quæ correſpondet tanquā correlatiuum ſuo relatiuo per ſe: ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo. Nam genus eſt per ſe relatiuum, ſpecies uerò eius correlatiuum. Vt igitur hæc generica diffinitio completa, atque ſufficiens redderetur, oportuit ly differentibus ſpecie apponere;

Munus ipſius differentiæ.

Aliud fundamentum.

nere; in qua particula tangitur correlatiuum reſpectu ſui relatiui. Et ita patet ſolutio quæſtionis cum ſuis fundamentis, & rationibus.

Reſpondit ad primum Argumentum.

Ad argumēta, ad primum Doctor dat duas reſponſiones, prima eſt aliorum, quam improbat, ſecunda uerò eſt ſua. Ad primum argumentum igitur negāda eſt illa minor, quæ aſſumpta fuit: ad probationem eius, cum dicitur, quòd ſuperfluè ponitur. Nam quęcunque prædicantur de pluribus differentibus ſpecie, prædicantur de pluribus differētibus numero, dicit iſta opinio; quòd genus poteſt conſiderari dupliciter. Primò inquantum genus eſt, & ut ſic, non prædicatur de pluribus differentibus numero: ſed inquantum genus eſt, prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Secundo poteſt conſiderari inquantum ſpecies eſt.ſ. uniuerſalis. Nam genus eſt ſpecies, ut ſæpius dictum eſt, & ut ſic poteſt prædicari de pluribus differentibus numero, non per ſe, ſed extraneè, accidentaliter, ſiue per accidens quia accidit generi, quòd ſit ſpecies. Cōtra hāc reſponſionem inſtat Doctor; & uult arguere contra hanc opinionem, quòd genus inquātum prædicatur de pluribus differentibus ſpecie; prædicatur etiam de pluribus differentibus numero; & non accidentaliter, ſed per ſe. Vbi eſt notandum, quòd ubi eſt conſequētia neceſſaria, & formalis, conſequens prædicatur cum reduplicatione cum ly inquantnm de antecedente: unde bene ſequitur. Frācifcus eſt homo, ergo eſt animal, ergo Franciſcus inquantum homo eſt animal. Ita in propoſito, animal prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ergo de differentibus numero, ergo inquantum prædicatur de differentibus ſpecie, prædicatur de differentibus numero per ſe, non extraneè, & accidentaliter, ut dicebat

Genus poteſt conſiderari dupliciter.

Replica contra primam reſponſionem.

Nota.

bat

Dat duas reſpõſiones.

Primá reſponſio Scoti & etiam Burles.

Secunda reſpõſio.

bat prima reſponſio, Ideo dici poteſt, ait Doctor ſic limitando; primò ſpeciei diffinitionem, ubi dat duas reſponſiones, quas etiam Burleus ponit. Prima eſt, ꝙ diffinitio debet intelligi cũ pręciſione ſic, ſpecies eſt illa quæ prędicatur de pluribus differentibus numero tantum. Secundo poteſt dici, quòd ſpecies immediatè prædicatur de differentibus numero: genus uerò mediatè, quia mediante ſpecie.

Secundo arguitur.

Arguitur ſecundo ſic ad concluſionem. Illa particula non rectè ponitur, per quam genus nõ diſtinguitur à proprio: patet hæc, quia ſecundũ Porphy: propter hoc appoſita eſt illa particula, ut diſtinguatur genus à proprio. Nam proprium prędicatur de pluribus differentibus numero; & genus de pluribus differentibus ſpecie: ſed hæc particula non facit hoc, ergo. probo minorem, & accipio aliqua genera intermedia, ſiue genera ſubalterna, ut ſunt numerus, triangulus, figura, &c. quæro, aut iſtę proprietates, & paſſiones generum intermediorum prædicantur de pluribus differentibus ſpecie; aut non; ſi mihi concedas, quòd prædicantur de pluribus differentibus ſpecie, quemadmodum prædicantur genera intermedia, quæ ſunt ſubiecta illarum paſſionum tunc ſequitur propoſitum meum, hoc. ſ. quòd per illam particulam non diſtinguitur genus à proprio: quia tam genus, quàm proprium prædicantur de pluribus differentibus ſpecie: ſi uerò mihi concedas, quòd non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ergo non eſt propriũ: probo, quia omne proprium conuertitur cum eo cuius eſt proptium, ſed proprium, quod non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, nõ conuertitur cum genere intermedio, quod eſt ſubiectum eius. Ad ſecundum argumentum Do-

De quibus pdicatur propriũ.

Reſponſio argumenti ſecũdi.

ctor

ctor dat pulchram doctrinam; & ait ꝙ propriũ, ſiue propria paſſio nullus ſubiecti eſt, inquantum illud ſubiectum eſt genus, ſed inquantum eſt ſpecies. Et ita omnis paſſio conuertitur cum ſuo ſubiecto, inquãtum prædicatur de pluribus differentibus numero: ratio iſtius dicti, dicit Doctor, eſt hæc, quoniam propria paſſio non conuenit alicui, niſi cui conuenit eſſe ſubiectum demonſtrationis: modo in demonſtratione potiſſima paſſio demonſtratur de ſubiecto; ſed demõſtratio præſupponit de ſuo ſubiecto eas præcognitiones, quas deſcripſit primo Poſt. quid eſt & quia eſt: ſed habere quid eſt ſoli conuenit ſpeciei. 7 Metaph. ergo ſoli ſpeciei conuenit habere proprium. Et ita genus, inquantum genus eſt, non poteſt habere proprium, ſed ſpecies: modo certum eſt, quòd de quocunque non prædicatur unum conuertibilium, nec reliquum, ſed ſpecies, & proprium ſunt conuertibilia, & ſpecies non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ergo nec proprium. Ad argumentum formaliter, cum quæris, aut prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, aut non. Dicendum eſt, quòd non: & cum tu arguis, ergo non eſt proprium, nego: & cum probas, quòd omne proprium conuertitur cum eo cuius eſt proprium. Dico, quòd uerum eſt, quòd conuertitur cum eo, non inquantum eſt genus, ſed inquantum eſt ſpecies: quia proprium nullius eſt paſſio, inquantum illud eſt genus, ſed inquantum illud eſt ſpecies.

Primo poſt. cõ tex. 2.

Septimo Meta. contex. 18.

Formaliter reſpondet ad ſecundum argumentum.

Quærebatur. An illa particula, pluribus differentibus ſpecie, conuenienter, & rectè poneretur in diffinitione generis? Determinauit Doctor in corpore quæſtionis, quòd ſic, & hoc duobus modis, ſeu fundamentis, & rationibus: tum quia per illam particulam deſcendebat uniuer-

ſale

ſale ad genus tanquam ad partem ſubiectiuam eius. Tum quia per illam particulam diffinitio generis reddebatur completior. Nam in diffinitione relatiui debet aſſignari correlatiuũ eius: hoc autem fit, quia relatiuum ponitur in diffinitione ſui correlatiui; non tanquam illud quod ſit de eſſentia relatiui: ſed tanquam illud ſine quo intelligi non poſſit. Et introductis duobus argumentis, & duabus ſolutionibus ad illa duo argumenta declarauit. Supereſt in præſentiarum tertium ferre argumentum, & formare contra concluſionem poſitam: per quod argumentum Doctor uult probare, quòd illa particula in diffinitione generis inconuenienter ponitur. Vbi eſt aduertendum, quòd Doctor in textu duas facit conſequentias: & tamen adducit ultimum conſequens tanquam falſum, cuius falſitatem oſtendit. Arguitur igitur ſic enthymematicè. Hæc particula per ſe conuenienter ponitur, ergo per ſe conuenit diffinito, ſiue generi diffinito: tunc ultra, hæc particula conuenit per ſe diffinito, ergo differẽtia ſpecie ſubiiciunt generi; hoc conſequens eſt falſum, ut probat, ergo & antecedens. Illud autem antecedens eſt concluſionis titulus, & concluſio reſpõſiua ad quæſtionem, ergo concluſio falſa. Circa iſtum arguendi modum Doctor ita ſe habet. Nam primo laborat in probando illas conſequentias: ſecundo ad improbandum falſitatem conſequentis: ſecundo ibi, probatio falſitatis. Prima conſequẽtia fuit iſta; hæc particula. ſ differentibus ſpecie, rectè ponitur in diffinitione generis, ergo per ſe, & quidditatiuè ineſt generi diffinito: probo hanc conſequẽtiã dictis philoſophi primo Poſt. capitulo de perſeitatibus. Vbi uult quòd illa dicatur propoſitio per ſe, quando diffinitio tota,

aut

In definitione relatiui ponitur correlatiuum non ut pars definitiua eſſentialis ſed quia ſine ipſo intelligi nequit.

Prima conſequentia.

Secunda conſequentia.

Primo poſt. cõ tex. 9.

aut pars diffinitionis de diffinito prædicatur: quia tunc diffinitio,& pars diffinitionis per ſe, & quidditatiuè ineſt diffinito. Arguo igitur ſic. Pars diffinitionis per ſe, & quidditatiuè ineſt diffinito; ſed ly differentibus ſpecie eſt pars diffinitionis genericæ, ergo per ſe, & quidditatiuè ineſt generi. Tenet igitur conſequentia arguendo à parte diffinitionis ad diffinitum. Secunda conſequentia fuit hæc particula per ſe ineſt diffinito, ergo differētia ſpecie per ſe ſubiiciuntur generi: probat iſtā conſequentiam per ſimilitudinem ſumptam in relatiuis,ſicut duplū per ſe refertur ad dimidium,ut patet in prædicamentis capite de relatiuis, ergo dimidium per ſe refertur ad duplum.Ita in propoſito,prædicari per ſe refertur ad ſubiici, & ſubiici per ſe ad prædicari;ergo ualet conſequentia,genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, ergo plura differentia ſpecie ſubiiciuntur generi. Vbi aduertendum in hoc arguendi genere. Nam conſequens primæ conſequentiæ ponitur loco antecedentis in ſecunda conſequentia,probatur etiā ſecunda conſequentia ratione, quoniam nihil per ſe dicitur relatiuum, niſi ad ſuum per ſe correlatiuum. Vbi eſt aduertendum,quòd illa litera eſt diminuta, ideo oportet ſupplere eam. ſic. Sed prædicari per ſe refertur ad ſubiici,ergo ſubiici per ſe refertur ad prædicari:quia per ſe relatiuis mutuis eſt mutua referibilitas.Nam ſi pater per ſe refertur ad filium, & filius per ſe refertur ad patrem. Et ita bene ſequitur quòd ſi genus prędicatur de pluribus differentibus ſpecie; ergo plura drīa ſpecie per ſe ſubijciūtur generi. Et ita patet probatio ſecundæ conſequentiæ ratione firmata. Doctor tamen ad uberiorem doctrinam,ut appareat,quomodo per ſe, & nō per ſe,

Secunda conſequentia probatur.

Probatur ſecū do ſecunda cō ſequentia ratione.

Litera diminuta & ſupplenda eſt.

ſe,& quomodo per accidens, ſubiici refertur ad prædicari,& econuerſo Oſtendit,quòd relatiuū non poteſt referri per ſe,niſi ad unum per ſe cor relatiuum: per accidens tamen poteſt referri ad plura relatiua. Et hoc Doctor probat. Vbi eſt ad uertendum, quòd ubicūque Doctor apponit per ſe, aut formaliter, quæ ſunt dictiones determinatiuæ, ſiue determinationes quædam, ſemper latet anguis in herba. Nunquam enim utitur iſtis terminis,niſi magno intelligentiæ ſecreto: & quia uidit Sco.ſui intellectus acie, quòd relatiuum non poteſt referri per ſe niſi ad unum,per accidens tamen ad plura: ideo uſus eſt hoc dicendi genere,cū dixit;nihil dicitur per ſe relatiuū, niſi ad ſuum per ſe correlatiuum,ut diſtingueretur relatiuum, quod dicitur ad aliud per accidens;pondera, & circa literam;quòd relatiuum eſt illud, quòd refertur ad aliud. Non enim poteſt intelligi ad ſe, ſicut dicit.Sco.ſed intelligitur in ordine ad aliud:ſi quis enim intelligeret relatiuum non ad aliud,ſed ad ſe, non intelligeret relatiuum, ſed abſolutum. Relatio uero eſt principium referendi,& eſt,quo relatiuum refertur,non autem quod refertur,ſicut relatiuum eſt illud quod refertur. Inſuper in omni relatiuo quatuor inueniuntur habitudines.Hæc fuit ſētentia Franciſci in conflatu.Exemplum. Nā pater eſt relatiuum: & in eo inueniuntur quatuor habitudines. Prima eſt ad terminum formalem paternitatis: terminus autem formalis paternitatis eſt potētia paſſiua in filio generato. Vbi eſt aduertēdū, ꝙ illd ꝙ eſt terminus formalis paternitatis,illudmet eſt fundamētum ipſius filiationis in filio:terminus aūt formalis huius relationis,q̄ eſt filiatio,eſt potētia actiua in patre. Alia uerò eſt habitudo relatiui ad terminum totalē, ſiue

Relatiuum nō poteſt referri per ſe niſi ad unum p ſe cor relatiuum, per accidens tamē pōt referri ad plura relatiua.

Intellectus ſubtiliſſimus Scoti.

Scotus in prima quæſtione quolib. etiam in 3.diſt.1.q.1. art. primo.

In omni relatiuo quatuor inueniuntur habitudines uide Franciſcū de Mayronis. Prima habitudo.

Terminus formalis paternitatis.Quid. Secunda habitudo.

ſiue ad per ſe correlatiuũ, ſicut eſt filius. Alia uerò ẽ habitudo relatiui, ſiue paternitatis ad fundamẽtum immediatũ paternitatis, ꝙ eſt potẽtia actiua in patre. Et terminus formalis filiationis, quemadmodum ſingulariſſimè probat Sco. Alia eſt habitudo relatiui ad ſubiectum, ſiue ad ſuppoſitum generans, ut puta Franciſcus, uel Petrus, Ad propoſitum Scot. hic unam tangit habitudinem relatiui ad correlatiuum, quæ eſt ipſius relatiui per ſe ad ſuum correlatiuum per ſe. Et ita uult Doctor, quod unum per ſe relatiuum, nõ poteſt referri niſi ad unum per ſe correlatiuum: Ratio, quia ſi poſſet relatiuum referri ad correlatiuum per accidens? & cum relatiua per accidens poſſint eſſe multa, tunc idem per ſe relatiuum ad multa correlatiua. Secundò probat ratione ſumpta ab eo, quod deſcribit philoſophus in prædicamentis cap. de relatiuis. Vbi deſcribit relatiuũ ꝑ hoc quod ſe habet ad aliud. Vbi illa dictio (ad) ſecundum Franciſcum, notat habitudinem eſſentialem ipſius relatiui ad terminũ. Vnde rectè dicunt Scotiſtæ, quòd habitudo ad terminum relationis eſt eſſentialis, & competit in primo modo. Habitudo uerò ad fundamentum eſt ei accidentalis, ſiue competens in ſecundo modo. Tunc arguo ſic: omnis habitudo ad terminum, ſiue ad correlatiuum eſt eſſentialis, ergo ſi relatiui erũt plures habitudines per ſe ad terminos ſiue correlatiui erunt plures, & diuerſæ eſſentiæ. Et ita non erit unum eſſentialiter: ſed plures eſſentialiter, quod erit inconueniens: & abſurdum. Tertiò probat Doctor dictum ſuum ex proprietate relatiuorum, quorum cõmeminit philoſophus cap. de relatiuis. Vbi habet illam propoſitionem diuulgatam. Relatiua ſunt ſimul natura, quòd ſic exponunt Scotiſtæ, ſimul natura. i. naturali intel

ligentia

Tertia habitudo.

Scotus in quolib q. 44.

Quarta habitudo.

ligentia. Tunc uolo te deducere ad contradictio nem manifeſtam: ſi mihi dicas, quòd relatiuum per ſe poteſt referri ad plura; Ego accipio unum relatiuum per ſe, & gratia breuitatis ſit, à, Deinde accipio duo correlatiua, quorum unum ſit, b alterum ſit, c Arguo ſic: ſi tu uis, quòd a, per ſe referatur ad, b. c, certum eſt, quòd, c, non exiſten te non eſt, a, Probo, deſtructo termino, à quo relatio eſſentialis dependet, ipſa relatio ruit: & ſic ruente relatiuo, ruit eius correlatiuum: cum ratio relatiui pendeat eſſentialiter à ſuo correlati uo, ergo per deſtructionem c, deſtruitur a; & ita ualet iſta conſequentia, c non eſt, ergo. a, nō eſt, arguendo à deſtructione correlatiui ad ſuum re latiuum. tunc pone casum, quod, b, maneat, & non deſtruatur ad deſtructionem ipſius, c, probo, quod, b, non depēdet eſſentialiter à, c, & ita, b, poterit ſtare deſtructo, c, tunc arguo ſic, b, correlatiuum eſt, ergo. a. eſt, ualet conſequentia; q̃a à poſitione correlatiui ſequitur poſitio ſui relatiui, per illam regulam famoſam. Relatiua ſunt ſimul natura. Tūc arguo ſic: b. correlatiuum eſt, ergo relatiuum eſt. Et ita ſequitur contradictio. Nam à deſtructione. c. deſtruitur. a. Et ita. a. non erit. Ad poſitionem. b. ſequitur poſitio. a. Et ita, a. ſimul erit, & nō erit. Et hoc ſequitur, dicendo, quòd relatiuum per ſe refertur ad plura correla tiua, ergo falſum eſt, dicit Doctor. Et ita ſtabit ueritas, & probatio ſecūdæ conſequentiæ; quòd ſi prædicari per ſe referatur ꝑ ſe ad ſubiici, quòd ſubijci per ſe referatur ad prædicari per ſe, proba tio falſitatis. Ibi Doctor oſtendit illud cōſequēs ultimo illarum eſſe falſum: cōſequens uerò fuit illud, quòd differentia per ſe ſpecie ſubijciuntur generi, quoniam, dicit Doctor, quæ ſubijciū tur generi, diſtinguuntur tantum numero, & nō

ſpe

ſpecie. Arguo ſic, quę ſubijciuntur generi, differunt tantum numero; ergo non ſunt differentia ſpecie: conſequentia eſt manifeſta, à poſitione unius contrarij ad poſitionem alterius contrarij: probo antecedens, quoniam illa quæ ſubijciuntur generi, ſunt ſecundæ intentiones, ſed ſecundæ iutentiones diſtinguuntur tantum numero, ergo. probo minorem, quæcunque diſtinguũtur penes materiam, & ſubiectum, diſtinguũtur numero tantum, & non differentia formali, & ſpecifica: ſed ſecundæ intentiones diſtinguuntur penes materiam, & ſubiectum, ergo diſtinguũtur numero tantum, & ita non erunt differentia ſpecie. Dicendum, aduerte circa illum locum. Nam ibi Scot. loquitur in ſecundis intentionibus, & non in fundamentis; & in prædicatione ſignata, & nõ exercita, de quibus ſuperius eſt dictum. Nam iſta intentio ſecunda, quæ eſt genus, applicata animali prædicatur de hac ſpecie applicata homini, & de hac applicata aſino. Modò huiuſmodi ſpecies differunt tantum numero, & hoc propter duo. Primò, quia hæc ſpecies applicata homini, & hæc ſpecies applicata aſino ſunt indiuidua ſpeciei in cõmuni; indiuidua aũt differunt tantum numero: & propter hoc differunt tantum numero. Præterea ſi diſtinctio iſtarum ſpecierum fuerit ſumpta penes ſubiecta, materiam, & fundamentum, cui applicãtur, erit diſtinctio materialis, & numeralis. & ita patet, quo modo quæ ſubijciuntur generi, differunt numero, & non ſunt differentia ſpecie. Et ita malè ponitur illa particula in diffinitione genericæ diffinitionis (differentibus ſpecie) patet ergo formatio, & probatio duarum conſequentiarum cũ ultimi conſequentis falſitate. Aduerte ad tertiũ argumentum, Dicitur, quòd Sco. ad illud argumentum

Aduerte circa illum locum.

Species differũt tantum numero ꝓpter duo.

Aduerte.

Prima reſponſio & exponit literam.

mentum dat tres reſponſiones: & primo exponit illam particulam in diffinitione generis poſitã. Cum dicitur, genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie: debet ſic exponi litera; de differentibus ſpecie, ideſt de differentibus ſpeciebus, quæ ſpecies differentes non differunt ſpecie ſiue ſpecificè, ut oſtendit, & præſupponit ratio: ſed differunt numero tantum. Nam hæc ſpecies applicata homini, & hæc ſpecies applicata leoni, ſunt duæ ſpecies differentes numero, & non ſpecie propter rationem aſſignatam: tum quia ſunt duo indiuidua in communi; tum quia non differunt niſi penes materiam, ut dictum eſt. Et ita prima reſponſio ſtat in hoc, quòd in tota latitudine argumentationis enthymematicę Sco. in hac prima reſponſione concedit primam, & ſecũdam conſequentiam, & ultimum conſequens, quod non habet pro inconuenienti, ſed pro neceſſario, hoc ſcilicet, quòd illa, quæ ſubijciuntur generi, cuiuſmodi ſunt illæ ſpecies differentes, differunt tantum numero.

Secunda reſpõſio quæ negat ſecundam conſequentiam.

Secundò reſpondet Doctor. Ibi aliter. Vbi negat conſequentiam ſecundam: conſequentia ſecunda fuit hæc. Hæc particula per ſe ineſt generi, ergo differentia ſpecie per ſe ſubijciuntur generi. Iſta conſequentia eſt falſa: falſitas autem hæc naſcitur ex uariatione iſtius determinationis, hoc quòd dico per ſe. Nam in antecedente comparatur ad genus: in conſequente autem comparatur ad ly ſubijci. Quare uariatio illius determinationis facit conſequentiam de ueritate ſuſpectam. Conceſſa tamen. Ibi Scot. dat tertiam reſponſionem, qua cognita eſt multum difficilis quo ad expoſitionẽ literæ. iſta igitur. Accedit igitur Doctor formaliter reſpondendo ad argumentum, primã & ſecundam conſequentiam concedit, etiam ultimum

Tertia reſpõſio concedit primã & ſecundã cõſequentiam, & ultimum cõſequens, hæc particula quæ ponitur, ergo per ſe conuenit generi definito, per ſe conuenit generi, ergo differentia ſpecie ſubiiciuntur generi.

timum conſequens illatum:& eſt iſtud;ergo dif ferētia ſpecie ꝑ ſe ſubiiciūtur generi: cōcedit ta men hoc conſequens cum limitatione;limitatio eſt hæc,quòd illa,quæ ſubiiciuntur generi, tantum differunt numero, & non ſpecie: quia illæ duæ ſecundæ intentiones tantum differunt numero:Secus autem fundamenta iſtarum ſecundarum intentionum,ut homo, & Leo, quæ ſpecie diſtinguuntur. Quòd autem numero diſtinguātur,Doctor ratione probat:& quia litera eſt difficilis, legam eam uobis de uerbo ad uerbū, qa eſt redditio cauſæ. Et ꝑpterea dicit, quòd differētia ſpecie, quæ particula ponitur in diffinitione generis,non differunt ſpecie,ſiue ſpecificè, & formali differentia;ſed numero tantum,numeroſitate accepta à fundamentis,quibus applicantur:& declarat,quòd numero differunt, quia differentia ſpecie poſita in ſubiecto, ſiue ex parte ſubiecti præfatæ propoſitionis ſumuntur pro ſuppoſitis.i.pro indiuiduis huius.ſ communis, quod eſt differens ſpecie,cuius.ſ. differētis ſpecie ſunt differētia ſpecie in plurali:uult dicere hic Doctor, quòd differentia poſita ex parte ſubiecti ſunt indiuidua huius communis, quod dico differens ſpecie ſunt differentia ſpecie: hoc probat Doctor,quia commune, ſiue numerus pluralis poteſt prædicari de ſuppoſitis,ſiue de multis indiuiduis ſimul: exemplum,hic homo, & hic homo, ſunt homines: hoc animal, & hoc animal ſunt animalia. Et ita numerus pluralis poterit prædicari de multis indiuiduis: ſic & numerus ſingularis poterit prædicari de uno indiuiduo:ut hic homo de hoc homine:& ita propoſitio erit uera.Et tunc dicit Scot. differentia ſpecie in illa propoſitione à parte prędicati. ſ. dicit quid, quia eſt prędicatio ſuperioris de ſuo inferiori,

Et quia litera eſt difficilis,uide quæſo expoſitionem.

Exemplum.

riori, ſiue communioris de minus communi: ſed illa ſ. poſita ex parte ſubiecti non ſunt differentia ſpecie, ſed numero: prout differentia ſpecie à parte ſubiecti ſumitur ut modus. Et ut res

Exemplum.

clarior ſiat, exemplum in ſecundis intentionibus inducit. Nam genus eſt genus, ut dicit quid; quia ut genus eſt genus, habet habitudinem ſuperioris ad inferius: & ut ſic dicit quid, & quidditatem. Nã ſuperius dicit quidditatem ſui inferioris, ſed non ut dicit modum: ſed dicit modũ ſi eſt ſpecies. Nam genus prout eſt ſpecies, dicit habitudinẽ ad uniuerſale, quod eſt genus eius, ſicut differẽtia, ut eſt unum uniuerſalium, nõ eſt differentia; ſed eſt ſpecies, ſcilicet, ipſius uniuerſalis Sic enim dicemus multa genera, ideſt, multa ſuppoſita generis, ſiue indiuidua: ut hoc genus eſt illud genus, nõ ſunt multa genera ut modus. Et quia aliquis poſſet dicere, quòd oppoſitũ prædicaretur de oppoſito: Subnectit Sco. per diſtinctionem ſuperius datam de ut quid, & ut mo

Genus põt accipi ut quid & ut modus.

dus. Ex his habemus, quod genus poteſt accipi ut qd & ut modus: & ſic quælibet alia ſecũda intẽtio uniuerſalis. Et tunc patet ſolutio formalis ad argumentũ, quod differentia ſpecie ſubijciuntur generi, non tamen ſunt differentia ſpecie, ſed numero tantum. Et ita illud ultimum conſequens, quod erat illatum, non eſt falſum, ſed uerum. Et ſic finis.

QVÆ-

QVAESTIO XVIII.

QVAERITVR An genus neceſſariò requirat multas ſpecies. Iſta quæſtio poſita à Sco. hic, eſt ī acie quæſtionum ualde nobilis: & dico à patribus, & ſapientibus ingēti deſiderio expectata. Duxit autem ortum, atq; originem ab ea genericæ diffinitionis parte, in qua dicebatur, genus de pluribus prædicari, ſiue de multis. Hanc partem Sco. diligenter perſcrutatus, uoluit uidere, An genus neceſſario requirat multas ſpecies. Patet igitur ordo, & cōtinuatio præſentis quæſtionis ad præcedentes quęſtiones. Quid ſit genus ſcio uos non latere, quòd genus poteſt accipi dupliciter pro prima & pro ſecunda intentione: & utroque modo poteſt moueri quæſtio, ſicut patet in corpore quęſtionis. Quomodo autem accipiatur neceſſarium, ex his patet, quæ habet philoſophus quinto Meta. In propoſito uerò accipitur neceſſariū pro eo quod non poteſt aliter ſe habere. Quid autem ſit requirere, nihil aliud eſt, niſi exigere, ſiue rectius coexigere. Nam relatiuum coexigit correlatiuum. Quid autem ſit multum, patet; multum. n. & unum ſunt paſſiones entis diſiunctę. Nam duæ ſunt paſſiones entis; una, quæ ſimplex appellatur, ut unum, uerum, bonum. Alia dicitur paſſio diſiuncta, ſicut unū, uel multa, quemadmodū in numeris dicimus par, uel impar, paſſio diſiuncta eſt. Poteſt etiam multū accipi, ut pertinet ad prędicamentum quantitatis: & præſertim ad ſpeciem quantitatis diſcretę, ut dicit multitudinem, ſiue pluralitatem ſpecierum. Quęrit ergo quæſtio, An genus neceſſario, uel de neceſſitate requirat pro ſui conſer-

Patet ordo quęſtionis.

Genus pōt accipi dupliciter.

Quomodo accipiatur neceſſarium 5. Meta. contex. 6.

Quid requirere.

Quid multum. Paſſiones entis aliæ ſimplices aliæ diſiūctæ ui de tartaretum in primo Met. 2. notabili.

uatione multas ſpecies, uel ſufficiat una tantũ? His declaratis, arguit Sco. ad partes:& primo probat partem affirmatiuam, quòd multas requirat ſpecies, ſic. Illud neceſſario requirit genus, quod eſt de eſſentia eius: iſtud patet; quia nihil poteſt eſſe ſine eo, quod eſt de ſui quidditate: ſed multitudo ſpecierum eſt de quidditate generis, ergo probo minorem: illud eſt de quidditate, & eſſentia generis, quod eſt pars quidditatiua genericę diffinitionis, ſed pluralitas ſpecierum eſt huiuſmodi, ergo, ut patet ex diffinitione generis.

Ad oppoſitum

Ad oppoſitum arguit Doctor argumẽto ſumpto à ſimilitudine ſic, ſicut ſe habet ſpecies ad indiuiduum, ſic ſe habet genus ad ſpeciẽ: ſed ſpecies non requirit multa indiuidua, ergo nec genus multas ſpecies: maior relinquitur nota; minor probatur de ſole, phænice, & conſimilibus ſpeciebus: patet hæc minor, etiam de mente Cõmen. primo. Poſt. Vbi habet Commen. formaliter, quòd ſunt res, ex quibus non inuenitur niſi unum ſingluare tantum, ſicut eſt cœlum, terra, ſol, & luna, & ipſa phęnix. Verum uult ibi Cõment. quòd ſi quando fiat demonſtratio de ſole non ſit de eo tanquam de uno ſingulari: ſed tanquam de eo ut eſt unum uniuerſale, uel tanquã unum uniuerſale eſt. Tu uerò aduerte hic, quod ego conſueui dicere triplicem eſſe terminum communem; per cõtinuationem, & ſic punctus, linea; per prædicationem, & ſic homo, animal; per ſucceſſionem, & ſic phænix poteſt dici terminus communis per ſucceſſionem. Nam ea flammarum pręſidio mortua expãſis alis ſuper ignẽ ſuis in cineribus ſibi ſepulchrum inſtituit, ex quibus altera inſurgit phænix. Et ſi dicas, contra, Nam eo in tempore, quo phęnix ſepulta ſuis

Primo poſt. cõmen. 38.

Auer. ut ſupra.

Triplex eſt terminus cõmunis.

Contra.

in

in cineribus latet,mũdus eſt imperfectus, quia tunc deficit una ſpecies auium nobiliſſima uniuerſo. Dicas, quòd eo in tempore, licet phęnix non ſit actu;eſt tamen in ſuis cauſis,& in fieri:& hoc non repugnat uniuerſo : nec in eo imperfectionem imponit; cum hoc autem de neceſſitate exquiritur modus, & ordo ipſius phænicis: ſed contra, ponatur caſus, quòd phænix quinque peractis luſtris ſibi mortem ſuper accenſa ligna non infligat,ſed uiolenter à ſagittariis interficiatur, quemadmodum Cæſaris tempore, Romam celeri uolatu læta uenit, potuit interfici:& tunc interfecta,non combuti,non combuſta hominum dentibus corrodi, & tandem uentris interiora uidere,nõ erit amplius phęnix;qa non ſunt illa,ex quibus renaſci poſſit. Dico, ꝙ caſus eſt impoſſibilis. Nã iuxta principia Auer. Qui dat formam, dat conſequentia formæ ſecundum legiſtas, qui dat principale, dat acceſſorium. Et ita cũ natura inſtituerit unicam phænicem in uniuerſo,ea inſtituit,in quibus ſaluari poſſit, & à uenatoribus, & à ſagittariis minimè lędi põt. Erit igitur phęnix terminus cõmunis per ſucceſſionem: ſol uerò erit terminus communis per aptitudinem. Nam eſſentia nata eſt eſſe in multis, non tamen inueniuntur illa multa, quæ ſint capacia quidditatis ſolaris. Et ita patet, quòd datur ſpecies, unicum habens indiuiduum,in quo ſpecies poteſt ſaluari, & cõſeruari: ita & genus poterit habere unicam ſpeciem,in qua conſeruatur.

Reſponſio.

Caſus eſt impoſſibilis.
Octauo phyſi. comm.32.& 3. cœli cõm. 28.
Secundum legiſtas qui dat principale, dat acceſſorium,lege legatis.ff.de adimendiś legatis.
Phęnix erit terminus cõmunis per ſucceſſionem.
Sol uero per aptitudinem.

Ad hoc argumentũ, Doctor negat ſimilitudinem:ratio,quia genus ſaltem diuiditur, & deſcẽdit ad ſuas ſpecies per differẽtias oppoſitas,quæ differentiæ oppoſitæ ſunt diuiſiuæ generis, & conſtitutiuæ ſpecierum: & ita ad minus dabun-

Doctor negat ſimilitudinem.

tur duæ ſpecies, ut arguatur ſic: in quocunque ſunt duæ differentiæ oppoſitæ diuiſiuę generis, & conſtituriuę ſpecierũ, ibi ſunt ſaltem duę ſpecies: ſed in quocunque genere ſunt duæ differentię oppoſitæ diuiſiuæ generis, & conſtituriuæ ſpecierum, ergo ad minus ſunt duæ ſpecies. Non ſic autem eſt ſpecies, quia ſpecies non deſcendit ad ſua indiuidua differentiis formalibus: ſed differentiis materialibus. Prætereạ arguit etiam contra datam reſponſionem. Nam æqualiter eſt eſſentiale, quod ponitur in diffinitione ſpeciei, ſicut quod ponitur in diffinitione generis: ſed differre numero æqualiter ponitur in diffinitione ſpeciei; ſicut differre ſpecie ponitur in diffinitione generis, ergo. Et ita manet quæſtio dubia quo ad ambas partes.

Ad quæſtionẽ

Ad quæſtionem Doctor quatuor facit. Nam primo ponit unum modum dicendi aliorum: ſecundo improbat illum: tertio limitat quæſtionem: quarto ſoluit argumenta contra eam. quarto ibi, ſubſtinendo. tertio ibi, poteſt igitur dici: ſecundo ibi, contra.

Genus poteſt accipi dupliciter.

Quo ad primum Doctor ſecundum opinionem aliorum præmittit unam diſtinctionem, quæ ex uerbis literę ſumitur; quòd genus poteſt accipi dupliciter, pro prima, & ſecunda intẽtione. Et tunc ponit duas concluſiones ſecundum mentẽ ipſius opinionis. Prima cõcluſio eſt hęc:

Prima concluſio.

quòd genus, pro ſecunda intentione acceptum, non requirit multas ſpecies actu, uel potentia: & concluſio probatur ſic. Relatiua ſunt ſimul natura: ſed genus, & ſpecies ſunt relatiua, ergo ſunt ſimul natura. Quarè ſequitur, quòd poſita una ſpecie tanquam relatiuo ponitur genus tãquam correlatiuum eius. Nam poſita ſe ponũt, & perempta, ſe perimunt. Secunda concluſio

eſt

eſt: genus acceptum pro prima intentione non requirit multas ſpecies actu, uel potentia: probo, & accipio unam ſpeciem puta hominem; & pono caſum, quòd nulla alia ſpecies ſit animalis in uniuerſo. Tunc arguo ſic. Homo eſt, ergo animal eſt, antecedens eſt conceſſum, cõſequentiã deduco ſic, homo eſt, ergo materia eſt: probo hanc conſequentiam, quia materia cum nõ poſſit eſſe ſine materia tua: tunc ultra, materia eſt; ergo genus eſt; conſequentia patet per Porphy. Nam genus ſumitur à materia, ergo genus poteſt ſaluari in unica ſpecie. Loquendo autem de aptitudine, ponitur tertia concluſio: genus aptitudine requirit multas ſpecies: probo hanc concluſionem ſic. Quicquid conuenit per ſe ſuperiori, conuenit per ſe inferiori: ſed eſſe in multis, & dici de multis, conuenit uniuerſali per ſe, probo hoc, quia iſta eſt ratio uniuerſalis primo. Peryermi. & primo Poſt. ergo eſſe aptum natum in multis, & dici de multis competit generi tanquam per ſe inferiori ad ipſum uniuerſale: Et ita intelligenda eſt diffinitio generis. Vnde poteſtis hic dare diſtinctionem, quæ infinita ſoluit argumenta, genus requirere multas ſpecies contingit multipliciter, aut potentia, aut aptitudine: tunc dico, quòd potentia non requirit, ſed aptitudine: & ſic unica reſponſione ſoluuntur omnia argumenta. Nam illa argumenta, quæ concludunt genus requirere multas ſpecies, intelligenda ſunt de aptitudine, & non de actu, & potentia. Et quia aliquis poſſet dicere, uel credere, ꝙ potentia, & aptitudo ſint idem: uult nos docere, quòd ſunt diuerſa: ideo ait, & magis declarat quòd ſit aptitudo. Nam aptitudo nihil aliud eſt niſi inclinatio alicuius rei in aliqd, uel magis non repugnantia ad aliud. Potentia uerò

Tertia concluſio de aptitudine.

Primo phyer. cap. 5.
Primo poſt. cõ tex. 25.

Genus requirere multas ſpecies, contingit dupliciter.

Quid aptitudo

Quid potentia

dicit

dicit ordinē ad actū: ꝙ autem illa ſint diſtincta, probo; quęcunque ita ſe habent, quòd unum poteſt eſſe ſine reliquo, illa ſunt diſtincta, hæc patet per formalizandis; ſed aptitudo, & potentia

Nota bene. ſunt huiuſmodi, ergo. probo: Nam in quibuſdā poteſt eſſe, & in quibuſdam non poteſt eſſe aptitudo, & in aliquo poteſt eſſe aptitudo, in quo nō poteſt eſſe potentia, uel in quo non eſt potētia, quia dicit Sco. quòd poteſt eſſe potentia in lapide eſſendi ſurſum; & tunc in eo non eſt aptitudo eſſendi ſurſum, ſed eſſendi deorſum. Prętere a poteſt eſſe aptitudo in cæco. Nam talpa eſt apta uidere inquantum animal: tamen in ea non eſt potentia uidendi, quia nunquam huiuſmodi potētia reducitur ad actum. Sic ad propoſitum, in genere erit aptitudo ad multas ſpecies, non tamen potentia. Nulli enim animali, dicit Sco quantū eſt ex ſua forma eſſentialiter, & quidditatiuè repugnat eſſe, & dici de multis: poteſt tamen quādoque hęc aptitudo impediri, quia nō ſunt multa, de quibus genus ipſum, ut uniuerſale dicatꝛ.

Contra. Contra, poſtquam poſuit Doctor primum modum dicendi aliorum ad hanc quæſtionem, Nūc ſecundo loco impugnat eam poſitionem, quo ad duo. Primo enim dicit, quòd ille modus dicēdi non eſt ad propoſitum: ſecundo quòd non eſt uerus. Primò enim dicit, ꝙ non eſt ad propoſitum; quia uidetur, quòd ille modus dicēdi procedat de ſecundis intentionibus, hoc eſt, de genere, & ſpecie. Ac ſi ſupponeret in primo mēbro illius poſitionis in quæſtione præpoſita, unam eſſe intentionem ſpeciei, quæ refertur ad genus eſſentialiter. Hoc dicit propter illud, quod refertur accidentaliter, & dubitaretur, an intentio generis ſit; hoc non uidetur eſſe uerum, neque dubium: quia certum eſt quòd genus per ſe refertur

ſertur ad ſpeciem.ſ.in communi,& non ad hanc, uel ad illam in particulari: quod autem genus referatur ad multa,hoc ſibi accidit,ſicut dictum eſt in quęſtione præcedente.Nam relatiuum per ſe refertur ad unum per ſe correlatiuum. Et ita quæſtio non quærit hoc,quòd ſi una ſpecies,unũ ſit genus;Nec quæritur.Modò excludit ibi ſecũdum intellectum falſum,& dicit. Nec quæritur .ſ.in quæſtione præpoſita,An natura generis ſit, ſi natura ſpeciei ſit:quia nemo dubitat hoc.|Nã à poſitione cuiuſcunque generis, ſequitur poſitio ſpeciei;ſed,ſcilicet,hoc quærit quæſtio,ſi nõ ſint multa.ſ.fundamenta,quibus applicatur intentio ſpeciei; ſed ſit tantum unum fundamenum.ſ.b,ut puta,homo.An illi naturæ.ſ.a,hoc eſt animali, poſſit applicari intentio generis, cui animali applicaretur intentio generis,ſi multis naturis,& ſpecierum fundamentis, ut puta.b c. d.ſcilicet,homini, equo,& leoni, applicaretur intẽtio ſpeciei. Eſt igitur ſenſus quæſtionis,quẽ declarat.Doctor, poſito caſu, quòd ſub genere animalis non inueniantur multæ ſpecies,ſed tã tum una ſpecies,ut puta ſpecies hominis.An animali poſſit applicari intẽtio generis, ſicut applicaretur intentio generis ſub ipſo uniuerſali, dato quòd eſſent plures ſpecies ſub eo contentæ. Et ſic intellecta quæſtione; nec uerum membrũ quæſtionis prędictæ, eſt ad propoſitum; ideſt, nec loquendo in primis,nec in ſecundis intentionibus.Item non uidetur uera. Ibi Doctor arguit contra ſecundum membrum poſitionis,qđ erat, quòd genus aptitudine multas habet ſpecies.Contra,quia impoſſibile eſt aliquid eſſe aptum natum dici de pluribus, niſi illa plura poſſint apprehendi ab intellectu per diuerſas ſpecies. Vbi pondera literam Doctoris, quòd ibi loqui-

Quomodo genus referat ad ſpeciem in cõmuni.

A poſitione generis ſequitur poſitio ſpeciei.

Primum arguitur.

Secundo arguitur.

Pondera literã Doctoris.

quirur de cognitione abſtractiua, quæ habetur per cognitionem, ſiue per ſpeciem intelligibilē. Præterea loquitur de omnibus diſperatis, quæ nõ poſſunt appræhendi per intellectum, nec per diuerſas ſpecies. Et propter hoc dicit Doctor, qđ impoſſibile eſt, aliquid eſſe aptum natum dici de pluribus, niſi illa plura concipiantur, & intelligantur per diuerſas ſpecies: ſed aptitudine poſſunt concipi diuerſæ ſpecies, ergo actu plures ſunt ſpecies ipſius generis; quòd autem poſſint concipi diuerſæ ſpecies actu; probatur, quia de ratione ſpeciei eſt, quòd applicetur fundamento ſecundum eſſe cognitum, quod habet obiectum: ſicut patuit in illa aurea diſtinctione de termino communi.

Tertia arguit.

Præterea arguit contra ſecundum membrum: ſi aliquid eſt aptum natum dici de pluribus differentibus ſpecie per ſe, ergo plura differentia ſpecie ſunt apta nata recipere prædicationem illius, ergo ſi aptitudo ſufficit ad conſtituendã rationem generis; conſimilis aptitudo ſufficit ad conſtituendam naturam ſpecierum, ergo ſi aliquid eſt genus propter talem aptitudinē actu, ita à ſimili multa, quę participant ipſum aptitudinaliter, actu erunt ſpecies. Et ita patet, quòd genus actu habet multas ſpecies, & non tãtum aptitudine; quod eſt contra ſecundum membrum. Poteſt igitur dici. Ibi Doctor, ſecundum quod dicebatur in quęſtione, limitat modum dicendi.

Reſpondet ad quęſtionem de mente propria.

Dicit ergo ad quęſtionem, quòd ad rationē generis requiritur, quòd multas habeat ſpecies actu; non illas ſpecies, quę actu, uel potentia exiſtunt; ſed illas ſpecies, quæ tãtum actu cõcipiuntur per ſpeciem intelligibilem acceptam ab indiuiduis quandoque exiſtentibus. Stante hoc, Doctor reſpondet ad illud argumentum, quod factum eſt ad oppoſitum quæſtionis, & dicitur

citur ad argumentum, quòd ſimilitudo ſpeciei requirit multa indiuidua aptitudinaliter, ſicut dictum eſt de genere. Et ita ſubſtinendo hãc poſitionem. Sco. dicit ad alia argumenta. Ad primum argumentum contra illam poſitionem ſuperius recitatam. Dicit Doctor, quod ſi huic naturę tantum applicaretur intentio ſpeciei, quòd illi naturæ generis, quæ eſt in hac natura ſpecifica incluſa, adhuc applicaretur intentio generis. Et ita ſtante unica ſpecie, poſſet applicari intentio generis animalis. Ad ſecundum dicit Doctor, quòd non ſufficit ad eſſe ſpeciei alicuius poſſe concipi ab intellectu; ſed adhuc requiritur, quòd in intellectu, & conceptu ſpeciei includatur genus, reſpectu cuius debet dici ſpecies. Ad tertiũ Doctor negat conſequentiã, quoniam forma, & eſſentia ſolis nata eſt, eſſe in alia materia, quàm in illa, in qua eſt, quantum eſt de ſe. Non propter hoc inuenitur aliqua materia, quæ ſit apta nata recipere formam, & eſſentiam ſolis; ſicut dictum eſt ſuperius per lõgum ſermonem. Et tunc Doctor notat unum, quòd ſimpliciter teneri poteſt, quod genus non eſt aptum natum dici de multis; niſi quæ concipiuntur, & apprehenduntur, ab intellectu, in quorum intellectu, & cõceptu eſt genus ipſum, & huiuſmodi ſpecies ab intellectu conceptæ ſunt ſpecies actu, ſiue exiſtãt, ſiue poſſint exiſtere, uel non. Et ſic ſequitur, quòd genus ſemper habet multas ſpecies actu propter actualem conceptionem, & apprehenſionem multorum.

Ad primum argumentum.

Ad ſecundum argumentum.

Quomodo genus non eſt aptum natum dici de multis, & quomodo natum eſt & dici de multis.

QVAESTIO XIX.

Duo ſunt modi prædicandi primi uniuerſalis.

Qvaeritvr, De hac tertia particula: ordo, & continuatio ad præcedentes, ſatis eſt uobis nota. Nã cognito ſuperius, quomodo genus habet multas ſpecies, operæpretium erat declarare, quomodo prædicetur de illis. Nam cum duo ſint modi prædicandi primi ipſius uniuerſalis. ſ. in quid, & in quale, ne addiſcentis animus dubius remaneret, pulchrũ eſt uidere. An genus in quid de ſuis ſpeciebus prædicetur. Quid ſit genus, ſupra patuit: quid pars, quidue diffinitio. Quid autem intelligat per prædicari in quid, ſatis declarabitur ex his, quæ in corpore quæſtionis dicetur. Inſurgit igitur dubitatio ex tertia particula poſita in diffinitione generis, in qua dicebatur, genus prædicatur in quid. Eſt igitur dubitatio. An iſta particula conuenienter ſit in diffinitione generis? Et Doctor tribus argumentis probat partem negatiuam. Et primo arguit ſic; illud prædicatur rectè in quid, per quod reſpondetur conuenienter ad interrogationem factam per quid de aliquo. Iſta propoſitio eſt de mente Porphyrij capite de genere; ſed ad interrogationem factam per quid de aliquo, non conuenienter reſpondetur quod eſt genus; ergo genus non prædicatur in quid: minorem probat hic Doctor, ſupponendo unum, quòd genus hic diffinitum eſt ſecunda intentio: tunc ſi quæritur de re, ideſt de prima intentione ſpeciei, ut ſi dicam, quid eſt homo? non conuenienter reſpondetur, eſt genus; probo, quia genus non prædicatur in quid de re primæ intẽtionis. Nam ſicut ſuperius probauit Doctor non uera natura non prædicatur in quid de uera

Primum argumentum ante oppoſitum.

natu-

natura. Idem patet etiam de ſecũda intentione. Nam ſi quæras; quid eſt ſpecies, non conuenienter reſpondetur eſt genus. Et ita patet illam particulam inconuenienter poſitam eſſe.

Ad oppoſitum eſt autoritas Porphy. cuius ſcriptura maior eſt autoritas, quàm omnis humani ingenij perſpicacitas. Et ita his pugnantibus rationibus, quæſtio redditur dubia. Ad oppoſitum.

Ad quæſtionem reſpondet Doctor ponendo concluſionem affirmatiuam, quæ poteſt eſſe hęc. Genus prædicatur in quid de ſuis ſpeciebus, rectè, & cõuenienter ponitur in diffinitione generis. Fundamentum tamen iſtius opinionis Scoticę hic eſt unum. Nam certum eſt, quòd prædicari de pluribus eſt propria paſſio ipſius uniuerſalis, ſiue ratio, ſicut ſumitur à Sco hic, ſuperius & à philoſopho primo Peryerm. & primo poſt. Cũ igitur prædicari de pluribus ſit ratio propria, & quidditatiua ipſius uniuerſalis, ſi debeat deſcendere huiuſmodi ratio ad ſuas ſpecies, ſiue ſi uniuerſale in communi debeat cõtrahi ad ſuas ſpecies contentas ſub eo, oportet, quòd diffiniãtur differentiæ, & modi primi prędicandi, quibus uniuerſale in cõmuni leui pede deſcẽdat amenã in uallem ſuarum ſpecierum. Iſtæ autem differentię dicunẽ eſſe diuiſiuę generum, & conſtitutiuę ſpecierum, quo fit, ut uniuerſale in communi per prædicari in quid deſcendat in genus & per prędicari in quale in differentiam. Et iſti, dicit Doctor, ſunt primi modi prædicandi. Ex his dictis formo rationem ad cõcluſionem pro fundamento. Illa particula rectè ponitur in diffinitione generis, per quam uniuerſale contrahitur ad genus, & per quam conſtituitur ſpecies in eſſe ſpecifico ſub uniuerſali. Iſta propoſitio patet. Nam iſtæ ſunt duæ conditiones differẽtiis tributę;

Ad quæſtionẽ.

Primo phyer. cap. 5. & 1. poſt. contex. 25.

Ratio pro fundamento quæſtionis.

butæ: ſicut explicat Porphy. capite de differentia, ſcilicet, quòd diuidat genus, & conſtituat ſpeciem, conſtitutamque diſtinguat a quocunque non eſt ipſum: ſed prædicari in quid eſt huiuſmodi; probo, quia prędicari in quid de pluribus differentibus ſpecie, contrahit uniuerſale ad genus, & completam reddit rationem generis, & diſtinguit ipſum à ſpecie, à differentia, à proprio, & accidente. Vt tamen iſta Scotica concluſio impugnantium & arguentium acie inueniatur tutior. Sco. duo apponit notabilia: quia dictum eſt, quòd duo ſunt modi primi prædicandi, in quid, & in quale: in quid duo occupat uniuerſalia: ī quale uerò tria ſibi retinuit. Vult modo uobis declarare rationem huius, quę eſt ratio, quòd genus prædicatur in quid, differentia autem in quale. Dicit igitur, quod genus prædicatur in quid de ſua ſpecie: ratio eſt, ꝑdicari in quid, eſt prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ. Hic ſunt duo ſummopere intelligenda. Primū eſt, ꝙ prædicari in quid, nō eſt aliud, quàm prædicare eſſentiam ſup. tu. ſubiecti, hoc eſt. Illud enim prædicatur in quid, quod prædicat eſſentiam, ſiue explicat, ſiue dicit eſſentiā, & quidditatem incluſam in aliquo ſubiecto, & in aliquo inferiori. Hic enim oportet reminiſci, quæ dicit philoſophus in antepręddicamentis. Nam dicit ibi philoſophus, quòd quædam ſunt, quæ dicuntur de ſubiecto: quædam ſunt, quæ ſunt in ſubiecto. Vbi aduertas, quòd illa præpoſitio, de, ſignificat prædicationem ſuperioris de inferiori, & notat propoſitionem quidditatiuam, eſſētialem, formalem, & uniuocam: quia dici de, nihil aliud eſt, niſi habitudo ſuperioris de inferiori in recta linea prædicamentali. Et ita prædicari in quid, eſt dicere eſſentiam, ſup. tu. alicuius inferio-

Quæ eſt ratio ꝙ genus prædicatur in quid, & differentia in quale.

Quid ſit prædicari in quid.

Vide Ariſt. in ante prædicamentis.

Quid ſit dici, de.

inferioris, ſiue ſpeciei: eſſe autem, in conuenit accidentibus, & ſignificat propoſitionem denominatiuam. Et ita patet philoſophi autoritate quomodo prædicari in quid nihil aliud eſt, niſi hoc, quòd illud prædicatur in quid, quod prędicat, & dicit eſſentiam & quidditatem incluſam in aliquo inferiori; & tunc prædicari in quod, facit propoſitionem per ſe. Vnde eſt hic aduertendum; quòd cum quinque ſint uniuerſalia; ita ſe habent, quòd genus reſpectu ſuæ ſpeciei facit propoſitionem per ſe. Vnde aduerte hic, quòd Ariſ. Lincon. & Sco. conueniunt in ſententia. Nam Ariſt. primo. Poſt uult, quòd cũ pars diffinitionis prædicatur de diffinito eſt per ſe: & ita pars diffinitionis dicit partem eſſentiæ in ſubiecto non tamen per modum partis; ſed per modum totius, ut declarauit Sco. ſupra. Lincon. autẽ uult, quòd quãdo quidditas ſubiecti egreditur à quidditate prædicati, eſt in primo modo. Et ita uides, quòd quidditas ſpeciei egreditur à quidditate generis: patet, quia quidditas totius egreditur à quidditate partium. Quapropter partem incluſam in ſpecie generis Lincon appellat quidditatẽ. Sco. uerò hic appellat eſsentiam. Et ita prædicari in quid, quid eſt? Dico quòd nihil aliud eſt, niſi dicere quidditatẽ, quæ quidditas egreditur à quidditate prædicati, ſecũdum Lincon. Et ita patet, quod prædicari in quid nihil aliud eſt, niſi prædicare eſſentiam, ſiue quidditatem incluſam in ſubiecto, de quo prędicatur per modum eſſentiæ. Sed cur Sco addit illud uerbũ ibi? dico ꝙ eſt propter hoc, quia bene dĩa dicit eſſentiam ſpeciei, immo nobiliorem quàm dicat genus: non tamen dicit illam per modum eſſentiæ, & ideo non prædicatur in quid. Vnde eſt hic aduertendum, quòd prædicare eſſentiã per mo-

Eſſe in conuenit accidentibus.

Ariſt. Scotus & Lynconienſis conueniunt in ſententia.

Primo poſt. cõ tex. 9.

Opinio Lynconienſis.

Quid ſit prędicari in quid ſecundum Lynconienſem.

Cur addiderit per modum eſſentiæ.

Quid ſit prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ.

dum eſſentiæ,nihil aliud eſt, niſi dicere eſſentiã ſpeciei per modum ſubſiſtentis: prędicari uerò in quale dicit eſſentiam per modum informantis, & qualificantis. Sed ad hoc uolo adducere textum Auerr.primo Phyſ. Dicit enim ibi Commen. quòd materia ſubſtentat formam in ratione ſubiecti; forma uerò ſubſtentat materiam in ratione complementi. Ergo ſequitur iuxta principia Commen. quòd materia habet rationem ſubſtentãtis formam, & forma habet rationem complẽtis,& perficiẽtis materiam:ſed iuxta ea, quę dicit Sco. & iuxta principia Porphy. capite de differentia, & ſpecie, genus ſumitur ab aliquo materiali in ſpecie,ergo ſequitur,quòd rectè dicit Sco.quòd genus prædicat eſſentiam per modum eſſentiæ.i. per modum ſnbſiſtentis,ſiue ſubſtentantis. ratio, quia genus ſumitur ab ipſa materia in ſpecie, quę habet modum ſubſiſtẽtis, ſiue ſubſtentantis. Differentia uerò prædicatur in quale ob id, quia ſumitur ab aliquo formali in ſpecie,quod ſe habet per modum qualificãtis & perficientis ſpeciem. Et ideo hic ſunt uerba ualde ponderanda à Sco. prædicari in quid eſt prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ.ſ. ſubſiſtentis; hoc conuenit generi:ratio,quia genus accipitur à parte materiali:& ideo prædicat eſſentiam per modum ſubſiſtentiæ, quæ eſt eſſentia. Differentia uerò ſumitur à parte formali in ſpecie,ideo prædicat & dicit eſſentiam per modum informantis, & qualificantis ſpeciem; & ideo prædicatur in quale:ſed quia aliquis poſſet credere, quòd ipſa differentia prædicetur in quale abſolutè;& ſic aliquis poſſet credere, ꝙ eſſet qualitas de prædicamento qualitatis:& ita accidens,& non ſubſtãtia. Hoc excludendo Doctor,ſecundum ſubnectit notabile;& ait,ꝙ qualitas

Nota dictum Cõmentatoris primo phyſ. cõ tex.70.quomodo materia eſt cauſa formę,& forma materię

Differentia prędicatur in quale quia ſumit̃ ab aliquo formali in ſpecie.

Differentia dicit eſſentiam p modum informantis.

Secundum notabile.

litas, quæ eſt prædicamẽtum, prædicatur in quale abſolutè, ideſt, ſine aliqua determinatione cõtrahente, & limitante. Nam albedo prædicatur de hac, & illa albedine in quid, de ſuo ſubiecto uerò in quale prędicatur. Ita etiam & color prædicatur de ſuo ſubiecto in quale abſolutè, differentia uerò ſubſtantialis prædicatur in quale quid. Prędicatur enim in quale propter hoc, qa differentia ſubſtantialis dicit formam, & actum: forma uero, & actus eſt qualitas ſecundum Ariſ. 5. Meta. Prædicatur autem in quid, pro quanto illa differentia eſt forma ſubſtantialis Et ita prędicatur in quale quid, ſicut dicit philoſophus Qualitas autem, quæ eſt purum accidens ſolũ prædicatur in quale tantum, & iſti modi prędicandi ſumuntur à diuerſis modis eſſendi, & ipſius qualitatis accidentalis, & differentię ſubſtantialis. Et ita patet ſolutio iſtius quæſtionis cum ſuis fundamentis.

Differẽtia p̃dicatur in quale quid.

Quinto Meta. contex. 19.

In prędicamentis cap. de ſubſtantia.

Qualitas eſt purum accidens

Cœpit Doctor quærere, an hæc particula, prędicari in quid, rectè ponatur in diffinitione ipſius generis. Fuit argumentatũ ad partes, & deuentum ad ſolutionem quæſtionis, in qua dictũ eſt, quòd ſic. Fuerunt etiam poſita fundamenta tuentia illam opinionem, & concluſionem cum ſuis fundamentis, & notabilibus. Et tandem uoluit, quòd prædicari in quid, nihil aliud eſt quã prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ: hoc eſt: per modum ſubſiſtentis, ſiue ſubſtentantis: quòd quidem materiei iure optimo eſt tributũ, à quo ratio generis ſumitur, ut dictum eſt ſupra. Doctor tamen arguit duobus modis contra datam ſolutionem. Et aduerte, quòd illa duo argumenta fiunt contra primum notabilè, in quo dictum eſt, quòd prædicari in quid eſt prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ. Arguit ſic Doctor,

Quid ſit prædicari in quid, ui de Mauritium in hac quæſtione.

Scotus arguit duobus modis

Facit duo argumenta contra primum notabile.

ctor, ſi prędicari in quid eſt prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ, ergo iſta propoſitio eſt uera, homo eſt lapis: antecedens eſt notum; conſequentiam, quæ eſt mea, probo: quia lapis prædicatur de homine, ut dicit eſſentiam per modum eſſentiæ: tu negabis hoc, probo, quia cum duo ſint modi prędicandi primi ſecundũ te, in quid, & in quale: Certum eſt quòd cum lapis prædicatur de homine, non prædicatur per modum qualificantis, & informantis, ſicut eſt de ratione differentiæ, ergo prædicabitur per modum eſſentiæ. Et ita ualet conſequentia, lapis prædicatur de homine; quia dicit eſſentiam per modum eſſentię. Pręterea arguit Doctor ſecundò ſic; cuius pars eſſentialis, & per ſe alicuius diffinitionis non eſt uniuoca omnibus generibus, nec ipſum diffinitum eſt uniuocum omnibus generibus. hoc patet, quia ita imaginandum eſt de diffinito, ſicut de partibus eius: ſed hæc pars genericæ diffinitionis eſt huiuſmodi, ſcilicet, quod non eſt uniuoca decem generibus, ergo non prædicari in quid erit uniuocum, ergo nec genus erit uniuocum decem generibus. Et tu uides in iſto loco has conſequentias, prædicare eſſentiam p̃ modum eſſentiæ non eſt uniuocum decem generibus, ergo nec prædicari in quid: probo hanc conſequentiam; quia modus prædicandi ſumitur à modo eſſendi; tunc ultra, prædicari in quid nõ eſt uniuocum decem generibus, ergo nec genus hic diffinitum; patet hæc conſequentia à deſtructione partis poſitę in diffinitione ad deſtructionem ipſius diffiniti. Pro ſolutione primi argumenti, Sco. clarius declarat hic illud primũ notabile, quomodo intelligatur, & uult, quòd prędicare eſſentiam per modum eſſentiæ eſt proprietas ipſius communis, & ſuperioris quidditatiuè

Secundo arguit.

Probatio conſequentiæ.

Modus prædicandi ſumitur a modo eſſendi,

Solutio primi argumenti.

tiuè incluſi in ſuo inferiori. Modò ad propoſitum argumentũ.Cũ tu dicis,quòd lapis dicit eſſentiam per modum eſſentiæ:Dico;quòd non dicit eo modo, quo intelligit Sco. quia lapis non eſt aliquid ſuperius ad hominem, nec communis eo,nec dicit eſſentiam,& quidditatem incluſam formaliter in ipſo homine;Et ideo non prædicatur in quid, ut dicit eſſentiam per modum eſſentiæ reſpectu ſubiecti, & hominis. Pro quo eſt aduertendum, quòd lapis non poteſt eſſe reſpectu hominis genus, nec differentia.Non poteſt eſſe genus, quia non eſt ſubſtantia animata ſenſibilis:non poteſt etiam eſſe differentia,quia per lapidem homo non conſtituitur in eſſe ſpecifico. Vnde magis diſtinguitur homo à lapide quàm à planta, & ſi per plantam non conſtituitur in eſſe ſpecifico,nec per lapidem,de quo minus uidetur. Et ita patet ſolutio ad primum argumentum. Ad ſecundum dico, quòd prædicari in quid eſt uniuocum decem generibus:dico tamen eſſe uniuocum unitate proportionis, & non unitate uniuocationis. Vnitas proportionis eſt in ſimiliter ſe habendo,ſicut dictum eſt ſupra. Modò quia eſſentię prædicamentorum habent hanc unitatem proportionis: ideo prędicari in quid erit uniuocum illis: quia prædicari dicit Sco. hic, dicit habitudinem prædicati ad ſubiectum; ſicut ſubijci dicit habitudinem ſubiecti ad prædicatum, licet igitur nulla eſſentia ſit uniuoca decem prædicamentis, tenendo in logica uniuocationem entis; & etiam adhuc tenendo uniuocationem entis non poſſumus his dicere propriè, quòd eſſentia entis ſit communis decem generibus, ſed potius conceptus entis eſt communis omnibus decem generibus Metaphyſicè loquẽdo. Vnde duplex ẽ cõceptus

Lapis non eſt quoddam ſuperius ad hominem.

Lapis reſpectu hominis,nõ poteſt eſſe genus neque differentia.

Solutio ſecũdi.

Conceptus entis eſt communis oĩbus decem generibus Methaphyſicè loquẽdo.

apud Scotiſtas, eſt conceptus formalis, & de hoc non eſt ad propoſitum: & conceptus obiectiuus & de tali conceptu loquendo poſſumus dicere: quia ens eſt uniuocum decem prædicamentis. Et ita habemus, quòd licet non inueniatur una natura, & eſſentia communis decem generibus: adhuc poteſt eſse uniuocum illis; quia nō oportet eſse tantam unitatem in ſecundis intentionibus, quanta eſse in primis. ſed contra, quia modus prædicandi ſumitur à modo eſsendi, ſed modus eſsendi nō eſt communis decem generibus: quia per ſe non eſt aliqua natura communis illis, ergo nec erit modus prædicandi uniuocus illis. Dico ad maiorem iſtius rationis, quòd modum prædicandi ſumi à modo eſsendi, poteſt intelligi bifariam, aut quod ille modus eſſendi ſit unus unitate uniuocationis, & ſic erit ſpecies ſuorum indiuiduorum: aut quòd ille modus eſſendi ſit unitate proportionis unus. Et tunc dico, quòd modus prædicandi in quid ſumitur à modo eſſendi, uel à modo ſe habendi ſimiliter, ſiue ab unitate propottionis: & ita erit uniocũ ſtabit igitur uniuocatio ipſius prædicari in quid in omni genere cũ unitate proportionis ex parte rei. Ad argumentũ formaliter, cũ dicebatur: cuius pars eſſentialis, & per ſe diffinitionis non eſt uniuoca decem generibus; nec ipſum diffinitum erit uniuocum; tranſeat iſta: ſed hæc pars diffinitionis genericæ, quæ eſt prædicari in qd non eſt uniuoca: nego tibi iſtam. probo, quia eſſentia non eſt uniuoca illis, ergo nec prędicari in quid; nego tibi hanc conſequentiam: quia prædicari in quid non ſumitur ab unitate eſſentiæ, ſed ab unitate proportionis. Et ita argumentum non currit. Patet igitur ſolutio quæſtionis, & inſtantiarum contra quæſtionem. Modò ſu

per

Duplex conceptus, formalis, & obiectiuus, Obiectiuus nō eſt aliud niſi ipſum met obiectum cognitũ, ut cōceptus obiectiualis entis eſt ens cognitũ formalis q nō eſt aliud quàm notitia rei uide tartaretu in 4. diſt. 1. q. 2.

Modum prædicãdi ſumi amodo eſſendi, poteſt intelligi dupliciter.

Ad argumentũ

Prædicari inqd nō ſumitur ab unitate eſſentię ſed proportionis.

pereſt reſpondere ad principalia argumenta

Arguebatur primo ſic. Illud prędicatur in qd per quod conuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quid: transeat iſta, quia eſt Porphy. Et cum dicitur, ſed ad interrogarionem factam de ſpecie, ſiue pro prima ſiue pro ſecunda intentione, non conuenienter reſpondetnr per genus, ergo genus non prædicatur in quid de ſpecie. Ad iſtud argumentum Doctor dicit quod duplex poteſt formari quæſtio de ſpecie; ſicut etiam & ſpecies poteſt accipi duobus modis, primæ intentionaliter, & ſecundæ intentionaliter. prima quæſtio poteſt formari de ſpecie ſumpta pro ſecunda intentione, & eſt iſta: quid prædicatur de ſpecie? conuenienter reſpondetur, genus prædicatur de ſpecie: iſta reſponſio huic intentioni eſt optima. Nam per dictum Priſciani unicuique interrogatiuo ſuum correſpõdet reſponſiuum: & quia interrogatio eſt in ſecundis intentionibus. ideo meritò ſuum reſpõſiuum debet eſſe in ſecundis intentionibus. Et propterea dicit Sco. quòd iſta interrogatio facta de ſpecie, quid prædicatur de ſpecie? eſt propria quæſtio in logica, quia eſt de ſecundis intentionibus: & ſecundum hanc reſponſionem oportet formaliter reſpondere ad argumentum & ad primam partem illius minoris, quæ erat hæc: ſed ad inrerrogationem factam de ſpecie pro ſecunda intentione non conuenienter reſpondetur per genus. Dico, quod negandum eſt hoc: quia, ut diximus, ad interrogationem factã de ſpecie ſumpta pro ſecunda intentione; dicendum, quòd prædicatur de ſpecie, bene reſpondetur, quòd eſt genus: Secundo modo poteſt formari quæſtio de ſpecie ſumpta pro fundamento, & pro prima intentione. Et tunc quæſtio formatur

Reſpondetur ad argumenta principalia.

Reſpondet ad primum.

Species poteſt accipi duobus modis.

Dictum priſciani.

Interrogatio de ſpecie eſt de ſecundis Intentionibus.

matur ſic. Quid eſt homo? conuenienter reſpõdetur, quòd eſt animal. Nam in prædicatione exercita, fundamẽtum generis; quod eſt animal prædicatur de fundamento ſpeciei, quod eſt homo: & ita ad interrogationem factam per quid eſt homo, cõuenienter dicitur, quod eſt animal; & patet ſolutio ad primum argumentum.

Secũdo arguit.

Arguebatur ſecundo ſic. Hæc particula, quę eſt prędicari in quid, debet poni in diffinitione generica, ut genus diſtinguatur à differentia, ſicut eſt ſententia Porp hy. in textu: ſed hæc particula non facit hunc effectum, immo coincidit cum differentia: probo minorem, quia differentia ſuperior prędicatur per ſe in primo modo de differentia inferiori. 7. Meta. Et ita predicatur in quid. Aduertas illam particulam literę, & non ſup. tu differentia ſuperior prędicatur de inferiori, ſicut prædicatur de ſpecie, quia tunc per ſe ipſum deſcenderet ſuperius in inferiorem differentiam, ergo prædicabitur ſuperior differẽtia de inferiori in quid. Et ita per illã particulã. genus non diſtinguitur à differentia. Ad hoc Scotus dat duas reſponſiones. Prima eſt aliena quam impugnat, ſecunda eſt ſua. Dicit igitur q̃d differentia poteſt accipi dupliciter, primo poteſt accipi, ut differentia eſt, & ſic non prædicatur in quid. ſecũdo modo poteſt accipi ut genus, & ſic prædicatur in quid. Sco. impugnat hanc reſponſionem; & uult probare quòd differentia ſuperior non poteſt prædicari de differentia inferiori in q̃d; & facit hanc cõſequentiã: differentia ſuperior per ſe prædicatur de inferiori in quid, ergo in omni generaliſſimo ſunt tria generaliſſima unum generaliſſimum igitur eſt ſpecierum in recta linea ordinatarum: duo alia generaliſſima ſunt duarum differentiarum oppoſitarum,

Septimo Meta. contex. 43.

Reſponſio ad ſecundum dupliciter.

Differentia poteſt accipi dupliciter.

Prima ĩpugnatio.

& lateralium:probo hanc conſequentiam. Nam ſicut in recta linea prædicatio ſuperioris de infe riori quidditatiua facit unum generaliſſimum, ita prædicatio duarum differentiarum ſuperiorum de ſuis inferioribus facit duo generaliſſima. Et ita ſicut in recta linea datur unum ſupremum, ita in lateralibus dabuntur duo ſuprema. Et ita tria generaliſſima, quia differentia ſuperior non prædicatur in quid de inferiori. Præterea arguitur ſecundò ſic. ſi differentia inferior ſit ſpecies, & ſuperior ſit genus, ergo habebit propriam differentiam ſuperiorem reſpectu ſui tanquam genus: & habebit aliam differentiam ſuperadditam, hoc eſt, habebit differentiam contra ctiuam generis, & conſtitutiuam ſpeciei. Et tunc quæro de illa differentia ſecunda, quæ eſt diuiſiua generis, & cōſtitutiua ſpeciei: aut eſt ſpecies, aut non: ſi tu dicas, quòd non, ergo pari ratione dicendum erat de prima differentia inferiori, ꝙ non erat ſpecies: ſi tu uerò mihi affirmas, quòd eſt ſpecies. Contra, omnis ſpecies præter genus quidditatiuè incluſum habet differentiam diuiſiuam generis, & conſtitutiuam ſpeciei, & per te illa cum ſit ſpecies, oportebit, quòd habeat aliā differentiam, ergo erit proceſſus in infinitum in differentijs: Cōſequentia hæc eſt nota, quòd omnis ſpecies oportet, quòd habeat differentiam cōſtitutiuam ſui, & diuiſiuam generis. Tunc ultra datur proceſſus in infinitum in differētijs ſubſtātiæ, ergo nulla ſpecies perfectè cognoſcitur: probo hanc conſequentiam, quia nulla ſpecies perfectè cognoſcitur, niſi cognitis ſuis differentijs: ſed cum differentiæ ſint infinitæ, ergo remanebunt differentiæ per te ignotæ, ergo ſpecies non erunt ſcitę: cum ſcientia ſpecierum pendeat ex notitia differētiarum ſuarum. Et ita patet, quòd illa

Arguit ſecūdo & eſt ſecunda impugnatio.

Contra.

Scientia ſpecierū pendet ex notitia differentiarum.

Scientia ſpecierum pendet,ex notitia differentiarum.

illa reſponſio eſt nulla. Ad hoc igitur dicẽdum. Vbi aduertas, quòd hæc reſponſio ualet ad primam inſtantiam factam in iſto ſecundo argumẽto,& recurrit ad ea,quę dicta ſunt ſuperius,quòd coordinatio differentiarum reducitur ad coordinationẽ ſpeciei, ſicut coordinatio partium ad coordinationem totius.Et ita patet,quòd minor ſecundi argumenti fuit falſa, quę uolebat,quòd per illam particulam genus non diſtinguebatur à differentia.

Reſponſio.

Tertio Arguit.

Arguebatur tertio ſic.Illa particula non rectè ponitur, per quam genus non diſtinguitur ab accidente quinto uniuerſali:ſed hæc eſt huiuſmodi,ergo.probo, quia accidens prædicatur in q̃d, ſicut etiam genus. Nam color prædicatur in quid de hac, & illa albedine, ergo genus non diſtinguitur ab accidente per prædicari in quid. Pro ſolutione iſtius argumenti eſt aduertendũ, quòd accidens poteſt conſiderari dupliciter in propoſito.Poteſt conſiderari inquantum eſt accidens;& ſic dicit habitudinem ad ſubſtãtiam, ſiue ad ſubiectum; & ſecundum talem habitudinem accidens prædicatur de ſuo ſubiecto denominatiuè,& non prædicatur in quid. Alio modo poteſt conſiderari accidens,ut eſt genus: & quia ut ſic habet habitudinem ad ſuas ſpecies, reſpectu ſuarum ſpecierum poteſt prædicari in quid. Porphy. autem conſiderauit ipſum accidens in ordine ad ſubiectum, cum dicit, quòd accidens adeſt,uel abeſt præter ſubiecti corruptionem. Et ita reſpectu ipſius ſubiecti, nec eſt genus,nec poteſt prædicari in quid. Ad ſecundum formaliter nego minorem, nam per illam particulam, genus diſtinguitur ab accidente, quod prædicatur non in quid,ſed in quale accidentaliter, & incõuertibiliter Et ita finis quæſtionis.

Accidẽs poteſt conſiderari dupliciter.

Accidens reſpectu ſubiecti nõ eſt genus, nec ſpẽs nec dr̃ia, nec proprium nec poteſt prædicari inquid, ſed reſpectu ſuorum ĩferiorũ prædicatur ĩ quid & eſt genus.

QVAE-

QVAESTIO XX.

QVAERITVR Vtrũ genus ſit principium ſpeciei. Superiori quæſtione probauit Doctor hanc particulam poſitam in diffinitione genericæ diffinitionis, quæ eſt prædicari inquid conuenienter poni. Nam per illã particulam genus diſtinguebatur à differẽtia, & ab accidente proprio, & communi. Nunc uerò dignum eſt diſputare. An ſit principium ipſius ſpeciei? induxit autem Sco. mouere hanc quæſtionẽ propter ea uerba, quæ rectè protulit in corpore quæſtionis. Nam dixit, ſi rectè memores eſtis, quòd genus prædicari in quid, nihil aliud eſt, niſi prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ per ſe ſubſiſtentis. Eſſentia autem ſubſiſtens, ſiue ſubſtentans eſt ipſa materia. Nam ut diximus iuxta mentem Comment. ipſa ſubſtentat formam in ratione ſubiecti: materia autem eſt unum principium rerum naturalium: ſicut declarat philoſophus, & Commen. per totum primum Phyſicorũ. Cum igitur genus ſumatur à materia, ſecundum Porphy. & Sco. ſupra: & materia ſit principium rerum naturalium, merito quæritur, An genus ſit principium ſpeciei. Et ita patet continuatio optima præſentis quæſtionis cum præcedentibus. Termini autem, qui in titulo quæſtionis ueniunt declarandi, ex ſuperius declaratis ſunt uobis manifeſti.

> Principium autem q d & quotiens ſumitur habetur 5. Meta. contex. 1. & alibi in Aliis.

> Continuatio pñ ſentis quæſtionis.

> Eſſentia ſubſiſtens eſt ipſa materia.

> Primo phyſic. comm. 70.

> Materia eſt unum principiũ rerum naturalium.

> Cõtinuatio optima præſentis quæſtionis.

Arguit igitur Doctor duabus rationibus ad partem negatiuam. Primum argumentum procedit ex identitate generis cum ipſa ſpeciē. Nã nihil poteſt eſſe principium reſpectu eius, cum quo eſt idem eſſentialiter: quia mens non capit, quòd idem gignat ſeipſum & principiat: ſed ge

> Primum argumentum procedit ex identitate generis cũ ſpecie.

nus eſt idem ſpeciei:patet hæc minor dupliciter: primò autoritate philoſophi.7.Metaph. Vbi dicit, genus nihil aliud eſt prçter ſpecies ſuas; & ita eſt idem:ſecundo probatur autoritate philoſophi.1.Poſt.Nam omne prædicatum, quod prædicatur de aliquo formaliter, quidditatiuè, in primo modo dicendi per ſe,eſt idem cum illo,& non diſtinctum: genus reſpectu ſpeciei eſt huius modi,ergo.

Septimo Meta. contex. 43.

Primò poſt. cõtex.9.

Ad oppoſitum

Ad oppoſitum eſt autoritas in litera.ſ. Porphyrij,qui in comparando tertiam acceptionem generis ad primam (dicit) quòd ſicut genus tertio modo dictum eſt principiũ ſpeciei,ſic genus primo modo dictum eſt principium multitudinis. Et ita autoritate Porphy. patet,genus eſſe principium ſpeciei.

Scotus nimia breuitate eſt uſus.

Scotus loquit in fundamentis & non in ſecũdis intentionibus.

Ad quæſtionem. in hac parte Doctor, nimia breuitate uſus, reſpõſionem dat affirmatiuam: & ait,dicendum eſt, quod ſic.i. dicendum eſt iuxta mẽtem Porphy. & Sco. quòd genus eſt principiũ ſpeciei.Eſt tamen hic,dicit Doctor, aduertendũ, quomodo intelligatur cõcluſio. Nam genus hic ſumitur non pro ſecunda intentione, ſed pro prima,& pro illa natura, in qua fundatur ipſa ſecũda intentio.Et ita tu uides, quòd Doctor hic loquitur in fundamentis. & non in ſecundis intẽtionibus. Sed quare genus in ſecundis intentionibus non eſt principium ſpeciei? ratio eſt, quia principium inquantum principium eſt prius ipſo principiato:modo genus,& ſpecies ſunt relatiua:& ita ſunt ſimul natura: & propterea unum non eſt prius altero. Præterea genus, & ſpecies accepta pro ſecundis intentionibus ſunt ſpecies ipſius uniuerſalis in cõmuni:& ſunt ſpecies oppoſitæ, & diſperatæ ſic intellectæ. Qua propter unum non poteſt eſſe de eſſentia alterius;& propterea

pterea oportuit Sco.dicere,quòd genus acceptũ pro natura ipſa,& pro prima intentione eſt principium ſpeciei. Declarata mente præpoſitę quæſtionis,Doctor adducit unam rationem probantem hanc conclusionem, & facit hanc conſequẽtiam enthymematicam.Genus eſt principium eſſentiale cognoſcendi ſpeciem, ergo eſt eſſentiale principium ſpeciei.Doctor primo probat antecedens,& dicit,quòd antecedens eſt ipſius philoſophi 6.Topic. Vbi uult, quòd genus ſit principium eſſentiale cognoſcendi ſpeciem: & poteſt confirmari per illud, quod habet philoſophus 2.Metaph.ſicut res ſe habet ad eſſe,ita ad cognoſci. Modò quia genus eſt principium eſſendi ipſius ſpeciei, erit ẽt principiũ cognoſcẽdi ipſam ſpẽm.Nã quantũ aliqd dat alicui de entitate,tm̃ dat de cognoſcibilitate:cũ ipſa cognoſcibilitas ſit paſſio inſeparabilis ab ente: probat Doctor conſequentiam hanc.ſ. quòd ſic eſt principium eſſentiale ſpeciei. Nam diffinitio,quæ facit ſcire diffinitum quo ad quid eſt,exprimit, & declarat eſſentialia principia diffiniti, quod diffinitum nihil aliud eſt, niſi ipſa ſpecies, ut patet.7. Meta.Et ita ualet conſequentia, eſt principium diffinitiuum ſpeciei, & cognoſcendi ſpeciem, ergo eſt principium eſsentiale ſpeciei: unde uis iſtius rationis conſiſtit in hoc:quoniam principium eſsentiale cognoſcendi,præſupponit principium eſsentiale eſsendi. Vnde aduerte hic mirabile ingenium ipſius hominis. Non enim fecit conſequentiam ſuam, eſt principium cognoſcendi, ergo eſt principium eſsendi;non ſequitur ratio, quia accidentia propria, & communia ſunt principium cognoſcendi ipſam ſpeciẽ, iuxta ſententiam Auer. primo de Anima. Et tamen non ſunt principium eſsendi;hoc patet per illud

Sexto topicorum. cap. 1.

Secundo Met. contex.4.

Quantum aliquid dat alicui de entitate tantum dat de cognoſcibilitate.

Probatur doctoris.

Septimo Meta. cõtex.13.& 37.

Mirabile ingenium ipſius Scoti.

Primo de Anima. Comm.2.

Septimo Meta contex.4.

illud, quod deſcribit Commen. 7. Meta. Quidditates accidentium poſteriorantur quidditatibus ſubſtantiæ. Et ita cum quidditates accidentium ſint poſteriores quidditatibus ſubſtantiarum, non poſsunt eſse principium eſsendi: quia principium eſsendi eſt prius eo cuius eſt principiũ. Et propterea Doctor uſus eſt illo uerbo; genus eſt eſsentiale principium cognoſcendi ſpeciem: & non dicit, eſt principium accidentale cognoſcendi ſpeciem: quia tunc non ſequeretur conſequentia. Et ita patet concluſio cum ſua probatione. Sed ſciendum eſt. Ibi Doctor ponit duo notabilia pro declaratione præpoſitæ concluſionis. Et quia Doctor dixit ſupra, quòd genus eſt principium eſsentiale ſpeciei. Vult declarare in hoc notabili, quomodo eſt principium eſsentiale reſpectu ſpeciei. Vnde eſt aduertendum, quòd ſicut ſpecies poteſt dupliciter conſiderari: primo in eſse Phyſico, & in eſse reali exiſtentię, quæ conſideratio naturalis eſt. Poteſt conſiderari ſecundo in eſse quidditatiuo, & Metaphyſico. Ita eſse, & partes ſpeciei poſsunt dupliciter conſiderari, & cum genus, & differentia ſint partes ſpeciei, poterunt dupliciter conſiderari: & quia genus, ut dictum eſt, eſt principium eſsentiale ſpeciei, ideo Doctor ponit pulchram diſtinctionem. Et ait, quod principium eſsentiale eſt duplex, quoddam ſecundum rem, & eſt illud quod eſt pars rei compoſitæ. ſ. in exiſtentia. Et ſi quæras, quid eſt illud principium ſecundum rem? ſoluit Doctor, & ait, quòd ſunt materia, & forma, quæ ſunt partes phyſicæ conſtitutiuæ ſpeciei. Aliud autem eſt principium eſsentiale ſpeciei ſecundum rationem, ſiue diffinitionem. Et ſi tu quæras; quid eſt iſtud principium eſsentiale ſecundum rationem? Dico, quòd eſt illud, quod

Scotus ponit duo notabilia.

Species poteſt dupliciter conſiderari in eſſe phyſico, & in eſſe Metaphiſicô.

Quid ſit principium eſſentiale ſecundum rem

Quid ſit principium eſſentiale ſecũdum rationem.

quod importat eandem rem modo indetermina to, quam ſpecies determinate importat. Et ſi dicas, quid eſt illud? Dicendum eſt, quòd eſt animal, & rationale. Nam animal eſt impoſitum ad ſignificandum illam partem materialem: rationale uerò formalem. Et ita habemus, quòd duplex eſt principium, quoddam ſecundum rē: & quoddam ſecundum rationem. Poſsumus dicere clarius iſtam diſtinctionem, duplex eſt principium eſsentiale ſpeciei: quoddam conſtitutiuum in eſse rei: & quoddam diffinitiuum. Nūc autem. Ibi Doctor applicat datam diffinitionē ad propoſitum ſuum, & ait, quòd in propoſito, cum dicimus genus eſse principium ſpeciei, ut puta, animal, non eſt principium ſpeciei, ut puta hominis primo modo. ſ. ſecundum eſse, uel ſecundum rem, ſiue principium materiale, & cōſtitutiuum, ut conſtitutiuum eſt: ratio huius ponitur immediatè. Nam ſi eſset principium ſecūdum rem, non poſset prædicari de ſpecie: ratio, quia tunc ſignificaret partem per modum partis: quia ut ſic nihil aliud eſt, niſi ipſa materia: & ſicut ipſa materia non prædicatur de ipſo cōpoſito in recto: ita etiam nec principium iſtud eſsentiale ſic ſumptum, ergo. Infert modo Sco. intentum ſuum, genus erit principium ſpeciei, ideſt, animal erit principium hominis in ſecundo modo. ſ. principium ſecundum rationem, ſiue principium diffinitiuum. Et ideo ſi homo debeat diffiniri, cum diffiniri ſit actus rationis, in ratione ſiue diffinitione eius debet poni animal tanquam principium ſpeciei ſecundum rationem, & etiam eodem modo debet poni rationale. Et ita ſic ſunt principia diffinitiua, & prædicantia reſpectu ſpeciei. Pondera ibi unum uerbum. Nam dicit Sco. quòd diffiniri eſt actus ratio-

Animal ſignificat partem materialem. Rationale uero formalem

Duplex principium eſſentiale ſpeciei.

Materia non prædicatur de compoſito in recto.

tio-

Tertio de Anima contex.21.
Triplex eſt actus rationis.

tionis: actus autem rationis tertio de Anima eſt triplex. Primus eſt ſimplicium intelligentia: ſecundus compoſitio, uel diuiſio: tertius eſt diſcurſus: ſicut affirmat Sco. tertia q. uniuerſalium. Quæro igitur diffinitio cuius eſt actus, primi, ſecundi, uel tertij? Dicendum, quòd pertinet ad primum actum intellectus. Secundò, quia diffinitio non dicit eſſe, uel non eſſe; ſicut tenet Philoſophus primo Poſt. Et huic opinioni adhæret Ioannes grammaticus. Et ſicut in re. Quia Doctor dixerat paulo ante, quòd animal, & rationale ſunt principia ipſius hominis; & materia, & forma ſunt principia ipſius hominis. Vult ponere inter hęc principia aliquam conuenientiam, & aliqualem differentiam: & ait, quòd ſicut in re natum ineſt (domini ibi eſt conſtructio intrãſitiua) uult dicere, quòd ſicut in re, & in effectu, & in compoſito natura materiæ, ideſt ipſa materia extraneatur, & delongatur à natura formæ, ſiue ab ipſa forma ſup. tu. ſicut potentia extraneatur ab actu, & à Deo; & in tantum extraneantur, & inimicantur, quòd neutrum eſt dicibile de altero; ſic quòd nec forma dicitur de materia. Ita etiam ſe habent apud rationem & apud intellectũ, quòd intellectus generis, ideſt, conceptus generis, ſiue ipſum genus extraneatur intellectui, & conceptui differentiæ. Et ita habemus, quod ſicut ĩ re materia, & forma ſunt extranea, propter q̃ extraneitatẽ unũ de altero nõ põt prędicari. Ita apud intellectum genus, & differentia extraneantur, quòd unum de altero non poteſt p̄dicari: & pręſertim in abſtracto. Addit Doctor; licet eadẽ res importet p utrũque; Et quę eſt iſta res, quę importat per utrunq;? Dico, quòd eſt homo. Nam animal importat hominem ipſum. Nã animal in concreto propter modum

Primo poſt.cõ tex.5.
Huic opinione adhæret philoponus.

Conſtructio intrãſitiua qd ſit uide Authorem formalitatum.

Materia ex forma ſunt extranea.

Literę Doctoris.

dum ſignificādi eius,ut diximus ſupra, dat intelligere hominem. Veiū dicit Doctor, quòd hoc eſt uerum,quòd animal dat intelligere hominē præter determinationem ultimæ formæ Hoc dicit pro tanto,quia genus non dat intelligere ipſam differentiam. Ex quo, ſicut dictum eſt, conceptus generis extraneatur à conceptu differentiæ. Prætereà animal ſignificat per modū quid: & ideo ſecundum Porphy. prędicatur in quid:rationale autem ſignificat idem,quod animal. Nā ſignificat ipſum hominem:quia rationale eſt cōcretum:& ideo propter modum ſignificādi eius dat intelligere totum:ſignificat tamen ipſum hominem cum determinatione ultimæ formæ, & per modum qualificantis, & informantis. Et propter hunc modum ſignificandi uarium,& diuerſum apud rationem, & intellectum conceptus generis. & conceptus differentiæ ſunt extranei,uarij, & diuerſi.Habemus igitur ex iſto notabili per hoc, quod ſicut materia, & forma in re ſunt diuerſa:ita conceptus generis, & differētiæ apud intellectum ſunt extranei. Sequitur quòd neutrum de altero prædicatur. Habemus etiam quòd animal dat intelligere ipſum hominem præter determinationem ultimæ formæ:& per modum quid: differentia autem dat intelligere hominē cum determinatione ultimæ formæ, & per modum quid qualificantis, & informantis.Et patet ita,in quo differunt, & in quo conueniunt. Et propter iſtas rationes: & quia Doctor ſupra locutus eſt de partibus rationis,& de partibus rei,adhuc uult inſiſtere circa conuenientiam,& differentiam earum Et ait, quòd in hoc conueniunt, quòd utrunque, ideſt, tam genus quam differentia ſignificāt partes totius ſpeciei,& hominis:& ita conueniunt in ſignifi-

Animal in concreto dat intelligere hominē

Differentia dat intelligere hominem cū. determinatione ultimę formę.

cando partes: differunt tamen in hoc, quòd partes ſecundum rationem, ſiue diffinitionem ſignificant partes totius ſpeciei, per modum tamen totius. Sed dices. Vnde habent hoc, quod iſtæ partes rationis ſignificant partes per modum totius? Dicatis, quòd hoc habent merito concretionis ad ſuppoſitum, & modi intelligēdi eius. Nam animal eſt pars hominis ſecundum rationem; ut à prima ſua impoſitione habuit animal hoc priuilegium ab impoſitione, ut imponeretur ad ſignificandum partem hominis, hoc, ſcilicet habens animam ſenſitiuam: tamen quia ſignificat hanc partem per modum totius, & non per modum partis. Ita animal uerè prædicatur de toto homine: & ita ſimiliter eſt dicendum de rationali: partes autem ſecundum rem, ſignificant partes per modũ partis. Et propterea pars ſic accepta non poterit de toto prędicari: cuius exemplum ponit Doctor. Nam æs eſt pars materialis ipſius ſtatuæ, & ſignificat partem per modum partis integrantis: & ideo nõ poteſt de ſtatua prędicari. Quare iſta p̃dicatio erit falſa, ſtatua eſt ęs: ſicut dicere Frã. eſt materia: & ita patet determinatio totius cũ declaratione notabiliũ.

Sed tu dices. *Reſponſio.* *Exemplum.* *Aes eſt pars materialis ſtatuæ.* *Falſa eſt iſta p̃dicatio, ſtatua eſt æs.*

Per hoc Doctor reſpondet ad ſecundum argumentum, & dicit, quòd non eſt inconueniens idem eſſe totum, & partem diuerſimodè. Nã genus ſecundum rem eſt pars, ſecundum rationem eſt totum: & ut ſic, rectè de eo poteſt prædicari. Per idem patet ad tertium argumentum. Nam non eſt inconueniens idem eſſe principium, & principiatũ ſecũdum aliam, & aliam rationem: quia diffiniendo genus eſt principium, in prędicando eſt principiatũ. Et ita finis quæſtionis.

Non eſt inconueniens idem eſſe totum & partem. *Idem eſt principium & principiatum.*

QVAE-

QVAESTIO XXI.

Circa Capitulum de ſpecie. Poſtquam Doctor, acuto dicendi genere, eas quæſtiones abſoluit, quæ de genere materiam concernunt: ſupereſt modò tractare eas quęſtiones, quæ reſpiciunt naturam ipſius ſpeciei. Et licet in hoc capitulo de ſpecie moueri poſſint omnes illæ quæſtiones, quas mouit Doctor in capitulo de genere: tamen propter diſtinctiſſimum modum dicendi, quē exercuit circa capitulum de genere, in hoc loco contentus fuit binario quæſtionum numero. Eſt autem ordo earum ad præcedentis; ſicut eſt ordo ſpeciei ad genus. Nam Porphy prius tractauit de genere, deinde de ſpecie. ratio autem huius eſt, quoniam propinquitas ſpeciei ad genus eſt maior propinquitas quàm propinquitas differētiæ ad illud. Nam genus includitur eſſentialiter in ſpecie, non ſic autem includitur eſſentialiter in differentia: & propter hāc magnam propinquitatē, quam habent ad inuicem genus, & ſpecies; tractato de genere debuit tractare de ſpecie. Albertus autem ait. Nam differentia continetur in genere poteſtate: ſpecies uerò eſt in genere, ſicut in continente, & ſicut pars ſubiectiua in ſuo toto. Expleto autem de toto debuit tractare de parte. Terriò poteſt eſſe Porphyrij ratio. Nā Porphy. ait, quòd oportet in utrorunque rationibus utriſque uti. Ratio autem correlatiuorū coegit eum. Nā cum iſta ſint relatiua, oportuit, tractato de uno, tractare de reliquo. Quarta ratio poſſet eſſe conſimilis modus prædicandi. Nam modus prędicandi in quid, præcedit modum prædicandi in quale. Cum igitur genus, &

Ordo & continuatio.

Prima eſt ratio propinquitatis.

Secunda eſt cōtinentiæ.

Opinio Alberti magni.

Tertia ratio eſt porphyrii.

Quarta ratio eſt conſimilis modus prædicandi.

ſpecies prędicentur in quid, & differẽtia in quale, meritò tractato de uno, debuit de reliquo tractare. Tractauit autem prius de genere quàm de ſpecie propter hãc rationem: quia prædicari in quid in genere eſt maioris ambitus Nã prædicatur de pluribus differentibus ſpecie: prædicari autem in quid in ſpecie, eſt prędicari de pluribus differentibus numero, & minoris ambitus. Modò iuxta doctrinam philoſophorum à communioribus eſt inchoandum; & quia genus habet communiorem modum prędicandi quàm ſpecies, prius de genere quàm de ſpecie tractauit. Et ita patet, quòd qualis eſt ordo ſpeciei ad genus; talis debet eſſe ordo quæſtionum ad quęſtiones. Quare meritò poſt quęſtiones motas in capitulo de genere debuit mouere quęſtiones in capitulo de ſpecie. Et ita patet ordo, & cõtinuatio huius capituli ad primum capitulum. Primò igitur quærit in hoc capitulo. An diffinitio ſpeciei, quæ eſt hæc; ſpecies eſt, quæ prędicatur de pluribus differentibus numero, ſit conuenienter data? Quid ſit diffinitio, declaratum eſt ſuperius. Quid autem eſt prędicari de pluribus, notum eſt ſuperius. Iſte autem terminus in hoc loco, ſpecies, uidelicet, tantum uenit declarãdus. Accipitur igitur ſpecies primo modo pro pulchritudine, quæ eſt debita correſpondentia, & proportio membrorum: ſpecies Priami digna eſt imperio: confert autẽ iſta corporea pulchritudo homini ad duo. Primò quo ad uirtutes capeſcendas. Nam molles carne apti ſunt ingenio ſecũdo de Anima. facit etiã hæc pulchritudo ad politicã fęlicitatem, & beatitudinem. Nam ſicut ſcribit philoſophus primo. Ethic. Corpore turpis nõ poteſt eſſe fęlix, & beatus, ſumitur etiã ſpecies pro rebus aromaticis, ſumitur etiam pro ſimili-

Quare prius tractauit de genere q̃ de ſpecie? quia prædicari in quid de genere eſt maioris ambitus: deinde, quia Antiquius & communius. Primo phyſ. cõtex. 4.

Patet qualis eſt ordo.

Quot modis accipiat ſpecies. Secũdo de Anima. contex. 94.

Pulchritudo ad duo cõfert ad uirtutes & ad beatitudinẽ ideo corpore ſtorpis non poteſt eſſe felix & Beatus primo Ethic. cap. 12.

ſimilitudine rei ſenſibilis,uel ītelligibilis,quo modo loquitur philoſophus tertio de Anima, lapis non eſt in anima,ſed ſpecies lapidis,ideſt, ſimilitudo lapidis. Sumitur ētſpecies pro eo,qđ relatiuè dicitur ad genus; & ſic eſt unum relatiuum. Verũ ſpecies poteſt capi dupliciter in propoſito, primę intentionaliter,& ſecundę intentionaliter. Modò cum quæritur ſub forma dubitationis. Vtrum hæc diffinitio ſpeciei,loquẽdo de ſpecie ſumpta pro ſecũda intentione, ſit conuenieter data à Porphy. ita, uel ne?

Tertio de Anima contex. 38.

Species poteſt accipi duobus modis.

Arguit Doctor ad partes. Et primo; quòd iſta non ſit bona diffinitio. Illa diffinitio relatiui non eſt conuenienter data, in qua non apparet ſuum correlatiuum: ſed in hac diffinitione ſpeciei, ut patet, non apparet correlatiuum genus, ſed indiuidua, ergo non eſt bona.

Arguit ad partes.

Ad oppoſitum eſt Porphy. cui credendum eſt ab eo fuiſſe ſufficienter datam. Præterea dicit Doctor, quòd ſimili modo poſſet argui pro, & contra, & obiici; ſicut ſupra factum eſt in diffinitione generis: tamen breuitate uſus dimittam omnia illa. Dicendum in hac parte. Ponit concluſionem huius quæſtionis, concluſio eſt hæc: diffinitio ſpeciei ſecundę intentionaliter ſumptæ poſitæ à Porphy. eſt conueniens, & cõuenienter data. Ad hanc concluſionem Doctor inducit unum fundamentum remittendo ſe ad ea, quæ dicta ſunt ſuperius de diffinitione generis. Poteſt autem ſic argumentari. Illa diffinitio eſt cõueniens, atque conuenienter data, in qua apparet proprium genus, & propria differentia: maior patet de mente philoſophi. Minor uerò probatur, quia ſuum genus eſt prædicari de pluribus, & hoc ē genus in diffinitione ſpeciei. Præterea ponuntur duæ differentiæ, quarum una eſt

Ad oppoſitum

Reſpondet ad concluſionem

Fundamentũ concluſionis.

 prædi-

prædicari in quid, & in hoc cõuenit cum genere, & differt à differentia, proprio, & accidente. Ponitur etiam prædicari de differẽtibus numero, & per hoc conuenit cum illa differentia ſpecifica; & etiam cum ipſo proprio: & differt à genere, quod non prædicatur de differentibus numero, ſed de differentibus ſpecie. Et ita patet ſolutio quæſtionis.

Ad primum argumentum.

Ad primũ argumentum, cum dicebatur: illa diffinitio relatiui non eſt bona, in qua non apparet ſuum correlatiuum; concedo iſtã, ſed cum dicis: ſed in iſta diffinitione data modo de ſpecie, non apparet genus, concedo: cum tu arguis ergo non eſt bona, nego. Vnde dico, quòd licet genus non ponatur in hac diffinitione mõ data; tamen ponitur in alia diffinitione data de ſpecie. Propterea eſt notãdum, quòd ſpecies poteſt conſiderari dupliciter. Primò, ut habet habitudinem ad ſuum genus: & ſic datur hæc diffinitio, ſpecies eſt quę ponitur ſub aſſignato genere. Et in iſta diffinitione genus eſt correlatiuũ ſpeciei. Aliam habitudinem habet ſpecies ad ſua indiuidua, & ſecundum hanc habitudinem nõ oportuit in hac diffinitione ſpeciei ponere genus: quia correlatiuum ſpeciei iſto modo ſumptum non eſt genus, ſed indiuiduum. Vbi eſt aduertendum, quòd ibi dicit Doctor in textu, quòd iſta diffinitio eſt data de ſpecie ſpecialiſſima: & iſta ſpecies ſpecialiſſima habet habitudinem, & comparationem ad indiuidua. Non tamen eſt dicendum, quod ſecundum hanc habitudinẽ quam habet ſpecies ad indiuidua, eſt genus; ſed eſt ſpecies. Nam ſic negat Porphy. extrema habere duas habitudines: ſed ſecundum habitudinẽ quam habet ſpecies ad indiuidua eſt ſpecies, & non genus: & ideo oportuit præter diffinitionẽ

Species poteſt conſiderari dupliciter, uno modo ut habet habitudinem ad genus.

Alio modo ut habet habitudinem ad indiuidua.

Nota ꝙ definitio eſt data de ſpecie ſpecialiſſima.

datam

datam de ſpecie, in qua ponebatur genus, habere aliam diffinitionem in comparatione ad indiuidua. Póndera illud uerbum, ubi ait Doctor, extrema non habent duas habitudines, & uult hic Doctor, duo eſſe extrema, generaliſſimum, & ſpecialiſſimum: generaliſſimum non habet niſi unam habitudinem ad inferiora: ad ſuperiora quidem habere non poteſt, quia illa non habet. Alterum extremum eſt ſpecialiſimũ, & habet habitudinẽ ad ſuperiora. Sed cur Sco. appellat ſpeciem ſpecialiſſimam extremum, cum tamen in arbore Porphyriana ponantur indiuidua? Et ita uidetur, quòd indiuidua ſint ultimum extremũ, & non ſpecies ſpecialiſſima. Dico, quod duplex eſt extremum, quoddam eſt formale, quidditatiuum, & ſcientificum, & ſic eſt ſpecies ſpecialiſſima: & de iſto loquebatur Plato, & Porphy. cum dicunt deſcendentibus à generaliſſimis ad ſpecialiſſima, iubet Plato quieſcere: ratio, quia ſpecialiſſima ſunt extrema ſcientifica formalia, & quidditatiua, in quibus non contingit abire in infinitum. Aliud autem eſt extremum hypoſtaticum, ſuppoſitale, & materiale, & ſic circa iſta cõtingit abire in infinitum, & hoc modo ſpecies non eſt extremum, ſed potius medium. Et ita patet ſenſus iſtius literę. Arguitur ſecundo ſic. Illa diffinitio non eſt bona, quæ competit alteri à diffinito, hoc patet per philoſophum, & Boe. hæc eſt huiuſmodi, ergo. probo; Nam competit generi: tu dices, nego, probo, quia bene ſequitur, prædicatur de differentibus ſpecie, ergo de differentibus numero. Ad iſtud argumentũ trãſeat maior, nego minorem. Ad probationem dico, quòd diffinitio ſpeciei bene modificata non competit generi. Nam ſic intelligitur, ſpecies prædicatur de pluribus differentibus numero

Póndera illud uerbum, extrema nõ habent duas habitudines.

Quæſtio.

Reſponſio. Duplex eſt extremum.

Arguitur ſecundo.

Species prædicatur de pluribus differentibus numero ſolùm, ſiue immediate.

ſolum, ſiue immediatè, mō genus non prædicatur de pluribus differentibus numero immediatè, ſed mediatè. Et ita non ſequitur. Arguo tertio ſic. Vnius rei unica debet eſſe diffinitio, ſeu eſt diffinitio, quoniam eiuſdem rei non poſſunt eſſe plures diffinitiones: 6. Topic. ſicut nec unius rei poſſunt eſſe multæ eſſentiæ: probo hoc, quia ſi ſic. ſ. quòd unius rei eſſent multæ eſſentiæ, ergo illud non eſſet diffinibile: probo, quia non eſſet unum, ſed multiplex: multiplicis autem nō poteſt eſſe diffinitio: ſed ſpecies eſt una res, ergo eius erit una diffinitio: ſed illa diffinitio data à Porphy. quæ eſt, quòd ſpecies ponitur ſub aſſignato genere, eſt optima, & bona, ergo iſta, quæ modo datur, non conuenienter datur. Itē à Porphy. per hanc diffinitionem, poni ſub aſſignato genere, habemus, quòd ſpecies eſt per ſe ſubiicibilis, ergo per ſe non eſt prædicabilis. Et ita altera diffinitio erit falſa. Ad hoc Doctor adducit unam reſponſionem, quæ eſt aliorum, quæ eſt hæc, oppoſita relatiua poſſunt ineſſe eidem ſubiecto, ſicut eſt prędicari, & ſubiici, q̄ ſunt oppoſita relatiua: ſed non inſunt reſpectu eiuſdem ſubiecti, quia ſic ſunt oppoſita. Mō ſpecies erit prædicabilis reſpectu indiuiduorum, & erit ſubiicibilis reſpectu generis. Et ideo licet ſint oppoſita relatiua: tamen non ſunt reſpectu unius, & eiuſdem, ſed reſpectu diuerſorum. Contra, tu uis, quòd ſpecies conuenienter diffinitur per genus, ergo per ſe refertur ad genus. prætera adhuc refertur ad indiuidua, per quæ diffinitur in hac ſecunda diffinitione, ergo ſpecies bis dicetur relatiuum, quod eſt contra philoſophum. Ad hoc argumentum reſpondet Doctor dando unam pulcherrimam diſtinctionē, quòd diffinitū, ſiue diffinibile poteſt eē duplex: quodam

Tertio arguit. Sexto topicorum. cap. 4.

Reſpōſio aliorum.

Contra.

Quinto Meta. contex. 20. Definibile duplex.

dā eſt abſolutū,& quoddā reſpectiuū:mō cū dicitur,unius rei unica eſt diffinitio:uerum eſt unius rei abſolutę,& uno mō cōſideratæ,unica pōt eē diffinitio: unius autem rei reſpectiuæ & habitudinem habentis, plures eſſe poſſunt diffinitiones, ſic eſt in propoſito Quarè,&c. Sed contra, uolo probare, quòd unius rei abſolutę poteſt eſſe duplex diffinitio. Nam ſecundo de Anima, datur duplex diffinitio de anima: prima, anima eſt actus corporis phyſici: ſecunda, anima eſt principium uegetandi, ſentiendi,& intelligendi, ergo abſoluti poteſt eſſe duplex diffinitio. Ad hoc reſpondeo dupliciter. Primò, quòd unius rei abſolutæ una eſt diffinitio, aut materialis, aut formalis: ſed non poſſunt eſſe duæ formales, uel duæ materiales ſimul: ſed bene poſſunt eſſe duæ diffinitiones alicuius rei abſolutæ, quarum una eſt materialis,& altera formalis: ita eſt de anima. Iſta ſolutio poteſt confirmari p illud, quod habet philoſophus primo. Poſt. Nam demonſtrationis duæ dātur diffinitiones, quarum una eſt ſyllogiſmus appoditicon,& formalis. Altera materialis, ex prims ueris. Et per hoc confirmatur illud, quod dicit Sco. hic quod unius rei reſpectiuæ poſſunt eſſe multæ diffinitiones, ſicut eſt de demonſtratione, quæ eſt ens reſpectiuum. Et ita in hac reſponſione habemus Porphy. Sco. & Lincon. pari paſsu currentes. Sed cōtra hanc datam reſponſionem adhuc inſiſto per unum argumētum ualde difficile, & accipio animam: tu dicis, quod ipſius ſunt duæ diffinitiones; una materialis, altera formalis: tunc accipio materialem. Et quæro à te aut diffinitio materialis dicit eſsentiam diffiniti, aut non: ſi non dicit eſſentiam diffiniti, ergo nō eſt diffinitio: Quia diffinitio eſt ſermo indicans eſsentiam rei: ſed iſta

Contra.

Secūdo de Anima contex. 24.

Primo poſt. cō tex. 5.

Argumentum ualde difficile.

non indicat per te, ergo non eſt diffinitio. Si tu dicis, quòd indicat eſsentiam rei: Contra, ergo unius rei erunt plures eſsentiæ, ergo non erit una, ergo multiplex, ergo non diffinibilis. Quarè reſponſio nulla. Reſpondetur, cùm dicitur aut diffinitio materialis dicit eſsentiam, aut nō. Dico, quòd dicit eſsentiam: & cum dicitur, contra, quia tunc unius rei eſſent duæ eſsentiæ, & ita non una, ſed multiplex, & ita non eſset diffinibilis. Dico, quòd non ſequitur, quia non dicit unam eſsentiam abſolutè, ſed ſub conditione, & ſub alia, & alia ratione, & ita una eſsentia diuerſimodè conſiderata, poteſt habere duas diffinitiones. Et ita anima in propoſito, ut eſt perfectio, & actus corporis organici, eſt una diffinitio materialis: & ut illamet eſt principium uegetandi, ſentiēdi, & intelligendi, habet diffinitionem formalem. ſecunda reſponſio poteſt eſse ad inſtantiam primam; dicendo, quòd anima ut diffinitur, ſecundo de Anima, non eſt propriè abſoluta, ſed reſpectiua: patet, quia dicit habitudinem ad corpus. Nam anima eſt actus corporis phyſici: & ideo diffinitur ibi, ut habet habitudinē ad corpus: & ita cum ſit reſpectiua, plures poſſunt diffinitiones eius eſse. Inſtat Scot. contra ſolutionem datam, quia iam dictum eſt, quòd ſpecies poteſt referri ad duo, ad genus, & ad indiuidua. Tunc dicit Scot. habebit hoc, quod in caſu ſpecies non habebit, niſi duas diffinitiones una eſt pro habitudine ad genus, altera pro habitudine ad indiuidua: ſed hoc eſt contra Porphy. Quia Porphy. dicit, quod dantur ad minus tres diffinitiones de ſpecie. Nam hæc, quæ ponitur hic, competit ſpeciei ſpecialiſſimę: aliæ uerò non ſunt ſpecialiſſimarum, ſed ſubalternarū ſpecierum. Hic datur una reſponſio à quibuſdā,

quæ

Contra.

Reſponſio.

Vera res diuerſimode conſiderata, poteſt habere duas definitiones.

Secunda reſpōſio.

Anima definitur ut habet habitudinem ad corpus.

quæ impugnatur. Et dicit, quòd ſpecies etiam poteſt conſiderari tripliciter. Primò in ordine ad indiuidua,& ſic datur hæc diffinitio hic. ſecundo poteſt conſiderari ſub ratione ſubijcibilis & ſic eſt illa diffinitio; ſpecies eſt quæ ponitur ſub aſſignato genere: tertio poteſt conſiderari ſub ratione prædicabilis in propoſitione, & ſic eſt illa diffinitio: ſpecies eſt quæ in eo quod qd eſt prædicatur Scot. autem arguit contra hanc particulam,quòd non rectè dicitur, quod ſpecies conſideratur ſub ratione prædicabilis in propoſitione;& arguit ſic.In prædicamentis nõ conſideratur unum ut enunciatur de altero,ergo nec in libro Porphy. Probo illud antecedẽs: quia tunc ſuperflueret conſideratio in libro Peryerme. Vbi conſideratur incomplexum inquantum unum enunciatur de altero:probo cõſequentiam,quia immediatior eſt liber prædicamentorum libro Peryerme.quam liber Porphy. ergo bene ſequitur, quòd ſi in libro prædicamẽtorum incomplexum non conſideratur,inquantum ũnũ prædicatur de altero,nec in libro Porphy. & ita aut per locum à maiori negatiuè.Sed aduertendum eſt hic unum pulchrum: quia hoc dictum eſt contra Porphy. & etiam contra Scot. Nam Porphy uult,& Sco.quòd prædicari de pluribus ſit ratio uniuerſalis,& ita conſideratur incomplexum hic inquantum prædicatur de altero,ergo ſuperfluit conſideratio in libro Peryerme.de propoſitione. Vbi debetis notare, quòd prædicari alio modo conſideratur in libro Porphy.& alio modo in libro Peryerme. Nam in libro Porphy.cõſideratur in potentia;ibi in actu; in libro Porphy.in potentia remota,ibi uerò in potentia proxima, Et ita patet diuerſitas huius libri ab illo. Dicit ergo Sco. reſpondendum ad argu-

Reſponſio ſpecies Aliorum poteſt conſiderari tripliciter.
Primo modo.
Secundo mõ.
Tertio modo.

Dictum iſtud eſt contra porphyrium & cõtra ẽt Scotum.

Prædicari alio modo cõſideratur in libro porphy. & in libro perhyermeniarum.

argumentum, & ad inſtantiam; quòd Porphy. tā tum ponit unam diffinitionem ſpeciei in comparatione ad genus, & eſt hæc: ſpecies eſt quæ ponitur ſub aſſignato genere, & cum dicitur, & de qua genus in eo quod quid eſt prædicatur, ly eſt, tenetur expoſitiuè, & non copulatiuè, ſic ꝙ illa ſequens deſcriptio ſpeciei eſt declaratio, & expoſitio prioris diffinitionis: Et ita ſpeciei tantum ſunt duæ diffinitiones; una ſumpta per habitudinem ad genus, altera ſumpta per comparationem ad indiuidua. Et tunc exponit quoddam dictum Porphy. in textu, ibi, quòd autem dicitur, ſcilicet, Porphi. aliæ erunt nō ſpāliſſimarū ſcilicet ſpecierum, ſed ſubalternarū; aliæ ſupple tu. notificationes, non diffinitiones, quia ſecundum quandam diuerſitatem, tantum ſecundum quod notificant ſpeciem. Et conſimilis diuerſitas poteſt reperiri in ſpecie per comparationem ad indiuidua. Et ita habemus reſolutionē, quòd ſpeciei poſſunt eſſe duæ diffinitiones, ſi quæ dātur aliæ, aut ſunt expoſitiones illarum diffinitionum, aut notificationes, & nō diffinitiones.

Ly eſt tenetur expoſitiue, & non copulatiue.

Arguebatur quarto loco ſpecies per ſe eſt ſubijcibilis, ergo per ſe non eſt prædicabilis. Et ita diffinitio ſpeciei data in ratione prædicati, nō eſt bona: antecedens probatur per dictum Porphy. dicentis, quòd ſpecies eſt quæ ponitur ſub aſſignato genere: & ex hoc habetur, quòd eſt per ſe ſubiicibilis: conſequentia probatur, quia oppoſita non poſſunt ineſſe eidem per ſe: ſed ſubiicibile, & prædicabile ſunt oppoſita, ergo non poſſunt ineſſe per ſe ipſi ſpeciei. Et ita ſi ſpeciei per ſe ineſt ſubijcibilitas, non poterit ineſſe per ſe prædicabilitas. Et ita ſic diffinitio data non eſt bona, & per ſe. Illud argumentum eſt ualde difficile. Reſpondet tamen Doctor ad hoc argumentum

Arguebāt quarto loco.

Reſponſio ad quartum.

mentum,& ait, quòd relatiue oppoſita poſſunt ineſse eidem,non tamen reſpectu eiuſdem;quia tunc dicuntur oppoſita relatiuè, quando ſunt reſpectu eiuſdem. Modo ſic nō eſt in propoſito: quia licet ſpeciei inſit ſubijcibile, & prædicabi le:tamen iſta duo non inſunt reſpectu eiuſdem: quia ſubijcibile ineſt ſpeciei reſpectu generis, prædicabile uero ineſt ei reſpectu indiuiduorū. Et ex hac(domini)data reſpōſione colligatis do ctrinam Sco.hic,quòd aliqua non dicuntur relatiuè oppoſita, niſi duabus conditionibus obſeruatis. Primò, quòd illa oppoſita relatiue in ſunt eidem, ſecundò quòd inſunt reſpectu eiuſdem termini,& ſic non eſt in propoſito: & hanc reſponſionem tenet Doctor in ſolutione princi palis quarti argumenti. Arguit Doctor contra hanc datam reſponſionem. Tu uis,quòd ſpecies perfectè diffiniatur per habitudinem ad genus, ergo per ſe refertur ad ſuum genus. Vis etiam quòd perfectè diffiniatur ſpecies per habitudinē quam habet ad ſua indiuidua,ergo per ſe refertur ad ſua indiuidua, ergo idē bis relatiue dicitur per ſe, ergo &c.Vbi eſt aduertendū,quod ibi ſunt cōſequētiæ Sco. Prima eſt,ſpecies per habi tudinē ad genus rectè diffinitur, ergo p ſe refer tur adgenus:ſecūda,ſpecies per habitudinē,& cō parationem ad indiuidua rectè diffinitur, ergo per ſe refertur ad indiuidua: tertia conſequētia eſt iſta, ergo per ſe refertur ad duo:hoc cōſequēs ultimo illatū eſt cōtra philoſophum.5. Metaph. Et etiam cōtra illud,quod dixit.Sco.ſupra;quòd relatiuum nō refertur bis per ſe ad correlatiuū Ad argumentum (domini) Sco. dat duas reſponſiones mirabiles. Prima laborat in exponendo ſententiam philoſophi circa illam autoritatem adductam pro argumento; qua bene intellecta, dicit,

Colligitur ex Scoto doctrina ſingularis, q̄d aliqua non dicuntur relatiue oppoſita niſi duabus conditionibus obſeruatis.

Conſequentiæ Scoti prima eſt

Secunda eſt.

Tertia eſt.

Quinto Meta. contex. 20.

Pulcherrimæ reſponſiones Scoti.

dicit, quòd non militat contra reſponſionem datam. Nam licet illa autoritas ſit uera in ſe, tamẽ eſt bene applicata ad argumentum. Vult ergo, quòd ſpecies non refertur per accidens ad genus, & ad indiuidua, tanquam ad duo correlatiua eius: ſed refertur per ſe ad utrunque. Et ita ſpecies habet ꝑ ſe duo correlatiua, genus, ſcilicet, & indiuidua: probat hoc, quòd iſta ſint correlatiua ſpeciei: quia ſi non eſſent correlatiua per ſe ſpeciei, per neutrum diffiniretur per ſe: & ita neutra diffinitio ſpeciei eſſet per ſe, probo hanc conſequentiã, quia omnis diffinitio datur per eſſentialia, et non per accidẽtalia. cum igitur ſpecies habeat eſſentialiter habitudinem ad genus, & eſſentialiter ad indiuidua, ſequitur quòd utrumque per ſe diffinietur. Et quod dicitur ſcilicet, per philoſophum, quòd non refertur relatiuum bis. Intellexit, quòd accidens, ut puta actus intelligendi non refertur ad ſubiectum, & terminum. i. ad intellectum, & intelligibile; & ſic iſta autoritas non eſt contra reſponſionem: quia ſpecies hic diffinita non comparatur ad genus, & ad indiuidua, ut ad ſubiectum, & obiectum intellectus, ſed cõparatur ad illa tanquam per ſe duo correlatiua.

Expoſitio uerborum Ariſt. pulcherrima.

Exponit litterã

Ad literam exponendam accedamus; poteſt dici, quòd ſpecies hic diffinita non tantum ſecundum diuerſa ſibi accidentia. i. non per accidens refertur ad genus, & ad indiuidua: & ſtatim reddit rationem huiuſmodi: quia tunc ſcilicet ſpecies per neutrum diffiniretur. ſ. per ſe, nec ꝑ genus nec ꝑ indiuidua. Et dat exemplũ huius, ſicut nec homo, ſup. tu diffiniretur per ſe per accidentalia. Nam licet ſibi, ideſt, homini accidat duplũ: quomodo poteſt accidere ſibi duplum: quia homo pinguis relatus ad alium hominem paruæ

Exemplum.

magni-

magnitudinis,poteſt eſſe duplicis quantitatis re ſpectu illius. Vnde ſi deberet diffiniri homo, nõ diffiniretur per duplum; quia hoc eſt ſibi accidens;ſed per animal rationale,quæ ſunt eſſentialia homini;cum diffinitio detur per eſſentialia: ſed ſpecies eſſentialiter, & per ſe comparatur & refertur ad utrunque, ideſt genus, & indiuidua, & ita ſumus reſoluti, quòd ſpecies refertur ad duo. Et cum adducit inſtantia in fauorem argumenti,autoritate philoſophi. Sco. pro diffinitione ſuæ rationis exponit ipſam, & dicit. Et quod dicitur ſup. tu à philoſopho in arguendo ſupra, quòd idem nõ refertur bis;intellexit Ariſt. quòd accidens,cuiuſmodi eſt actus intelligendi, non refertur ad ſubiectum,& terminum, ſicut innuit in litera philoſophus:ibi non eſt intellectus,ideſt, actus intelligendi non refertur ad intelligẽtem.ſ.intellectum, & intelligibile.ſ. obiectum relatiuè dictum,& tunc applicat ad propoſitũ ſuũ, & dicit,& tunc autoritas philoſophi non eſt cõtra prædicta: & tunc oportet addere, quòd ſpecies non comparatur ad genus, & indiuidua,ut ad ſubiectum,& obiectũ eius:ſed comparatur ad illa tanquam per ſe duo correlatiua. Vel oportet dicere. in hac parte Doctor dat ſecundam reſponſionem ad hoc argumentum; & iſta, iudicio meo,eſt tutior,& melior, licet ſit multum laborioſa. Reſponſio formaliter ad argumentum eſt hæc.Cum dicitur, quòd idem relatiuum non refertur ad duo:Dico, dicit Doctor, quòd nullũ relatiuum ad duo per ſe primo poteſt referri:ſed bene ad duo per ſe,non tamen per ſe primo. Cuius rationem ualde notabilem aſſignat Doctor; quoniã oportet, quòd ſpecies cum ſit relatiuum per ſe referatur ad duo,ad unum quidem per rationem ſuam propriam,formalem,intrinſecam,

Actus intelligendi non refertur ad ſubiectum, & terminum.

Secunda reſpõſio tutior & laborioſa.

An idem relatiuum poſſit referri ad duo.

&

& quidditatiuam,& ſic refertur ad ipſum genus: & ita genus eſt correlatiuum ſpeciei per ſe, & primo:refertur etiam ad indiuidua per ſe & non primo, & hoc per rationem ſui generis,ideſt per rationem ſui uniuerſalis,in quo habet quod prædicatur de pluribus : cuius ratio eſt. Nã ſi genus alicuius ſpeciei refertur ad aliquid, neceſſe eſt, quòd ſpecies illius generis referatur ad illud. Modò ita eſt, quòd uniuerſale eſt genus ſpeciei; & per ſe refertur ad ſingulare,& indiuiduum, ergo ſpecies, quæ eſt ſpecies uniuerſalis, referetur ad ſingulare. & ſingulare per ſe erit correlatiuũ ſpeciei. Ad literam, uel oportet dicere, ſcilicet ſecundum aliam rationem ad argumentũ, quòd idem non refertur primo ad diuerſa per ſe, tamẽ poteſt referri ſup. tu, per ſe ad plura : cuius ratio additur, quia primo poteſt ſpecies ad unum. ſ.correlatiuum per ſuam rationem intrinſecam, & quidditatiuã. per ſe uerò poteſt referri ſpecies ad aliud. ſ. correlatiuum ſecundum ſiue per rationem ſui generis,quod quidem genus eſt uniuerſale:relatiuum.n.ſup.tu ſpecies,quæ eſt relatiuum,eſt per ſe relatiuum ſecũdum genus. Vult dicere,quòd ſi detur aliquod relatiuum ſecundũ genus, illud eſt relatiuum per ſe; quia includit, ſcilicet,illud relatiuum in ſua eſſentia. Nam illud per quod refertur, ſiue principium referendi,impoſſibile eſt enim abſolutum includere in ſua eſſentia eſſentialiter relatiuum,ſiue relationem, & tunc applicat ad propoſitum, & dicit. ſic nos dicemus,quod ſpecies,quæ eſt ſecũdum uniuerſale deſcriptum à Porphy.ſecundum ſuã propriam,& formalem rationem, dicitur, ſiue refertur ad ſuum genus; ſecundum autem rationem ſui generis, ſcilicet, uniuerſale dicetur relatiuè ad illa.ſ.indiuidua,de quibus prædicatur. ſ.ſpecies

Ad literam doctoris.

Applicat ad propoſitum.

cies:ratio,quia dici de.i. prædicari eſſentialiter, conuenit ſibi.i ſpeciei inquantum eſt uniuerſale;& non inquantum eſt ſubijcibilis.In iſtis uerbis eſt ponderanda una propoſitio Sco.cōtra nominales, qui ponunt relationem non diſtingui eſſentialiter à fundamento.Sco. dicit hic, quòd eſt impoſſibile, quòd abſolutum includat in ſua eſſentia eſſentialiter relatiuum, ſiue relationē. Pro quo eſt hic aduertendum fundamentum omnium Scotiſtarum, & præſertim Sco. Quod nulla relatio includitur eſſentialiter, & quidditatiuè in aliquo abſoluto: cuius ratio colligitur à Sco.in primo:quoniam ex abſoluto, & reſpectiuo non poteſt fieri unus per ſe conceptus eſſentialiter, & quidditatiuè: quia tunc duo contradictoria uerificarentur de eodem. Abſolutum.n. & non abſolutum:reſpectiuum, & non reſpectiuum. Vnde omnibus relationibus etiam diuinis non poteſt concedi maior identitas, quàm identitas realis: identitas autem formalis omnibus relationibus eſt negata.Et ita relationes nō poſſunt tranſire niſi ad identitatem realem.Vnde dicit Sco.quòd illa relatio identificatur cum fundamento,cuius fundamentū non pōt eſſe ſine termino.Exemplū. Nā creatio paſſiua idētificat̄ realiter cum creatura;q̄a creatura,quę eſt fundamētum iſtius relationis, nō poteſt eſſe ſine Deo,qui eſt terminus iſtius relationis. Et ita patet, quòd impoſſibile eſt abſolutum includere eſſentialiter relatiuum. Dixit eſſentialiter; quia identicè poteſt realiter. Et tunc redeuntes ad literam, quæ eſt multum difficilis propter exemplum mathematicum. Dicit igitur, duplum ſecundum ſe refertur ad dimidium tāquam ad unum per ſe correlatiuum,& primo:ſed ſecundum ſuum genus, quod eſt multiplex,refertur ad ſuum multiplex,

Prædicari eſſentialiter conuenit ſpeciei, inquantū eſt uniuerſale, & non inquantum eſt ſubiicibilis.

Contra Nominales.

Nullus reſpectus ē de quiditate abſoluti Scotus in 1.ſenten. diſt. 26.

Identitas formalis omnibus relationibus eſt negata.

Quæ nam eſt illa relatio, quæ identificatur realiter cū fundamento.

Exemplum.

Impoſſibile eſt abſolutum includere eſſentialiter relatiuum.

Exemplū Mathematicum.

quod eſt correlatiuũ ſui generis. i. multiplicis. Et ita habemus ex uerbis huius literæ, quòd duplum refertur ad duo per ſe correlatiua; ad unũ per ſe primo, quod eſt duplum; ad alterũ per ſe, & non primo, quod eſt ſuum multiplex. Deinde Sco. ponit aliquam diſſimilitudinem inter hoc exemplum, & ſpeciem: & ait, non tamen eſt omnino ſimile hic, & ibi, quia (ſcilicet) in exemplo mathematico, quod eſt correlatiuum generis, ut puta ſubiecti, multiplex, quod eſt correlatiuum multiplicis, quod eſt genus, continet correlatiuum ſpeciei, ideſt continet dimidiũ, quod eſt correlatiuũ dupli: hic non. i. hic non eſt ita; dicendũ quoniam correlatiuum generis. i. ipſum ſingulare, ſiue indiuiduum, quod eſt correlatiuum uniuerſalis, non eſt correlatiuum ſpeciei. i. non continet ipſum genus, quod eſt correlatiuum ſpeciei per ſe primo: ratio, quia ſunt intentiones diſperatæ, & una non continet alteram. Sed modo poſſet aliquis dubitare. Cum duæ datæ ſint diffinitiones ſpeciei, quæ eſt prior, & eſsẽtialior ſpeciei? Soluit Scot. quòd illa eſt prior, & eſſentialior, quæ dicit, ſpecies eſt quæ ponitur ſub aſſignato genere: ratio, quia illa diffinitio eſt prior, & eſſentialior ſpeciei, quæ datur per primũ correlatiuum eius: ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo. Et ex hoc domini ſoluti eſtis, quòd eſſentialior eſt habitudo ſpeciei ad ſuum genus, quàm ad ſua indiuidua: ratio, quia eſſentialior eſt habitudo alicuius ad illud, à quo dependet eſſentialiter, quàm ad illud, à quo non dependet eſſentialiter: ſed ſpecies eſſentialiter dependet à genere tanquàm à parte eſſentiali, & intrinſeca eius; & non ſic ad indiuidua eius. Præterea eſsẽtialior eſt habitudo poſterioris ad prius: quia ibi eſt dependẽtia eſsẽtialis: quàm habitudo prioris ad poſterius

Ponit diſſimilitudinem.

Qualis definitio prior.

rius:ſed habitudo ſpeciei ad genus eſt poſterioris ad prius:habitudo uerò ad indiuidua, eſt habitudo prioris ad poſterius, ergo. Quod autem ſit habitudo prioris ad poſterius, patet per Scot. in textu. Vbi ait, quòd ſecunda, ſcilicet, diffinitio ſpeciei datur per poſterius. i. per indiuidua, quæ ſunt poſteriora ſpecie, ſaltem in fundamentis. Quòd ſi quæratur, quæ iſtarum diffinitionũ eſt magis ad propoſitum hic? Dico, quòd prima licet ſit eſſentialior, ſecunda tamen huic propoſito eſt commodior, & magis ad propoſitum: qa datur de ſpecie, inquantũ eſt uniuerſale: & ſic conſideratur ſpecies, ut uniuerſale eſt; & non propriè, ut ſubijcibile eſt. Et ita habemus ſolutionẽ principalis argumenti: quòd relatiuum poteſt referri ad duo per ſe, non tamen primo: ſed ad unum per ſe, & primo; ad alterũ per ſe nõ primo.

Arguitur quinto ſic. Illa diffinitio non eſt bona, per quam ſpecies non diſtinguitur à diffinitione: iſtud eſt huiuſmodi, ergo. Ad iſtud argumentum Doctor dat duas reſponſiones, & concedit, quod diffinitio non eſt diffinitum uniuerſale à ſpecie. Alia reſponſio eſt, quod diffinitio non habet unum modum prædicandi, ſcilicet, in qd, ſicut nec partes eius habent unum modum prædicandi, quia prædicatur in quid, & in quale: & ita non facit ad propoſitum. Vltimò arguitur: ſpecies non eſt prædicatum, ergo malè diffinitur, per prædicari. habes quærere ſolutionem ſuperius in quæſtione duodecima.

Quinto principaliter arguit.

QVAESTIO XXII.

QVAERITVR De ueritate iſtius propoſitionis. Quæſtio mota hic à Scot. ortum duxit ab exemplo poſito in textu à Porphy. Vbi dicit, participatione ſpeciei plures homines ſunt unus homo. Et ita continuatio, & ordo decimænonæ quæſtionis non ſumitur ex ordine quæſtionum præcedentium: ſed ex ordine, & continuatione textus Porphy. Tanta nanque fuit ſolicitudo huius hominis, ut nedum tex. Porphy. quæſtionibus arduis agitaret uerum exempla à Porph. poſita optimis quęſtionibus exornaret. Reſpiciens igitur Sco. ad illud exemplum poſitum à Porphy. quod dicitur: participatione ſpeciei plures homines ſunt unus homo. Voluit uidere, quam ueritatem, & ſecundũ quem modum poſſit eſſe uerum. Ideo quæſiuit ſub hac quæſtionis forma dicendo.

Ordo ſumitur ex continuatione textus porphyrii.

Queritur de ueritate iſtius. ppoſitionis, uel exempli, plures homines ſunt unus homo. Circa titulum quęſtionis non eſt inſiſtendum, cùm ex dictis, & dicendis ſatis aperte pateat.

Circa titulum quæſtionis nõ eſt inſiſtendũ.

Arguit igitur Doctor ad partem affirmatiuam huius quæſtionis præpoſitæ quatuor rationibus, per quas aperte probat illam propoſitionem, in qua dicitur, plures homines ſunt unus homo, eſſe uerã. Primo arguit ſic Doctor enthymematicè. Nam bene ſequitur; participatione ſpeciei plures homines ſunt unus homo, ergo plures homines ſunt unus homo: antecedens eſt Porphy. cui propter bonitatem doctrinæ nõ eſt contradicendum. Et ita ſi antecedens eſt uerum, & conſequens erit verum per illam regulã famo-

Arguit ad partem affirmatiuam.

Regula famoſa logicorum ex ueris nõ niſi uerum.

ſam

ſam logicorum. Ex ueris non niſi uerum: conſequentia probatur. Quoniam nil diminuit ab aliquo in propoſitione poſitum, niſi ponatur à parte eiuſdem extremi; ſed participatione ſpeciei ponitur in iſta conſequentia ex parte antecedentis, & ex parte ſubiecti: cum dicitur, participatione ſpeciei plures homines ſunt unus homo, & unus non. ſ. ponitur à parte ſubiecti: ſed à parte prædicati: cum dicitur, ſunt unus homo, ergo ſequitur, quòd unus non eſt dictio diminuens ſubiectum antecedentis. Vult igitur Doctor in hac litera, quòd ex quo unus non ponitur ex parte ſubiecti in antecedente: ſed ponitur ex parte prædicati: ideo erit dictio diminuēs. Quare conſequentia bona: poſſet enim formari conſequentia per illam regulam famoſam, quando arguitur à determinabili cum determinatione non diminuente, uel diſtrahente ad ipſum determinabile præcisè ſumptum, conſequentia eſt bona. Cum igitur arguitur ab homine tanquam determinabili cum determinatione, iſta, quæ eſt participatione ſpeciei non diminuente, uel diſtrahente ipſum hominem tanquam determinabile præcisè, ergo ſequitur, quòd conſequentia eſt bona. Tertiò probatur ſic conſequentia: quia quotiens arguitur ab inferiori ad ſuum ſuperius, & à parte in modo ad ſuum totum, eſt bona conſequentia: ita etiam eſt hic. Nam cum dicitur: participatione ſpeciei plures homines ſunt unus homo, eſt arguere ab inferiori, ergo plures homines ſunt unus homo, erit arguere tanquam ad ſuperius. Et ita patet, ꝙ illa propoſitio Porphy. eſt uera.

Poſſet aliter formari conſequentia.

Tertio probatur.

Ad oppoſitum arguit Doctor duabus rationibus. Primò arguit ſic. ſi plures homines ſūt unus homo per te, ergo unus hō eſt plures homines:

Ad oppoſitum arguit Scotus.

conſequens eſt falſum, ergo & antecedens ex quo ſequitur, quòd conſequens ſit falſum, probo. Illud conſequens eſt falſum, cuius contradictorium eſt uerum: hæc conſequentia patet per regulam logicorum:quia duo contradictoria non poſſunt eſſe ſimul falſa, ergo ſi unũ erit falſum,reliquum erit uerum:&ſi unum eſt uerũ, reliquum erit falſum:ſed contradictoria iſtius propoſitionis, unus homo eſt plures homines, eſt illa, nullus homo eſt plures homines: hæc enim contradictoria eſt uera, ergo prima fuit falſa;probo conſequentiam per naturam cõuerſionis ſimplicis.Nam per conuerſionem ſimplicem bene ſequitur:ſi plures homines ſunt unus homo,ergo unus homo eſt plures homines.Arguitur ſecundo ſic.Illa propoſitio eſt falſa,cuius ſignificatum ſubiecti, & prædicati ſumitur ſub modis oppoſitis,& repugnantibus: iſta propoſitio patet,quoniam ſicut conuenientia cauſat ueritatem:ita repugnantia inducit falſitatem: ſed ita eſt in hac propoſitione, cũ dico,plures homines ſunt unus homo. Nam idem ſignificatum, puta hominis, ſumitur ex parte ſubiecti,& prædicati ſub modis, & ſignificatis oppoſitis. Nam cum dico, plures homines, ecce quòd ly homo ex parte ſubiecti ſumitur cum plurali, cum uerò dico, unus homo, ibi ly homo ex parte prædicati ſumitur cum ſingulare. Modò certum eſt ꝙ pluralitas, & ſingularitas ſunt modi ſignificandi grammaticales oppoſiti,qui nunquam deſerunt ſignificatũ nec in propoſitione, nec extra. Propterea ſequitur, quòd iſta propoſitio eſt falſa, plures homines &c. Et ita remanet quęſtio dubia pro utraque parte.

Duo contradictoria non poſſunt eſſe ſimul falſa.

Secũdo arguit.

Pluralitas & ſingularitas ſunt modi ſignificãdi grammaticales.

Ad hanc quæſtionem Doctor conſiderans difficultatem propoſitæ quæſtionis, non reſpondet,

Reſponſio ad quæſtionẽ cũ diſtinctione.

det, niſi prius data diſtinctione. Et ideo dico, ꝙ iſte terminus, unus, poteſt accipi dupliciter. Primò cathegorematice, ſiue ſignificatiuè; ſecundo ſumitur ſincathegorematice ſiue non ſignificatiuè: ſecũda pars incipit ibi. Aliter ſumitur unũ: ſtando in primo membro prædictæ diſtinctionis, Doctor dat duas reſponſiones. Et primo ait, ꝙ accipiendo ly, unus, cathegorematice, ſic ſignificat differentiam entis. Vnde pondera ibi, quòd unitas non eſt propria differentia entis: quoniam differentia propria non eſt niſi reſpectus illius, cuius eſt genus. Modo ex tertio Met. ens non põt eſſe genus, cũ genus dicat potẽtialitatẽ, & nulla potẽtialitas eſt ĩ Deo cũ aũt ens deſcendat in Deum, & dicatur de Deo, non poterit eſſe in Deo cum potentialitate: quia tunc potentialitas eſſet in Deo. Quapropter cum ens non ſit genus, ſequi neceſſe eſt, ut nullam propriam habeat differentiam. Propterea ibi Sco. loquitur de differentia extenſiuè: Et ita ly unitas erit differentia entis. ſ. modus entis, per quem modũ diſtinguitur contra multa: quoniam ens diuiditur per unum, & multa. Et tunc ait Doctor quòd accipiendo unum cathgorematice, & ut eſt modus entis, ſiue paſſio entis diſtincta contra multa; diuiditur ab Ariſ. 5. Meta. in multos modos. Ponuntur autem quatuor modi ipſius unitatis ad quos omnes alij reducuntur. Nã dicitur unũ numero: unum ſpecie: unum genere: unum proportione: & in tali latitudine, & graduatione unitatis eſt aduertendum; quòd unitas numeralis eſt maior unitas; unitas ſpecifica eſt minor unitas: unitas gñica ẽ minor unitate ſpecifica, ſicut unitas ſpecifica eſt minor unitate numerali: unitas aũt proportionis tenet ultimum gradũ, ratio eſt, quia unitas inſequitur naturam entis,

Iſte terminus unus poteſt accipi dupliciter.

Vnitas non eſt propria differentia entis.

Tertio Meta. contex. 10.

Vnitas eſt modus entis.

Quinto Meta. contex. 12.

Quatuor ſunt modi unitatis.

Vnitas numeralis eſt maior unitas.

Vnitas ſpecifica eſt minor unitas.

Vnitas generica eſt minor unitate ſpecifica.

Vnitas proportionis tenet ultimum gradum.

cum ſit paſſio eius. Nam quantum aliquid habet de entitate, tantum habet de unitate: Modo quia unum numero, cum ſit unum indiuiduum in genere ſubſtãtiæ habet maiorem entitatem quàm ſpecies, & genus; patet, quia includit unitatem ſpeciei, & generis ſui; & vltra hoc addit entitatem ſuam indiuidualem, quam ſuperiora nō habent: & ita cum indiuiduum habeat maiorē entitatem, habet maiorem unitatem. Quarè bene dictum eſt, quòd unitas numeralis eſt maior unitas propter maiorem entitatem, quam includit indiuiduum. Stante hac declaratione poteſt oriri dubitatio ſingularis in hoc loco; quia iam dictum eſt, quòd unum eſt commune ad unum numero, ad unum ſpecie, ad unum genere, & proportionis, quomodo ſe habebit ad iſta quatuor? & quomodo diuiditur in hæc quatuor? An ſit diuiſio æquiuoci in ſua æquiuocata? uel ſit diuiſio in duo quorum unum ſe habet ſimpliciter ad alterum ſecundum quid? Tunc Doctor, ſtante hac diſtinctione, & conditione reſpondet, & ait, ꝙ ſi ly unus ſumatur æquiuocè, ſic ꝙ ſit æquiuocũ ad hæc quatuor enumerata, ſic æquocè ſũpto uno nō eſt abſolutè reſpōdēdũ; ſed cũ diſtinctione: ratio eſt, quoniã ad multiplex non eſt reſpondendum, niſi præcedente diſtinctione. Et propterea dicit Sco. quòd eſt diſtinguenda propoſitio penes ęquiuocationem unius cathegorematici & ita reſpondendum eſt. Cum dicitur, plures homines ſunt &c. ſi tu accipis ly unum, pro uno numero, propoſitio eſt falſa: quoniã notũ eſt, quod plures homines nō ſũt unus homo numero; ſi autem tu accipis ly unum pro tribus ſenſibus, & ſignificatis, ſcilicet, pro uno ſpecie, genere, aut proportione, propoſitio eſt uera: quoniam notum eſt, quòd plures homines ſunt unus homo

Oritur dubitatio.

Reſpōdet Doctor.

Ad multiplex non eſt reſpōdendum.

Vnum ſi accipiatur pro uno numero, propoſitio eſt falſa.

mo ſpecie: & ſic habemus in hac parte duas concluſiones. Prima eſt negatiua, quòd ſumpto uno pro unitate numerali, propoſitio illa, in qua dicitur plures homines &c. eſt falſa: ſumpto autē uno pro unitate ſpecifica, generica, & proportione, propoſitio eſt uera: ſin autem ly unus ſe habeat ad hæc quatuor tanquam ad duo, quorum unum eſt ſimpliciter ad alterum ſecundum quid: tunc dicendum eſt, quòd propoſitio eſt falſa: ratio, quia quandocunque eſt aliquod analogum habens duo ſignificata & nulla additur dictio contrahens, ſiue determinans ad ſtandum ſecundum quid, ſemper ſumitur pro nobiliori ſignificato. Modo cum dico, plures homines ſunt unus homo, ly unum eſt indifferens ad ſimpliciter, & ſecundum quid, & nón apparet dictio ad ſecundum quid;, ergo ſtabit ſimpliciter, & ita ſtabit pro uno numero: ſed, ſecundum illum ſenſum propoſitio erat falſa, ergo. Circa literam debetis hic duo aduertere, quę ſunt notatione digna: quoniam aliquis ueſtrum poſſet quærere, quæ diuiſio ſit uerior iſtius ueritatis? An ſit diuiſio æquiuoci in ſua æquiuocata? An ſit diuiſio in ſimpliciter, & ſecundum quid? Sco. laudat ſecundam opinionem, & uult, quòd iſta uerius dicitur in ſecundum quid, & ſimpliciter, quàm ęquiuoci in ſua æquiuocata. Propterea in litera ait Doctor, uerius eſt unum. Secundo eſt aduertendum, quod bene ſequitur ad unum numero, unum ſpecie. i. quòd iſta conſequentia erit bona ſunt unum numero, ergo unum ſpecie, ergo unū genere, ergo unum proportione: ſed quæ eſt ratio iſtius ſequelæ? Dico, quòd iſta, quoniam maior unitas infert minorem; ſed unitas numeralis eſt maior, quàm generica, & ſpecifica, ergo unitas numeralis infert ſpecificam, genericam, &

Duo ſunt notatione digna.

Litera Scoti.

Secundo notādum.

Vnde quanto unitas eſt ſuperior tanto, eſt minor ſecun-

dũm doctrinã Scoti,unde maior unitas ꝑ bonam cõſequentiam infert minorem, ſed nõ minor maiorẽ licet ſtet cũ ea uide Auctorem formam lituat Articulo primo.

& proportionis:non tamen ſequitur econuerſo: rario, quoniam minor unitas non infert maiorem: & ideo conſequentia hæc non ualet propter duo, ſunt unum ſpecie, ergo numero: non ualet conſequentia propter tria. Primò,quia arguitur à minori unitate ad maiorem unitatem: ſecundò, quia arguitur à ſecundum quid ad ſimpliciter:tertio,quia arguitur à ſuperiori affirmatiuè ad ſuum inferius. Quare patet, quid erat dicendum quantum ad primum mẽbrum de uno .ſ.ſumendo unum cathegorematicè. Aliter ſumitur. Dictum eſt, quomodo ly unum poterat ſumi cathegorematicè & ſincathegorematicè,ſiue ſignificatiuè, & non ſignificatiuè. Et dictum eſt,quomodo cathegorematicè poteſt eſſe uera, & falſa propoſitio. Nunc autem in hac parte declarat, quomodo propoſitio hæc; accipiendo ly unum ſincathegorematicè, poteſt eſſe uera, & falſa. Et ait, quòd accipiendo ly unum ſincathegorematice propoſitio eſt falſa: ratio eſt, quoniam ly unus eſt diſpoſitio ſincathegorematica,quæ fungitur officio ſigni particularis, faciens ſtare terminum, cui additur determinatè indeterminatè tamen, ita quòd ly unus ex parte prædicati facit ly hominem ſtare pro ſuppoſito determinato, indeterminatè tamen.i. facit ipſum ſtare pro indiuiduo uago, & non pro ſignato:Dicendo ſic,plures homines ſunt &c.ſi ly unus ex parte prædicati tenetur ſincathegorematicè, eſt ſenſus, illud, quod plures homines ſunt quidam homo, uel ſunt aliquis homo: ſed hoc eſt falſum, ergo ſequitur, quod dicendo, plures homines ſunt unus homo, propoſitio eſt falſa:ſed dices,quòd ly unus homo ex parte prę dicati, non tantum accipitur pro aliquo homine,uerum etiam pro pluribus, & diuerſis: Contra,

Nota bene.

tra, quia dicit Doctor, nil ponitur ex parte ſubiecti, quod faciat ſtare prædicatum confusè tantum, & pro diuerſis, ergo ſequitur, quod ly prædicatum non ſtabit pro diuerſis, ſed pro aliquo determinato, indeterminate tamen .i. pro indiuiduo uago, & non ſignato: contra, tu dices, quia copulatio ſubintellecta ex parte ſubiecti, facit ſtare terminum, cui additur immediatè, diſtributiuè, & confusè, & prædicatum confusè tantum. Declaro. Nã numerus pluralis æquiualet ſingulari geminato, ſecundum Priſcianum: & tunc eſt ſenſus. plures homines, ubi eſt numerus pluralis, intelligitur copulatio, iſte homo, & iſte homo ſunt unus homo. Et ita illa copulatio ſubintellecta per numerum pluralem poteſt cõfundere prędicatum ad ſtandum pro diuerſis. Contra, ait Doctor, quia non eſt uerum; & uult, quòd copulatio non faciat ſtare terminum prædicati confusè pro diuerſis; quia tunc ſequeretuor magnum inconueniẽs, quia duo eſſent quatuor; deduco ſic, duo, & duo ſunt duo; & duo, & duo ſunt quatuor, ergo quatuor ſunt duo: hæc concluſio eſt falſa, ergo aliqua præmiſſarum, non minor, ergo maior, quæ fuit iſta, duo, & duo ſunt duo, hoc autem nõ eſt propter aliud niſi quia ly copulatio confundit ſecundnm ſe, & ideo illud eſt falſum ſincathegorematicum. legam textum iſtius literæ. Aliter ſumitur unum ut eſt ſignificatum, ſiue ſignum aliquòd particulare, & ſic, ſcilicet, ly unum dicit modum intelligendi terminum, cui additur, pro ſuppoſito determinato .i. pro indiuiduo uago, indeterminate tamen, ideſt indiſtinctè, & confusè. Et homo ſic ſumptus ſcilicet, ex parte prædicati in illa propoſitione pro ſuppoſito & indiuiduo uago, non ineſt, ideſt uerè non prædicatur de ſubiecto

Contra.

Contra.

Secundum Priſcianum numerus pluralis æquipollet ſingulari.

Contra ait doctor.

Textus literæ.

& ideo ſic propoſitio eſt falſa. Vbi ponitur concluſio iſtius membri: probat autem hoc ratione, quia nil eſt in ſubiecto.ſ.poſitum, cuius uirtute poſſit unus homo poſitus ex parte prædicati confundi,& accipi pro diuerſis: ſed quia aliquis poſſet dicere, quòd ex parte ſubiecti eſt copulatio ſubintellecta, quę facit prædicatum ſumi pro diuerſis; huic contradicens ait, quia copulatio ſup. tu intellecta ex parte ſubiecti in plurali numero non confundit ſup. tu prædicatũ, nec facit ipſum ſtare pro diuerſis, quia ſi copulatio hoc haberet officium, tunc eſſet uera in ſenſu cõpoſito, duo,& duo ſunt duo; in illo.n. ſenſu hæc eſt uera.ſ.minor, duo,& duo sũt quatuor. Ex quibus duabus propoſitionibus ſequitur, quòd quatuor ſunt, quod ẽ impoſſibile. Et ita patet, quod copulatio non habet uim confundendi prædicatum: quia accipiendo ly unus ſincathegorematicè propoſitio eſt falſa.

Ad argumentũ — Ad argumẽtum: arguebatur ſic ſuperius, participatione ſpeciei plures &c. ergo plures homines ſunt unus homo. Ad hoc argumentum negat Doctor conſequentiam, Ad probationem, cũ dicebatur, quod nihil, quod habet uim diminuẽtis, ſiue diminutionis, ponitur ex parte eiuſdem extremi, ut puta ly unus, ergo uidetur, quòd propoſitio ſit uera.

Ad illam probationem Doctor reſpondet, & ait, quòd illa determinatio, licet quo ad uocem, & litteraturam, ponatur ex parte antecedentis: tamen debet intelligi ex parte conſequentis. Et ita ſic reſoluenda eſt propoſitio Porphy. plures homines ſunt unus homo participatione ſpeciei, ſcilicet in participando ſpeciem: ſecundo arguitur ſic, quando aliquid ſe habet ad aliqua duo, quorum unum eſt ſimpliciter, aliud ſe

Secuudo arguitur.

cundum

cũdum quid, ſi addatur in propoſitione aliquid determinans prędicatum ad ſtandum ſecundum quid, tantum pro illo ſtabit: ecce maior: minor eſt hæc: ſed ly unus ſe habet ad unum numero ſimpliciter, & ad unum ſpecie ſecundum quid: & cum ex parte prædicati addatur homo determinans ad ſtandum ſecundum quid, ergo ly homo tantum ſtabit ſecundum quid, & pro eſſe ſpecifico, & diminuto. Quare hæc propoſitio erit uera, plures homines ſunt unus homo. Deinde illud argumentum præſupponit unum falſum; quòd ly homo poſſit eſſe determinatio, cum ſit determinabile, quod tamen eſt falſum. Nam licet poſſit eſſe determinatio ad ſuppoſita, non tamen propriè poteſt eſſe determinatio ad ſecundum quid: & quia litera eſt obſcura, legam eam de uerbo ad uerbum. Ad ſecundum dico, quòd determinabile, ut puta homo, non contrahit determinationem, ut puta ly unus ſed econuerſo. i. magis determinatio contrahit determinabile: quoniam de ratione poſterioris eſt determinare prius: de ratione adiectiui eſt determinare ſubſtantiuum; & de ratione accidentis eſt determinare ſubiectum. Et ideo cum ly unus, una, unum, ſit adiectiuum, debet determinare, & non determinari: & ideo ly homo non determinat ad unum ſpecie, & ſecundum quid, licet quandoque. ſ. determinabile contrahat ipſum; ideſt ipſam determinationem ad ſuppoſita, ſicut hic, homo eſt albus. Nam ly albus contrahit hominem, quo ad duo. Primo à communitate ſpecifica ad ſuppoſitum: tamen non propter hoc ly homo determinat, & contrahit ly album ad ſecundum quid, & diminutè; licet ad ſuppoſita hominis contrahatur ab homine; ſecundo ad indifferentia, ad omnem colorem, ad hunc colorem al

Reſponſio.

Reſponſio ad ſecundum declarans literã de uerbo ad uerbum.

Adiectiuũ debet determinare.

bum

bum: tamen impropriè ly homo contrahit ly album ad ſuppoſitum ſpeciei humanæ. Et ita patet, quòd ſi determinabile contrahit determinationem aliquando ad ſuppoſita extenſiuè loquẽdo de ſuppoſitis, non tamẽ ordinatè, quia determinatio eſt poſteriorum ad prius. Et ita argumẽtum præſupponit falſum. Tertio arguitur ſic, eo modo quo aliqua habent in aliquo indiuiſionem, ſunt unum in illo: ſed plures homines habent in homine indiuiſionem: patet, quia forma in omnibus hominibus unicè eſt, ergo plures homines &c. Ad tertium argumentum ait Doctor negando conſequentiam, ſunt indiuiſa in homine, uel in forma humana, ergo ſunt unus homo, negat hanc conſequentiam: ratio quia in antecedente ſignificatur, quod homo, ut habens rationem determinationis reſpectu unius; ſed in conſequente denotatur homo, ut determinabile, iſta autem ratio in antecedente, & conſequente cauſat deceptionem, & errorem.

Tertio arguit.

Quarto arguitur ſic, Vterque iſtorum eſt unus homo, ergo plures homines ſunt unus homo; tu dices ſic, ut dicendum puto, nego conſequentiam. probo: quoniam illa conſequentia eſt bona, & formalis, cuius oppoſitum repugnat antecedenti. Modò conſequens eſt hoc, plures homines ſunt unus homo: oppoſitum iſtius eſt, tantũ unus homo eſt unus homo: hoc poteſt ſtare cum hoc antecedente, uterque iſtorum eſt unus homo: ratio: quoniam uterque, quod ponitur ex parte ſubiecti, uerificatur pro duobus hominibus: probatur ratione, quoniam in ratione illius termini, uterque, ponitur à parte ſubiecti ſic exigentis requirit hoc: & ideo in oppoſito conſequentis ſtat unus homo, pro uno homine ſingulari. Et ita repugnat quantum ad hoc.

Quarto arguit principaliter.

Ad

Ad hanc inſtantiam Doctor dat duas reſponſiones, quę ſunt multũ ſingulares. Prima eſt hæc reſpondẽdo, quòd conſequentia nõ ualet, quia non aſſignatur rectè oppoſitum conſequentis. Nam ſi rectè aſſignemus, nõ inueniemus, quòd oppoſitum cõſequentis, & antecedentis ſtent ſimul, nec repugnant, ſed ſtant ſimul, & tunc conſequentia non ualebit: quia non aſſignat oppoſitum conſequentis: Nam ſi recte aſſignemus, nos inueniemus, quòd oppoſitum conſequentis, & antecedens ſtant ſimul, & non opponuntur, nec repugnant, ſed ſtant ſimul, quoniam nõ obſeruatur regula logicorũ, quæ eſt hæc, quòd tunc conſequentia eſt bona, quando oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti: mala autem quando oppoſitum conſequentis ſtat cũ antecedente: quòd autem oppoſitum conſequentis iſtius conſequentiæ ſtet cum antecedẽte, probatur. Nam ſi ponamus loco conſequentis, i. illius paſſionis, quæ fuit conſequens illius antecedentis primi, ſcilicet, uterque iſtorum eſt tale, quòd plures homines ſunt unus homo, ſcilicet, iſte, & iſte ſunt unus homo: tunc ſic iſta in ſenſu diuiſo eſt uera, ſicut illa, pro qua ponitur, fuit uera, quæ fuit hæc, plures homines ſunt unus homo: quia ſenſus eſt, iſte eſt unus homo, & iſte eſt unus homo, quod uerum eſt: ſed in ſenſu compoſito eſt falſa: quia ſenſus eſt, quòd duo homines eſſent unus homo ſingularis, quod eſt manifeſtè falſum: & tunc hæc propoſitio, plures homines ſunt unus homo, uel iſte, & iſte ẽ unus homo, non habet pro oppoſito hanc propoſitionem, tantum unus homo eſt unus homo: ſed hanc, non plures homines ſunt unus homo. Et tunc hæc bene ſtant ſimul, & non repugnant, antecedenti, quod fuit hoc. Vterque iſtorum fuit

Scotus dat duas reſpõſiones.

Vide regulam logicorum.

Plures homines ſunt unus homo uera eſt in ſenſu diuiſo, falſa in ſenſu compoſito.

unus homo; Huiuſmodi rationem aſſignat Doctor, dicens, quia in iſta propoſitione negatiua, quę fuit aſſignata pro oppoſito conuenienti antecedentis, prædicatum, quod eſt hoc, unus homo, eſt negatum à pluribus ſumptis per modū plurium .i. quòd negatur ab illo homine, & ab illo, qui ſumuntur per modum plurium: & ita ut plures, quia ut duo: & ſic habeo, quòd hæc propoſitio eſt uera, non plures homines ſunt unus homo, quę opponitur huic, iſte, & iſte ſunt unus homo: ſenſus autem negatiuæ propoſitionis, eſt unus homo, quę æquiualet huic propoſitioni, iſte eſt unns homo, & iſte eſt unus homo, & ideo iſta negatiua, non plures homines ſunt nnus homo, non opponitur iſti propoſitioni, iſte, & iſte ſunt unus homo in ſenſu diuiſo, immo ſtat cum illa: Ideo non eſt repugnantia ibi. in illa propoſitione, quæ fuit antecedens, uterque iſtorum eſt unus homo, affirmatur ly unus homo de pluribus ſup. tu in ſubiecto per modū unius: ideo iſtæ duæ propoſitiones ſtant ſimul, uterque iſtorum eſt unus homo: & non plures homines ſunt unus homo. Et ait Doctor, quòd ibi, ideſt, in illa propoſitione, uterque iſtorum eſt unus homo, ly unus homo, qui eſt prædicatum, cōuenit ſubiecto diuiſim .i. diuiſiuè, & ſeorſum; uel quomodo ſcias huic. ſ. propoſitioni. iſte eſt unus homo, & iſte eſt unus homo, ideſt, huic propoſitioni, & illi, quia ly hoc ſignū uterque de natura ſua diſtribuit pro duobus: hic autem. ſ. in iſta propoſitione, non plures homines ſūt unus homo, ly unus homo qui eſt prędicatū negatur coniunctim, ſimul, & collectiuè ab ambobus .i. ab illo homine, & ab illo homine ſimul ſumptis. Quarè ſtant ſimul tanquam non repugnantia: & ideo bene negata fuit conſequētia

Reſponſio uera doctoris.

tia prima: ſecunda reſponſio eſt ad hoc, ubi dicitur: ſed ponamus, quòd oppoſitum conſequentis ſit bene aſſignatum. ſ. quòd ſit hoc, tantum unus homo eſt tantum unus homo, adhuc negatur, ſ. quòd repugnet antecedenti: immo dico, quòd ſtant ſimul. Et ideo conſequentia neganda eſt.

Secunda reſpõſio.

QVAESTIO XXIII.

CIRCA Capitulum de differentia Ordo iſtius quæſtionis ad præcedentes ſumitur ex ordine iſtius capituli ad alia capitula præcedentia. Nam modus prædicandi in quale ſequitur modum prædicandi in quid: quoniam modus prædicandi in quale ſumitur à forma qualificante, & informante: modus uero prædicandi in quid in genere ſumitur ab aliquo principio materiali ſubſiſtente, uel per ſe ſubſtentãte. Et ita ſicut modus adiectiuus ſequitur ſubſtantiuum, ita modus prædicandi in quale ſequitur modum prędicandi in quid. Cum igitur Doctor eas ſoluerit quæſtiones, quæ circa capitulum de differentia tractabuntur, ſunt aũt eæ quæſtiones motæ, & mouendæ nimis altæ ſicut & differentia, ſiue forma, gratia cuius eæ quæſtiones motæ ſunt, nobiles inuenientur, & præſtantiſſimæ. Inſequitur autem Doctor ipſe in mouendo ſuas quæſtiones textus Porphy. qui in principio huius capituli diuiſionem tria mẽbra continentem præmiſit: uolens quòd differentiarum alia ſit communiter dicta; alia propriè; alia magis propriè dicta: ea nanque differentia dicta communiter accidens ſequitur, & differunt ab inuicem, ut Conſtantius niger differt

Modus prædicandi in quale ſumitur a forma informante.

Modus prædicãdi in quid in genere ſumitur ab aliquo principio materiali.

fert à Franciſco albo: ea uerò diſtinguuntur differentia propriè dicta, quę includunt accidens inſeparabile: cuiuſmodi eſt curuitas ſiue ſimitas in naſo, & in capillis criſpitudo, & cicatrix cum occaluerit i. cum indurata tempore fuerit: & quoniam cum cicatrix lōgo tēpore innata fuerit, naturam ſubit accidētis inſeparabilis. Illa differunt uero differentia magis propriè, quæ eſſentialiter diſtinguuntur, ſicut ſunt illa, quæ ſpecificè ſecernunt ad inuicem: ſed dices. Contra quoniam omnis diuiſio debet eſſe bimēbris, hęc autem non eſt bimēbris, ergo. Facilis eſt reſponſio. Nam uerum eſt, omnis diuiſio debet eſſe bimēbris, uel reducibilis ad bimēbrem, iſta eſt huiuſmodi. Nam differentia aut facit differre eſſentialiter, aut accidentaliter: ſi primo modo, ſic eſt differentia magis propria: ſi ſecundo modo, dupliciter, quia aut accidente ſeparabili, & ſic eſt differentia communis: aut accidente inſeparabli, & ſic eſt differentia propriè dicta: ſed quæres, quæ eſt cauſa, quòd Porphy incepit à diuiſione, potiuſquam à diffiuitione? Dico quòd propter hoc, quoniam cū differentia poſſit multifariam ſumi, opportunum erat illud membrū accipere, quod huic negocio logico pro diffinitione tertii uniuerſalis commodius erat. Sed dices, quę fuit cauſa, quòd Porphy. in hac diuiſione prius incepit à differentia communi, quàm ab aliis? Dico, quia accidens commune eſt nobis notius, & cum differentia communis ſit accidens ipſum commune, nobis obiicitur tanquā notior; & ideo ab ea incepit.

Contra. Omnis diuiſio debet eſſe bimembris. Reſponſio.

Quare porphyrius incepit potius a diuiſionē q̄ a definitione.

Quare incepit potius a differentia in cōmuni qui ab aliis.

Scotus uir ſublimis ingenii in oībus ſcieniis acutiſſimus deſcendit ad literam textus.

Scotus igitur acuto ſuæ doctrinæ ingenio deſcendit ad literam textus Porphy. Et prima facie diſputat. An diuiſio illa à Porphy. ſit conuenienter data? Et arguit, quòd non. Procedit autem

ad

ad probandum oppoſitum per uiam,& legem diuiſionum,quę ſex communiter dari ſolent. Nam quædam eſt diuiſio per ſe;quædam per accidens per ſe autem triplex, quædam eſt generis in ſpecies; & quædam totius in ſuas partes, hæc autē poteſt ſubdiuidi,ſicut & totum integrale triplex eſt;quædam eſt uocis in ſua ſignificata: Diuiſio autem per accidens eſt triplex, quadā eſt ſubiectorum in accidentia;ut animalium aliud ſanū, aliud ęgrum: quædam eſt diuiſio in ſubſtātiam ut ſanorum aliud homo, aliud brutum. Alia eſt diuiſio accidentium in accidentia; ut dulcium aliud rubeum,ut mel;aliud album,ut lac. Tunc Sco.arguit, quòd nullo mō poteſt eſſe hęc enumeranda inter has diuiſiones. Non enim eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies:probo,omne genus ęque primo de ſuis ſpeciebus prædicatur: & hoc loquendo de genere inquantum genus eſt: ſed differentia in communi nō prædicatur æque primo de iſtis aliis differentiis: probo, quoniā per prius prædicatur de differentia magis propriè dicta,tanquam de nobiliori,quàm de duabus aliis,ergo ſequitur, quòd non poteſt eſſe diuiſio generis in ſpecies: nec totius integralis in ſuas partes integrales: probatur, quoniam nullum totum integrale prædicatur in recto de ſuis partib.integralibus: tunc.n.pareret incongruitatē in propoſitione.Nam eſt hęc falſa;paries eſt domus;tectum eſt domus: ſed diuiſum hic, ideſt differentia in communi, quæ diuiditur, prædicatur de diuidentibus, ſiue de differentiis: probo: Nam differentia magis propriè dicta eſt differentia: differentia communiter dicta, & propriè dicta eſt differentia:& ita non poteſt eſſe diuiſio totius integralis in partes integrātes. Nec tertio poteſt eſſe diuiſio uocis in ſua ſignifica-

Multiplex diuiſio quædam per ſe, quædā per accidens. Per ſe duplex.

Diuiſio per accidens eſt triplex.

ta: & probat hoc propter tria, quę latenter tanguntur ab iſto Doctore in textu. Nam uox ęquiuoca, primo, & adequatè, ſiue æqualiter importat omnia ſua ſignificata: ut cum dico, canis, hęc uox ęqualiter ſine ordine aliquo importat ſua ſignificata. Præterea in æquiuocis non eſt conſequentia, quemadmodum dicit Sco. in anteprędicamentis. & ideo dicit Doctor, & non ſequeretur ad diuidentia. i. ſi daretur aliqua uox æquiuoca, non ſequeretur etiam antecedens, ſiue cõſequens ad diuidentia, quæ locum tenent antecedentium: quemadmodum non ſequitur: canis latrabilis currit, ergo canis currit: ita etiam eſſet in propoſito. Præterea uox equiuoca non eſt diffinibilis. Et ita habemus reſolutè hic tria de natura æquiuoci. Primo habemus, quòd uox pura æquiuoca equaliter ſignificat ſua ſignificata, & importat: ſecundo, quòd in æquiuocis non eſt conſequentia: tertio, quòd non eſt diffinibilis. Et ita cum differentia non importat ſua ſignificata ęqualiter, ſed cum ordine, quia prius ſignificat, ſiue importat differentiam magis propriè dictam quàm alias. Præterea in differentiis eſt conſequentia, tertio eſt diffinibilis, ſicut dicis, ergo ſequitur, quòd non poteſt eſſe diuiſio uocis in ſua ſignificata: nec etiam eſt aliqua diuiſio per accidens, quod probo: quoniam in omni membro diuiſionis datæ de differentia, intelligitur, ſiue includitur per ſe diuiſum ſiue differentia in communi: ſed in diuiſione per accidẽs nunquam diuiſum includitur per ſe in membris diuidentibus, ergo non poteſt eſſe diuiſio per accidens: minor patet ex dictis, quoniam nec accidens includitur eſſentialiter in ſubiecto, nec ſubiectum in accidentia, nec accidens in accidens, cum ſint ſpecies oppoſitæ. Et ita patet

Vox æquiuoca æqualiter importat omnia ſua ſignificata.

In æquiuocis non eſt conſequentia.

Vide Scotum in 4. q. ante p̄dicamentorũ.

Litera Scoti.

Vox ęquiuoca non eſt definibilis.

In differentiis eſt conſequentia: eſt etiã definibilis.

tet primo argumento ſumpto per uiam diuiſionis, quòd iſta diuiſio non eſt conuenienter data ſecundo arguitur ſic. Illa diuiſio non eſt bona quæ non datur per oppoſita: probo, quia tantum unũ uni opponitur, ſed iſta eſt trimẽbris, ꝙ autem non detur per oppoſita, adhuc probatur. Nã ad unum mẽbrum ſequitur aliud, quod quidem non ſequitur in mẽbris oppoſitis: benè enim ſequitur, differunt magis propriè, ergo communiter: bene etiam ſequitur, differunt propriè, ergo communiter: & etiam differunt magis propriè, ergo propriè. Tunc ait Doctor, conſimilis dubitatio poteſt eſſe in diuiſione generis. Secuudo arguitur.

Ad oppoſitum eſt ſententia Porphy. Dicendũ in hac parte, Doctor ponit concluſionem iſtius quæſtionis motæ: & uult, quod huiuſmodi diuiſiones ſint bene datæ. Sed tu dices, quæ diuiſio eſt iſta? & cum ſex ſuperius ſint enumeratæ? Ait Doctor, quòd eſt diuiſio uocis in ſua ſignificata: ſed non eſt diuiſio uocis æquiuocæ penes primũ modum æquiuocationis, quia ſic æquiuoca uox primo, æqualiter, & ſine ordine importat multa; & ſic ſequuntur illa argumẽta, quæ adducta ſunt pro hac parte. Et ex iſtis habemus, quòd iſta nõ eſt diuiſio generis in ſpecies, nec totius in partes, nec diuiſio aliqua per accidens: ſed eſt diuiſio uocis, non penes primnm modum, qui eſt modus puræ æquiuocationis: ſed penes ſecuudum modum. Et iſte modus ſecundus eſt, quando datur aliqua uox æquiuoca, unum propriè ſignificans, alterum uerò tranſumptiuè, ſiue per uſum, vł ſecũdario, cuiuſmodi cõmemorat philoſophus primo Elenchorũ. Exẽplũ, ſicut videre propriè ſignificat viſum in homine; & hoc habet ex impoſitione, aliud uerò tranſumptiuè, & ſimilitudinariè, ſicut eſt riſus in prato; iuxta illud, prata ridẽt;

Ad oppoſitum

Ex dictis habetur ꝙ iſta non eſt diuiſio generis ĩ ſpecies.

Primo elenchorum. cap. 2.

Exemplum.

uel ſicut curſus in aqua. Et ita reſpondetur ad argumenta.

Ad primum in oppoſitum.

Ad primum in oppoſitum. Nam uerum eſt, ꝙ loquendo de puro æquiuoco, non ſequitur uox pura ęquiuoca arguendo ab æquiuocatis ad uocem æquiuocantem, nec etiã diffinitur, ſed ſumpta.ſ.uoce in uno ſenſu, & ſignificato, ſic poteſt eſſe uniuoca; & diffiniri, & eſſe principium conſequentiæ: principium conſequentię eſt antecedens: & etiam poteſt eſſe conſequens ſecundum uarium modum. Et ita patet ſolutio ad primum argumentum.

Ad ſecundum argumentum, cum dicebatur, ꝙ membra non erant oppoſita. Dicendum eſt, quòd membra ſunt oppoſita. Et cum arguebatur contra hoc, ꝙ nulla diuiſio trimembris datur per oppoſita, quia unum uni tantum opponitur. Dicit Doctor, quòd licet ſit trimembris, tamen reducitur ad bimembrem, reducit autem Doctor ad bimembrem ſic. Differentiarum quædam eſt magis propria, & eſt illa, quæ facit aliud, ideſt quæ facit differre eſſentialiter, quædam eſt non magis propria. Et tu aduerte hic, quòd reſoluto primo membro huius diuiſionis Doctor accipit membrum ſecundum diuiſionis: & uult, quòd ſub illo contineantur duæ differentiæ.ſ.propria, & communis. Et propterea ſubdiuidit Doctor illud membrum, & ait: & ultra nõ magis propria, quod eſt membrum ſecundum diuiſionis. Quædam eſt propriè, & quædam communiter dicta: Hoc autem fecit Porphy. breuitate uſus: ſic enim uniuerſaliter omnis diuiſio trimembris reducitur ad bimembrem. Alia autem membra non oppoſita ſunt mẽbra ſubdiuiſionis; & ponuntur loco diuiſi, ſiue ſubdiuiſi, qđ eſt unũ membrum principale diuiſionis. Ad ſecundum

Porphyrius uſus fuit ipſa breuitate.

quod

quod erat contra hoc, per hoc quod uolebat probare, quòd iſta diuiſio non datur per oppoſita: quoniam unum ſequitur ad aliud membrum. Dicit Doctor, quòd membra illa debent intelligi cum præciſione, cum hac dictione (tantum) & ſic nullum membrum ſequitur ad aliud. Et ſic intelligenda eſt illa clauſula (iſta differunt magis propriè tantum) ergo differunt differentia communiter dicta, non ſequitur propter præciſionem illam poſitam: ſic etiam dicit Doctor, in ſequenti diuiſione apponenda eſt illa dictio (tantum) & ſic unum membrum non ſequitur ad aliud. Et ita finis quæſtionis.

QVAESTIO XXIIII.

QVAERITVR Circa primum membrum diuiſionis differentiæ. Ordo iſtius quæſtionis ad præcedentem quæſtionē eſt ualde ingenioſus, & notabilis. Nam Scot. illud obſeruat, quod philoſophus. 1. Phy. obſeruādum inſtituit à communioribus inchoandum eſſe uiſum. Primo phyſ. cō tex. 4. n. fuit ſupra: quomodo quæſtio mota eſt circa diuiſionem poſitam à Porphyrio in textu. An illa ſit conuenienter poſita? Modò Scot. deſcendit ad membra præinductæ diuiſionis. Duxit autem hæc quæſtio originem ſuam ab exemplo poſito à Porphy. circa differentiam communiter datam. Vbi uoluit, quòd homo non ſolum poteſt differre ab altero homine alteritate quadam, ſiue accidentaliter, uerum etiam idem poteſt differre à ſe ipſo accidentaliter. Dico hoc, q̄a eſſentialiter nil differret à ſe ipſo. propterea Porphy. ſubinduit in exemplo, & dixit, ſicut Sortes ſenex differt à ſe ipſo puero. Doctor autem iſte,

Scotus non ſolum ad tex. ucrũ ad exempla textus ſuos inflexit oculos

qui non ſolùm ad textum, uerum etiam & ad exẽpla textus ſuos inflexit oculos. Voluit diſputare; an illud exemplum ſit conuenienter poſitũ. Propterea ſub forma quæſtionis, mouet, & dixit. An hæc. ſ. propoſitio ſit uera? Socrates ſenex differt à ſe ipſo puero? Quid autem ſit Socrates, puto uos non latere. Eſt autem Socrates, Primus moraliũ uirtutum amator. Vbi ait philoſophus, Socrate circa moralia negociante, de tota autem natura nihil. Vbi Comment. ait, quòd Socrates fuit primus philoſophorum moralium, qui in philoſophia morali eſt locutus: & nihil adijcit dictis antiquorum in philoſophia ſpeculatiua. Quare Socrates philoſophiã moralem excoluit, ſpeculatiuam ſpreuit. Quid autem ſit puer, uidete uerbum illud, quod ſcribit Comment. 2. Met. Dicit enim ibi, quòd ex puero fit uir, quemadmodum ex imperfecto fit perfectum; & ex diminuto fit cõpletum. Et ita puer eſt homo imperfectus & incompletus. Quid autem ſit Senectus, & quomodo fiat; docuit philoſophus. 4. Phyſic. Quomodo autem Senectus ipſa hic accipiatur; dicit Scot. ꝙ ſenectus eſt differentia communiter dicta Et propterea ſorres ſenex differt à ſe ipſo puero differentia communiter dicta. Eſt etiam accidens cõmune: & quia omne accidens præſupponit ſubiectum; ideo ſubiectum eius eſt Sortes. Eſt etiã relatio; & cum ſit relatio, requirit fundamentũ & terminum: fundamentum autem ipſius ſenectutis eſt longitudo, uel magnitudo, uel duratio temporis. Propterea dicit philoſophus. 4. Phyſi. Omnia ſub tempore ſeneſcunt. Et tu uides hic, quòd relatio eſt fundamentum relationis. Nam ſenectus eſt fundamentum ipſius differentię. Prę terea ſenectus eſt accidens omnimodã identitatem deſtruens, ſenectus eſt pueritiam deſtruens.

Socrates fuit primus philoſophorũ, à quo Socratici dicti ſunt.

Ariſt. 1. Meta. contex. 5.

Quid ſit puer uide Auer. 2. Meta. comm. 7.

Quid ſit ſenectus uide Ariſ. 4. phyſi. cõtx. 117.

Fundamentũ ſenectutis eſt longitudo. Omnia propter tempus tabeſcũt 4. phy contex. 117.

Senectus eſt accidens omnimodam identitatem deſtruens.

Et

Et ita ex omnibus iſtis patet continuatio, & ordo quæſtionis,& terminorum expoſitio.

Arguit igitur Doctor per naturam relationis & relatiuorum, quòd illa propoſitio non eſt uera, quoniam omnis relatio requirit duo extrema in actu: probat, quia ſi ſic. ſ. ipſa relatio in actu,ſubiectum erit in actu:probatur conſequentia,quia ex quo relatio eſt accidens, & accidens eſt poſterius ſubiecto per Ariſt. & Auer. 7. Meta. & Porphy. cum non poſſit eſſe ſine priori, à quo eſſentialiter depẽdet, ergo bene ſequitur,relatio eſt,ergo accidens, accidẽs eſt,ergo poſterius eſt, poſterius eſt,ergo prius eſt;& ita à primo ad ultimum patet,quia ſi relatio eſt in actu,ſubiectum, & fundamentum debet eſſe in actu:& ſi hoc.ſ.ſubiectum,& fundamentum fuerit in actu,eius correlatiuum erit in actu: probatur conſequentia, quia relatiua ſunt ſimul natura.Circa maiorem propoſitionem eſt aduertendum, quòd cum Doctor dicit,quòd relatio requirit duo extrema in actu:duo tangit ibi. Primum,quia relatio requirit extrema in actu, hoc eſt, intelligitur de relatione actuali, non aptitudinali:ſecundum quod dicit,eſt hoc,quòd relatio requirit duo extrema: & in hoc diſtinguitur ab accidẽti abſoluto:quoniam accidens abſolutum non requirit niſi ſubiectum,cum abſoluatur à termino,& ita nõ requirit duo, ſed unum: requirit antẽ relatio duo extrema de neceſſitate;quoniam ſecundum Sco. in quolib.Relatio nihil aliud eſt, niſi habitudo huius ad hoc.ſ fundamentum, & terminum:& relatio ipſa nihil aliud eſt, niſi quoddam ens duplici pendens dependentia,& ad fundamentum, & ad terminum:Ibi tangit minorem Doctor:ſed Sor.ſenex,& Sor.puer non ſunt ſimul natura:ꝓbo,quia quando Sor eſt ſenex, iam à pueritia diſceſsit,

Omnis relatio requirit duo extrema in actu. & ad relationem realẽ tria requiruntur,uide Scotũ n quolib. q.6. art.1.

Septimo Met. contex.4.

Relatio requirit duo extrema in actu intelligitur de relatione actuali.

Scotus in quolib.q.3.

ſceſsit, ergo differentia, quæ eſt relatio quædam non eſt inter illa extrema in actu exiſtentia, cuius oppoſitum notat illa propoſitio.

Ad oppſitum arguit.

Ad oppoſitum eſt Porphy. qui nobis pro exemplo tanquam ueram dereliquit. Prætereà probatur ratione per locum ab oppoſitis. Nam idem, & diuerſum habent fieri circa idem immediatè, ut patet per Ariſt. 10. Metaph. ſed ſenectus, & pueritia ſunt huiuſmodi, ergo. probo, quia aut ſunt idem, uel diuerſum: non eſt dicendum, quòd ſint idem, quia tunc hęc propoſitio eſſet uera; Sortes ſenex eſt Sor. puer; quæ tamen eſt falſa, ergo diuerſum erit: & ſic differt Sor. ſenex à Sor. puero.

Decimo Meta. contex. 12.

Reſpondeo, in hac parte Scot. primo præmittit unam diſtinctionem, per quam declarat, in quo ſenſu eſt uera, & in quo falſa propoſitio, & ait: quia ſumpto differre. i. differentia communiter dicta, quæ eſt primũ membrum illius diuiſionis, & non loquitur de illa differentia in communi, quæ tantum habet ueritatem uocis ad illa tria, ſed loquitur de differentia communiter dicta; & tunc ſtãte hac declaratione, dicit Sco quòd propoſitio Porphy. quæ dicit, Sor. ſenex differt à ſe ipſo puero, ly differt, ſeu ly differre ſumitur, ſeu accipitur ibi pro differentia communiter dicta; ad iſtum ſenſum propoſitio eſt uera: quod autem ſit uerum, tangit medium, quoniam omne accidens impedit, ſeu deſtruit aliquam identitatem in intellectu oppoſito: ſed in hac propoſitione ponitur ly differre, quod eſt accidens commune, ergo facit differre Sortem ſenem à ſe ipſo pueio: ſi autem accipiatur ly differẽtia pro duobus alijs mẽbris. ſ. pro differentia propria, & magis propria propoſitio erit falſa, nullam ueritatem habens. Probat autem Doctor hoc ex rationibus harum differentiarum, quoniam ſenectus per, quam differt

Differre ſumitur pro differentia communiter.

fert Sor. à ſe puero, non eſt differentia propriè dicta: patet; quia differentia propriè dicta eſt accidens inſeparabile, ut dictum eſt, ſed ſenectus non eſt accidens inſeparabile, ſed ſeparabile, ergo non eſt differentia magis propria: patet, quia illa differentia facit aliud, & differre eſſentialiter, ut patet, ergo propoſitio aſſumpta non debet intelligi in duobus ultimis modis: ſed pro primo membro illius differentiæ poſitę. Et ita patet ſolutio ad quæſtionem.

Viſum eſt ſuperius in quo ſenſu iſta propoſitio poterat eſſe uera, Sor. ſenex differt à ſe ipſo puero. Et uoluit Doctor, quòd accipiendo ly differre pro differentia cõmuniter ſumpta, quę erat primum membrum iſtius diuiſionis trimẽbris, propoſitio erat uera: accipiendo ly differre pro differentia propriè dicta, aut magis propriè dicta, propoſitio erat falſa. ratio adducta fuit: quoniam rationes illarum differentiarum duarum non poſſunt competere terminis in propoſitione poſitis. ſupereſt diſſoluere argumenta, quæ ueritatem concluſionis euertunt. In quo ſenſu eſt uera.

Arguebatur ergo ſic primò. Omnis relatio requirit extrema in actu: ſed differentia eſt relatio, ergo requirit extrema in actu: extrema uerò iſtius relationis, quę eſt ly differentia, ſunt ly ſortes ſenex, & ly Sor. puer, quæ ſimul eſſe non poſſunt in actu, ergo &c. Ad hoc argumentum Doctor ad pinguiorem doctrinam duas dat nobis reſponſiones. Et primo reſpondet ad maiorem, ſecundo ad minorem. Reſpondendo ad maiorem gloſat, & limitat, & modificat propoſitionem illam maiorem aſſumptam. Nam cum dicitur, omnis relatio requirit duo extrema in actu: hoc poteſt intelligi dupliciter; aut ꝙ extrema ſint in actu exiſtẽtiæ: aut in actu referẽdi mutuo.

Primo ſoluit primum argumentum.

Doctor ad hoc argumentum dat duas reſpõſiones.

Reſponſio prima.

tuo.

tuo. Tunc dicit Doctor, quòd non eſt neceſſe, quòd relatio requirat extrema in actu exiſtentiæ: ſed ſufficit, quòd ſint in actu referendi: & dat exemplum de priori, & poſteriori. Nam licet prius & poſterius non ſint in actu exiſtentię, ſunt tamen ſimul in actu referendi.

Exemplum.

Pro intelligentia huius reſpōſionis ſunt multa notanda: quæ quidem ſi rectè intelligantur ueſtrum mirum in modum perficient intellectū

Nota.

Primò eſt notandum, quòd non eſt neceſſe, quòd relatiua ſint in actu exiſtentiæ: ratio, quia exiſtentia eſt modus intrinſecus ſecūdum quoſdam, & ens abſolutum; & ideo non requiritur ad naturam relatiuorum. Vel dicatis, quòd exiſtentia eſt primum prædicatum per accidens præſuppoſitū ab omnibus aliis prædicatis per accidens: & hoc eſt uerum in creaturis, quoniā in Deo non habet ueritatē. Nam in Deo eſt prædicatum eſſentiale, & quidditatiuum, ſicut tenet Doctor. Nam iſta, Deus eſt, eſt propoſitio immediata per ſe, ad quam omnes alię reſoluuntur ſecundum Sco. Et ita loquendo de actu exiſtentię, nòn neceſſario requiritur ad naturam relatiuorum: ſed ego contra hanc determinationem facio difficile argumentum. Relatiua per ſe ſunt in actu referendi, ergo ſunt in actu exiſtēdi. probo, quoniam actus ſecundus præſupponit actū primum: cum autem actus referendi ſit actus ſecūdus, pręſupponit actum primum, qui eſt actus exiſtendi, ergo ubi eſt ratio referendi, erit ratio exiſtendi. Tu dices, ſicut dicendum puto, quòd iſta sūt ī actu exiſtēdi obiectiuo, ſiue ipſius intellectus iuxta illud philoſophi, relatiua ſunt ſimul natura. i. naturali intelligentia. Adhuc inſto contra, quia ualet conſequentia, ſunt in actu intelligendi, ergo in actu exiſtendi; deduco ſic;

Exiſtentia eſt modus intrinſecus ſecundū Frāciſcum de May. in primo diſt. 13. q. unica, & etiam ſecundum Dominum Trōbetam & Bargium, ſecundū Scotum in prima q. prologi art. 1. eſt de intrinſeca ratione dei hoc idē aſtruit in primo diſt. 2. q. 2.

Actus ſecūdus dræſupponit actum primū

Cap. de relatiuis.

quia

quia aut relatiuis in eſſe obiectiuo correſpōdet exiſtentia ex parte rei;& ſic habeo intentum;aut non,& ſic eſt fictitium,quoniā ſibi nil correſpōdet ex parte rei, ſicut aſſerit Doctor. Tu uerò ſolutionem quære:ſed ego pono hic, Dico, quòd non oportet,cuicunque intentioni ſecundæ correſpondeat immediatè proprium fundamentū: ſed ſufficit, quòd correſpondeat unum fundamentum,ſuper quod poteſt infinities reflecti, ſicut habet Sco. Et ita non erit fictitium,quia ſibi correſpondet aliquod fundamentum remotum aut poſſibile in entibus. Secundò eſt notandum, quòd quandoque non eſt inconueniens, quòd prius,& poſterius ſint ſimul, quo ad exiſtētiam, & quoad actum referendi. Nam certum eſt,quòd ſol prius natura eſt ſuo ſplendore: & ſplēdor eſt poſterior natura ſuo ſole: & tamen ambo ſunt ſimul in actu exiſtendi, & in actu referendi. Tertio eſt obſeruādum,quòd prius, & poſterius poſſunt accipi tripliciter. Primò poſſunt accipi pro fundamentis, & ſic prius pōt eſſe poſteriori non exiſtente: ſecundo poteſt accipi formaliter,& ſic non poteſt eſſe prius non exiſtente poſteriori: ratio, quia ut ſic ſumuntur relatiue,& ſic unum non poteſt abſolui, & eſſe ſine altero: tertio poſſunt ſumi pro fundamentis informatis iſtis relationibus, ut puta, accipiendo patrem informatum paternitate,& filium affectum filiatione: & ſic ſunt ſimul. Ad propoſitum dico, quòd ſortes ſenex informatus ſenectute,& Sortes puer informatus pueritia, ſic ſunt ſimul in actu referendi, licet actu non exiſtant. Et ita patet ſolutio ad primum argumentum diſtinguendo maiorem. Secundò reſpondet ad minorem, & uult, quòd ex natura relationis non ſunt debitè, & rectè ſumpta:quoniam exiſtentia iſtius relationis, ſcilicet,

Figmento nihil coreſpondet ex parte rei: uide Scotū in iſtis uniuerſalib. q.4.

Vide Scotum in ante prædicamentis.

Secūdo eſt notandum.

Sol eſt prius natura ſuo ſplēdore.

Prius eſt poſterius poſſunt accipi tripliciter.

licet,differentiæ non ſunt ſortes puer,neq; Sor. ſenex: ſed oportet adducere utrobiq; ly differēs, dicendo ſic:Sor.ſenex differēs differt à Sor.puero differente:rationem huius aſſignat Doctor, ponendo optimam regulam,& documentũ;quoniam per ſe extrema relationis ęquiperātię nominantur, & appellantur eodem nomine illius relationis;Et ita ſic dicendo,dicimus,quòd Sor. puer differens eſt unum per ſe extremum ſimul cum Sor. ſine differente. Aduerte ibi, quòd duplex eſt relatio:quędā eſt relatio diſquiperātiæ, hoc eſt, diſſimilitudinis; & eſt, quando extrema ſunt alterius rationis:ut paternitas,& filiatio;& tunc extrema non appellantur eodem nomine. Alia eſt relatio æquiperātiæ,& ſimilitudinis, ſicut eſt relatio ſimilitudinis, & æqualitatis: & iſta extrema debent appellari eodē nomine ęquiparantię:ideo differens alicuius differentis differens:ſicut ſimile alicuius ſimilis ſimile,æquale æquali æquale. Quarè minor aſſumta in argumento non fuit rectè poſita.

Duplex relatio.

Ad aliquid æquiperātiæ uocant quòd refertur ad ſeipſum ſiue ad idem nomen, ut ſimile ad ſe ipſum refertur dicendo, ſimile eſt ſimili ſimile, uicinus uicino uicinus.

Ad aliquid diſquiperātiæ appellant,quod ad aliud nomē refertur, ut pater filii pater.

Secundo argui tur ſic.

Arguitur ſecundo ſic: ſi Sor. ſenex differt à ſe ipſo puero per te,ergo non eſt idem ſibi puero:ergo non eſt idem ſibi; conſequens ultimum eſt falſum,& hoc non naſcitur,niſi ex primo antecedente tuo, ergo illud fuit de ueritate ſuſpectum. probo conſequentiam primam: quia idē, & differens opponuntur, ergo bene ſequitur ad poſitionem unius remotio alterius: vnde bene ualet conſequentia, ſortes ſenex differt à ſe ipſo puero,ergo idem nō eſt ſibi puero. ſecunda conſequentia probatur: quoniam arguiturab antecedente uniuerſaliter negato ſicut à ſuperiori ad ſuum inferius:& ita patet probatio illarum duarum conſequentiarum.

Reſpondet ad ſecundum argumentum.

Ad hoc argumentum.Sco. uidetur concedere

primam

primam conſequentiam, hanc, uidelicet. Sortes ſenex differt à ſe ipſo puero, ergo Sor. non eſt idē ſibi puero. Et tunc negat ſecundam conſequentiam, hanc, uidelicet, Sor. ſenex non eſt idē ſibi puero, ergo non eſt idem ſibi. Aſſignat cauſam Doctor, quare neganda eſt conſequentia, quia arguit à ſecundum quid ad ſimpliciter, & ſic nō currit: ratio fundamentalis eſt iſta; quoniā minor diuerſitas non infert maiorem: ſed bene econuerſo, maior diuerſitas, & diſtinctio infert minorem. Quia ſi conſequentia ſequeretur arguendo à ſecundum quid ad ſimpliciter, argueretur à minori diuerſitate ad maiorem: & tunc aliquid ageret ultra ſuam ſpeciem; quod eſſet contra Platonicum erudimentum: & aliquid daret, quod non haberet, cui aperta manus repugnat. Ita eſt in propoſito, cum arguitur ſic. Sor. non eſt idem ſibi puero, quoniam in hoc antecedente negatur pueritia à Sorte, quæ eſt accidens ipſi Sorti; & in conſequente negatur identitas ſubſtantialis. Cum dico, ergo non eſt idē ſibi: aſſignat autem rationem, quod ibi negetur in conſequente identitas ſubſtantialis, quoniā ly ſibi eſt relatiuum reciprocum, ſecundum Petrum Eliam, & eſt relatiuum identitatis, & ſubſtātiæ. Et ita (domini) ex ratione huius relatiui, ſibi, apparet fallacia illius ſecundæ conſequentiæ. Nota illa verba, quæ ſunt diffinita hic: ſed eſt notandum, quòd ly ſibi in conſequente, cum dico ſic, ergo non eſt idem ſibi, quòd ly ſibi poteſt facere duplicem relationem, ſecundū, quòd reſpicit duplex accidens, & utroque modo conſequentia non valet. Nam primum antecedens huius conſequentiæ poteſt eſſe hoc, Sor. nō eſt idem ſibi pueto, ergo nō eſt idem ſibi: hæc conſequentia non ſequitur propter fallaciam, quæ

Cōtra platonicum erudimentum.

eſt

eſt in arguendo à ſecũdum quid ad ſimpliciter: ſecundum antecedens illius conſequẽtis poteſt eſſe totum hoc, Sor. ſenex non eſt idem ſibi puero, ergo non eſt idem ſibi. Tunc ly ſibi refert, & reſpicit totum hoc. Sor. ſenem, & ita in antecedente, & conſequente negatur identitas diuerſorum accidentiũ, ſcilicet pueritia, & Senectus. Et ita non ſequitur.

Tertio arguit.

Arguitur tertio ſic. Nam bene ſequitur. Sor. ſenex difert à ſe puero, ergo Sor. ſenex, & ſortes puer diferunt, ergo Sor. ſenex, & Sor. puer ſunt multa: hoc vltimum cõſequens eſt falſum, quoniam infert Sortem vnicum eſſe multa. Probat Doctor has conſequentias: quoniam prima conſequentia bene ſequitur. Sor. ſenex difert à ſe ipſo puero, ergo Sortes ſenex, & Sor. puer differunt: probat hoc per hanc optimam regulam, quam notetis quoniam relatiuum æquiparantiæ, ſicut eſt differentia in propoſito, æqualiter denominat vtrunque extremum. Secunda conſequentia bene ſequitur, differunt, ergo ſunt multa; quia arguitur à ſpecie ad ſuum genus, & ab inferiori ad ſuũ ſuperius affirmatiuè tenet conſequentia; modò differentia eſt ſpecies multitudinis. Quinto & 10. Meta. Probatur tertia conſequẽtia, quoniam arguitur ab inferiori ad ſuum ſuperius: et tenet conſequentia, ſicut arguendo à determinatione non diminuente ad determinabile. Et ita aduerte ibi, quòd argumentum fingit vnum, quòd Sor. ſenex, & Sor. puer ſe habeant tanquam inferiora ad Sortem.

Relatiuum æquiparantiæ æqualiter denominat utrunq; extremum.

Quinto & 10. Meta. contex. 10. 12. & 17. & inde.

Reſponſio ad tertium.

Ad hoc argumẽtũ Doctor dat duas reſpõſiones. Prima eſt aliorum, quam infringit: & iſta reſpõſio negat primam conſequentiam, hanc, uidelicet, Sortes ſenex differt à ſe ipſo puero, ergo Sor. ſenex, & Sor. puer differunt. Ratio autem,

quæ

quæ coegit illos negare hanc conſequentiã, fuit hæc propter negationem incluſam, ſiue ſubintellectam in hoc verbo (differt) Vnde negat conſequentiam propter variationem ſuppoſitionis, quæ cauſat latentem fallaciam. Nam terminus ſequens ly, differt, propter uim negationis ſubintellectæ ſtat confusè & diſtributiuè: terminus autem præcedens ſtat determinatè: & ita variatur ſuppoſitio. Nam cum dico. Sor. ſenex differt à ſe puero, prius ly, puero, ſequitur ly differt: & ita ſtabit confusè diſtributiuè: cum autem dico Sor. ſenex, & Sor. puer differunt, ly puer antecedit, & ly differt ſequitur: & ita ſtabit determinatè. Quapropter propter variationem ſuppoſitionum, negauit ille conſequentiam ultimam, cuius rei in textu ponit exempla Sco. quæ ſunt logicis ualde nota: & cum adducebatur probatio in fauorem iſtius primæ conſequẽtiæ: Dicit Doctor de mente illius, quòd tenet in relatiuis æquiparantiæ poſitiuis, & non negatiuis, ſicut eſt de ſimili, & æquali: ſic nõ eſt in propoſito. Contra hanc datam ſolutionem arguit Doctor. Vbi uult habere, quòd prima conſequentia eſt optima, & fuit malè negata. Propterea dicit Doctor, quòd illa negatio incluſa in hoc uerbo (differt) non tollit, nec impedit hanc conſequentiam non ualere, niſi ob cauſam; quoniam terminus præcedens ipſum uerbũ (differt) & ſubſequens, diuerſam habet ſuppoſitionem. Propterea tu negaſti illam cõſequentiam primã ſic dicendo: tu differs ab homine, & ab homine differs; variatur ſuppoſitio propter terminum præcedentem, & ſubſequentem uerbum. Sed dicet Doctor, bene ſequitur conſequentia, ubi obſeruatur ſuppoſitio eadem, & cum hoc uerbo differt. Modò cum dico. Sor. ſenex differt à ſe pue-

Obiicet contra primam ſolutionem.

ro, ergo Sor. ſenex, & Sor. puer differunt, eſt eadem ſuppoſitio, & nō alia, & alia, ut tu dicis. Contra, quia terminum præcedere, & ſubſequi uerbum, cauſant uariationem ſuppoſitionis? Dico, dicit Doctor, quod non refert terminis ſingularibus præponere, & poſtponere negationem: ſicut eſt de mēte philoſophi. 2. Peryerme. ſicut eſt in propoſito, ubi termini ſunt diſcreti, & ſingulares Sor. ſenex, & Sor. puer. Et reſponſio præſupponit unum falſum, eſſe, ſcilicet uariationem ſuppoſitionum, quæ tamen non eſt. Illa autem regula termino præcedente, & ſubſequente negationem, habet ueritatē in terminis communibus, & non ſingularibus, ſicut eſt in propoſito. Proptetea Doctor deſcendit ad reſpōdendum argumento: unde concedit primam cōſequentiam, & etiam ſecundam uſque ad illam partem Sor. ſenex, & Sor. puer ſunt multa, quod fuit conſequens ſecundæ conſequentiæ: & tunc negat tertiam conſequentiam, hanc uidelicet, Sor. ſenex, & Sor. puer ſunt multa, ergo. Sor. & Sor. ſunt multa. Nego conſequentiam, ait Doctor: ratio eſt duplex. Prima, quia arguitur à ſecundum quid ad ſimpliciter: ſecunda ratio eſt, quoniam in differentiis ſecundum accidens arguendo à coniunctis ad diuiſa, non tenet conſequentia. Iſtę igitur ſunt ſolutiones claræ ad negandum illam tertiam, & ultimam. Eſt tamen notandum pro littera, cum dicit ibi, quia illa determinatio in antecedente & determinatio in antecedente ultimo eſt duplex, ſcilicet, ſenectus, & pueritia, quę eſt reſpectu illius prędicati. ſ. ly multa, & dicitur de termino diminutiuè, quoniam diminuit à Sor. abſolute ſumpto: qm̄ Sor. abſolutè ſumptus eſt unū numero, & nō eſt multa: & ideo cum arguitur à Sor. ſene, & puero ad Sor.

Secundo perhier. cap. 1.

Reſpōdet Scotus.

In dictis ſecundum accidens non tenet a cōiunctis ad diuiſa uide Ariſ. Secundo perhierm. cap. 2.

Sortes abſolute ſumptus eſt unum numero & non eſt multa.

Sor. abſolutè, non eſt argumentum ab inferiori ad ſuum ſuperius: quoniam Sor. ſenex eſt unum aggregatum per accidens,& Sor. puer eſt alterũ: quia ex rebus diuerſorum generum. Modò aggregatum per accidens non poteſt eſſe per ſe inferius reſpectu ſuperioris: ſed eſt arguere à ſecũdum quid ad ſimpliciter. Et ideo conſequentia merito neganda uenit. Cum autem dicit ibi; ſimiliter in illo coniuncto; illud coniunctum eſt illud antecedens ultimę conſequentiæ, quod eſt unum coniunctum copulatum ex parte ſubiecti; cum dico Sor. ſenex,& Sor. puer. Ibi enim eſt unum coniunctum copulatum, ut uidetis, & Sortes in illo coniuncto ſumitur ſecundum accidẽs reſpectu prædicati, de ly multum, quoniam ſumitur ſecundum ſenectutẽ, & pueritiam, quæ ſunt accidentia Sorti, & extranea Sorti abſolutè ſumpto. Propterea arguit in differentiis ſecundum accidens: & tunc conſequentia non ualet, arguẽdo à coniunctis ad diuiſa: & propter has duas rationes Doctor negauit conſequentias.

Coniunctũ copulatum quid

QVAESTIO XXV.

QVÆRITVR de hac prima diffinitione differentiæ. Porphyrius in declarando uniuerſalia, & maximè in capitulo de differentia, ita ſe geſſit, quòd prius de ea tractauerit diuiſiuè, quàm diffinitiuè. Quoniã omne multiplex prius eſt diſtinguendum, quàm diffiniendum. Aſſignat autem Porphy. de differentia diffinitiones quàm plures. Quarum prima eſt hęc; quam hodie prę manibus exponendã habemus,& declarandam ſuſcepimus. Differentia eſt, qua ſpecies abundat à genere. Vbi Porphy.

unam declarat proprietatem differẽtiæ, quæ eſt, quòd ſpecies fauore, & auxilio differentiæ abundat à genere, hoc eſt, ſpecies aliquid quidditatiuè includit, quod non includit genus. Modò Doctor imitatur Porphyrium. Nam in uerbis ſuis hanc mouet quæſtionem.

Argumentum ante oppoſitũ.

An hęc diffinitio data de differentia ſit bona, & conuenienter poſita? Et primò arguitur, quod non, duabus rationibus. Et prima procedit ex nominis interpretatione ſic: omne illud, quod abũdat ab aliquo, eſt in plus illo, ſed ſpecies nõ eſt in plus genere, ergo non abundat à genere: maior patet ex nominis interpretatione: minor ꝓbatur per Ariſ. in prædicamẽtis. Vbi habet, quòd animal plus amplectitur, quàm amplectatur homo, ergo ſequitur, quòd ſpecies non abundat à genere. ſecundò arguit ſic diuiſiuè, ſiue inductiuè: ſi ſpecies aliquo pacto abundat à genere per differentiam. Ego, quæro à quo habet ſpecies differentiam: quia aut à nullo, aut à ſe, aut à genere. Non eſt dicendum, quod ſpecies non habeat à nullo: quia iuxta famoſam ſententiam primo Phys. Ex nihilo nihil fit. Nec eſt dicendum, quòd habeat à ſe: quia Mens nõ capit, quòd idem ſe ipſum gignat. ergo ſequitur, quòd hoc habet à genere. Sed contra, quia ſi ſpecies habet à genere differentiam; mox duo ſequerentur inconueniẽtia. Primum eſt, quòd ſpecies non abundat tunc in hoc à genere: Probo, quoniam utrunque habet illud idem, ſpecies habet differentiam, & genus habet differentiam. Sequeretur ſecundum inconueniens, quòd tunc genus contineret in ſe contraria: quia qua ratione homo habet rationale ab animali, pari ratione aſinus hẽt irrationabile ab animali: & cum rationale, & irrationale ſint oppoſita, & iſta ſint in animali, duo

Cap. de ſubſtãtia.

Primo phyſ. cõ tex. 34.

contraria eſſent in ipſo animali. Dicitur hic. Scotus apponit quaſdam declarationes, quas approbabit in ſolutione hoſtilium rationum; & dicit, quod ſpecies habet differentiam à genere, & concedit quòd genus habet differentiam: & ſpecies habet differentiam: ſed diuerſimode: quoniam genus habet poteſtate: ſpecies uero habet actu: & in hoc, quòd ſpecies abundat actu differẽtia, abundat à genere. Ad ſecundũ dicitur, quòd non eſt incõueniens oppoſita ſimul ineſſe eidẽ in potentia. Arguit contra primum, quòd nõ eſt bene dictum quòd ſpecies habet aliquid actu à genere, & genus habet illud poteſtate: quoniã tunc ſpecies uerius haberet, quàm genus exhiberet illud. Nam nihil dat, quod non habet. Cõtra ſecundum, quoniam ſi genus habet in potentia duo contraria, ergo habebit actu: probatur conſequentia, quia omnis potentia reducibilis eſt ad actum; conſequens eſt impoſſibile, ergo. Præterea arguit contra utrunque ſimul: quoniam illud, quod tantum ineſt alicui in potentia, non uerè prædicatur de illo cum hoc uerbo, eſt; & ita ſi rationale eſſet in potentia in animali, non uerè prædicaretur de ipſo animali, quod eſt falſum. Ad oppoſitum eſt ſententia Porphy. Circa hanc quæſtionem Scotus ponit hanc concluſionem; ſpecies abundat à genere in differentia, ſiue per differentiam: probat, quia diffinitio exprimit, & declarat totum per ſe intellectum diffiniti, ideſt, totam eſſentiam, & conceptum quidditatiuum diffiniti: quia ſi diffinitio non explicaret totam naturam diffiniti: tunc diffinitio nõ competeret ipſi diffinito, quia eſſet inæqualis ei. Vnde diffinitio conſtat ex genere, & differentia; & ita differẽtia eſt de per ſe intellectu. i. conceptu, & quidditate ſpeciei; & non de quidditate,

Genus habet differentiam poteſtate, ſpecies habet actu

Ad oppoſitum

Primo topicorum cap. 4.

ditate,& conceptu generis. Et hoc propter duo. Nam ſi mihi concedas, quod differentia ſit de quidditate,& conceptu generis,ſequitur, quòd differentia per ſe prędicetur de genere,& genus per ſe de differentia, quorum utrumque eſt impoſſibile. Sequeretur etiã aliud abſurdũ, quòd in diffinitione eſſet nugatio,& inutilis uerborũ repetitio:& hoc apparebit ponendo rationes, ſiue diffinitiones generis, & differentiæ loco nominũ, ſicut etiam declaratum eſt in capitulo de genere. Et ita patet concluſio,quòd ſpecies abundat à genere.

Ad primum argumentum. Eſſe in plus eſt dupliciter.

Ad primum argumentum, cum dicitur, quòd illud, quod abundat ab alio, eſt in plus illo, diſtinguit Doctor; qđ eſſe in plus eſt dupliciter, aut ſecundũ continentiã formalẽ, ſiue actualẽ; & ſic ſpecies differentia abundat à genere: quoniã ſpecies actu continet & includit differentiam, quã actu non includit ſuum genus. Secundo poteſt intelligi ſecundum potentialem continentiam, ſiue indifferentiam,ſiue communitatem. Et iſto modo genus in plus eſt quàm ſpecies, quoniam genus eſt maioris ambitus, latioriſque imperij quàm ſit ipſa ſpecies.

Ad ſecundum argumentum concedit Doctor totum illud,quod dictum eſt: & ita remittit ſe ad ſuperius dicta, & firmat illa per naturalem, & philoſophicam ſententiam: quòd compoſitum naturale habet differentiam à quatuor, ſiue formam, licet Doctor non tangat niſi duos modos. Primò, quòd compoſitum habet formam à materia: & hoc potentia: ſicut & potentia materia cõtinet formam. Secundo cõpoſitum naturale habet formam ab efficiente, & actu; quoniam efficiens eſt ille, qui actu inducit formam in materiam. Tertio compoſitum naturale habet formã

Compoſitum naturale habet differentiam à quatuor.

Quid ſit efficiens.

à for-

à forma ipſamet formaliter. Nam forma eſt, quę formaliter tranſit de non eſſe ad eſſe, ſicut tangit Sco. Quartò habet à fine, cum omne agens agat propter finem; & tu uides hic, quod reſpicit quatuor: reſpicit materiã tanquã ſubiectum, in quo recipitur: reſpicit agens, a quo inducitur, reſpicit ipſammet formam, in qua formaliter inducitur: reſpicit finem propter quem inducitur. Et ita patet, quòd ſicut compoſitum naturale potentia habet formam à materia; ſic compoſitum logicum, quod eſt ſpecies, habet differentiam potẽtia à genere, quod eſt proportionale materiæ. Et cum arguebatur contra illas euaſiones, & reſpõſiones datas; reſpondet concedendo, quòd ſpecies non habet actu differentiam à genere: quoniam nec genus actu habet illam. Et ita eo modo ſpecies ſuſcipit differentiam à genere; quo genus habet illam; & cum habet illam poteſtate, ita dabit. Ad aliud contra hoc arguebatur, quòd duo contraria ineſſent eidem. Reſpõdet Doctor, quòd non eſt incõueniens duo oppoſita actu ineſſe eidem generi: uult dicere hoc, quòd duo cõtraria actu poſſunt ineſſe eidem, ſiue illi, aut illius, quæ ſunt eiuſdem generis, ſeu idem genere, ſiue quæ conueniunt in genere. Exemplum, rationale ineſt homini actu; & irrationale ineſt aſino actu, quæ ſunt eadem genere. Bene tamen eſſet inconueniens: ſi iſta ineſſent eidem numero; ut puta, quòd Sorti actu ineſſent rationale, & irrationale. Vel aliter. Ibi ponit ſecundam reſponſionem, & ait, quòd ibi æquiuocatur de potentia: Quoniam potentiam uno modo dicit ordinem ad actum, & ſic eſt differentia entis & ſic ſumitur. 9. Met. Et ſic non ſumitur hic. Alio modo ſumitur potẽtia pro indeterminato, quemadmodum per oppoſitum actus ſumitur pro determinato,

Sicut compoſitum naturale potentia habet formam a materia. Sic compoſitum logicum quod eſt ſpecies, habet differentia potentia à genere.

Ad aliud contra hoc. Reſponſio. Duo oppoſita ineſſe eidem generi, non eſt inconueniens. Exemplum.

Secunda reſponſio.

Nonò Meta. cõ tex. 2.

 nato,

nato, ſiue pro determinatè, aut pro determinatiuè: & tunc genus habet differentiam in potentia non in potentia ſup tu reducibilis ad actum: ſed habet genus differentia potentia .i. indetermina tè: & accipiendo potentiam pro indeterminato: ſic non currit illa propoſitio famoſa: nec ſecundum hanc ſenſum intelligitur, quod omnis potentia reducibilis eſt ad actum.

Potentia non dicitur hic ordo ad actum, ſicut ſumitur 9. Meta. contex. 2. & inde, ſed dicitur hic indeterminatio.

Ad ultimum, quod dicebatur, quòd rationale non prędicaretur de animali cum hoc uerbo (eſt) ſi tantum potentia contineret illud. Ait Doctor, quod hæc propoſitio eſt indefinita, quia in ea ſubijcitur terminus communis ſine aliquo ſigno: ſed quare iſta propoſitio eo uera, patet, quoniã ſua contradictoria eſt falſa, quæ eſt, nullum animal eſt rationale: quoniam bene ſequitur, nullũ animal eſt rationale, ergo quoddam animal nõ eſt rationale. Et ita homo non eſſet rationalis, quod eſt falſum. Quare iſta propoſitio erit uera, animal eſt rationale, non uniuerſaliter, ſed particulariter. Et ita non eſt incõueniens, quòd aliquid prædicetur uerè de aliquo, quod eſt in potentia ad illud, uel ipſum, ideſt, quòd indeterminatè ſe habet ad ipſum. Et tu habes hic documẽtum ſingulare, quod non omnis prædicatio eſt per ſe, aut per accidens, accipiendo per accidens Porphyrianum, ut accidens ineſt ſubiecto: quoniam datur prædicatio, quæ poteſt dici per accidens, accipiendo per accidens Metaphyſicum ideſt pro extraneo. ſiue pro inferiori, quod accidit ſuperiori; & ſic hæc eſt propoſitio per accidens, animal eſt rationale nõ quod rationale ſit accidens, quod inhæreat ipſi animali: ſed erit accidens, ideſt, extraneum à cõceptu ipſius animalis. Et ita patet ueritas illius propoſitionis, quòd ſpecies differentia abundat à genere.

Iſta eſt uera, animal ẽ rationale, non uniuerſaliter, ſed particulariter.

Nõ omnis prædicatio eſt per ſe, uel per accidens.

QVAE-

QVAESTIO XXVI.

QVAERITVR An differentia poſſit diffiniri. Prima facie uidetur, quòd ordo in iſtis quæſtionibus non ſit rectè inſtitutus. Nam Doctor cœpit declarare unam diffinitionem ipſius differentiæ, quæ erat hæc, differentia eſt, qua ſpecies abũdat à genere. Et modò quærit, an differentia poſſit diffiniri. Vnde prius debuit quærere Doctor, an differentia poſſit diffiniri, quàm ipſam diffinire Et ita uidetur, quòd iſte ordo ſit præpoſterus: tamen in rei ueritate neceſſariò commutatus Et ideo ad hoc poſſet dici, quod prima diffinitio differẽtiæ data fuit de ea pro prima intentione; hic autem eſt quæſtio de ſecunda intentione. Propterea præmiſit illud huic. Vel ſi ſecuis, quod illa diffinitio detur de differentia pro quiunda intentione, adhuc iſte ordo eſt optimus: hac diffinitio de differentia, quæ principaliter tin inueſtigatur, & intenditur, eſt illa, quæ ponitur. q. 27. illa, uidelicet, quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale: quia aut eſt, quæ facit tertium uniuerſale Porphy. diſtinctum contra alia quatuor. Propterea anteſtiam poneretur iſta diffinitio, quæ principaliqu à Porphy. intenditur, & ab iſto Doctore diſputetur; operæprecium fuit, prius quærere, an diftatentia poſſet diffiniri. Et ita patet ordo iſtius feræſtionis cum qõne præcedente, & ſubſequẽte. quQuærit igitur in forma, an differentia poſſit diffiniri? Et arguit, quod non. Si differentia poſſet diffiniri. ergo daretur proceſſus in infinitum, conſequens eſt impoſſibile: quia nedum natura; uerum, & ars ſuis in operibus infinitum obruit: probo

Dubitatio.

Reſponſio.

Argumentum ante oppoſitũ.

probo conſequentiam, quia ſi differentia diffini retur, tunc eſſet ſpecies, & ſpeciei eſſet differentia, & illa ſecūda eſſet ita ſpecies, ſicut prima, habens alteram differentiam, & tertia pari uoto ſicut prima, & ſecunda, ergo.

Ad oppoſitū.

Ad oppoſitum eſt Porphy. qui differentiam ipſam diffiniuit in iſto loco, Et ita ponitur concluſio à Doctore. Differentia poteſt diffiniri. Aduertendum tamen eſt pro intentione quæſtionis, & quæſtionis poſitæ, quòd differentia poteſt bifariā ſumi. Nā primo poteſt ſumi fundamentaliter: exemplum, ut rationale, & ſic loquendo de differentia, non poteſt diffiniri: ratio, quia ſi differentia ſumpta pro prima intentione poſſet diffiniri, ergo haberet genus, & differētiam: patet, quia omne diffinibile habet genus, & differentiam, ſi differentia haberet genus, & differentiam, ergo eſſet ſpecies: & ita rationale eſſet ſpecies: ſi eſſet ſpecies, ergo poneretur in recta linea prædicamentali: ſi eſſet ſpecies, tunc includeret in ſe qdditatiuè, genus, & differentiam: & ita ex genere, & differentia fieret per ſe unus conceptus. Et ita idem eſſentialiter, & quidditatiuè eſſet poſſibile, & actuale. Hęc enim adeò ſunt à ueritate aliena. ut ea audire omnium philoſophorum auris ſubterfugiat. Poteſt ſumi differentia ſecundò intentionaliter: & ſic differentia poteſt diffiniri. Nam ut ſic, ipſa differentia eſt una ſpecies ipſius uniuerſalis: & ita ſicut genus, & ſpecies, proprium, & accidens ſunt ſpecies uniuerſalis, & diffinibiles: ita etiam, & differentia. Et ſic intelligenda eſt concluſio Doctoris. Ne igitur concluſio ſua in facie diſputantium erubeſcat, rationem unam affert, per quam rectè probari poſſit. Omne illud poteſt rectè diffiniri, quod habet genus propriū, & differentiam propriam conſtitutiuam: iſtud patet,

Differentia poteſt bifariam ſumi. Exemplum. Differentia pro prima intentione.

Poteſt etiam ſumi ſecundo intentionaliter.

tet, quoniam iuxta inſtituta philoſophorū duo hæc rationem conſtituunt diffinitionis: ſed differentia habet iſta duo, ergo. probo minorē, quoniam differentia habet uniuerſale, quod eſt genus eius: oē autem uniuerſale deſcēdit ad ſuam ſpeciē per differentiā diuiſiuā uniuerſalis, & conſtitutiuam ſpeciei. Nam uniuerſale duas habet differentias, quarum una eſt prædicari in quid, per quā deſcēdit ad genus, & ſpēm. Altera eſt prædicari in quale, per quam deſcendit ad alia tria uniuerſalia: uerùm per prædicari in quale eſſentiale deſcendit ad ipſam differentiam: & ita patet, differentiam habere genus, & differentiam; & propter hoc merito poſſet diffiniri.

Differentia habet uniuerſale quod eſt genus eius.

Vniuerſale duas habet differentias.

Ad argumentum reſpondet Doctor, quòd differentia poteſt referri, & comparari ad duo: poteſt enim referri ad ſpeciem, cuius eſt conſtitutiua: & ſic illa fungitur officio differentiæ, quòd reſpectu ſpeciei non poteſt habere differentiam. Secundò poteſt referri ad ſuum uniuerſale: & ſic ſubinduit rationem ſpeciei: & ut ſic poteſt habere differentiam, Quando igitur arguitur, ſi differentia diffiniretur, eſſet proceſſus in infinitum. Dico, quod non ſequitur: quoniam ſi differentia relata ad ſpeciem, & pro prima intentione haberet differentiam, ſic benè eſſet proceſſus in infinitum: ſed ſic in propoſito non loquitur. Eſt tamen aduertendum circa literam primi argumenti: ꝙ ſi differentia ſumitur hic pro ſecunda intentione hoc modo reſpectu nullius habet rationem differentiæ: ratio, quoniam ut ſic eſt ſpecies una uniuerſalis: & tertium uniuerſale diſtinctum cōtra quatuor. Quòd autem ut ſic non habeat uim differentiæ, patet, quoniam ut ſic ſumpta nec diſtinguit, nec conſtituit, nec prædicatur in quale: quia ut ſic prędicatur in quid, quia eſt una ſpe-

Ad argumēta.

Eſt aduertendum circa literam.

Quomodo differentia eſt ſpecies, ut modus ipſius uniuerſalis

cies uniuerſalis habens plures ſecundas intentiones applicabiles pluribus, ut puta unam intentionem applicabilem rationali: alteram irrationali; aliam ſenſibili; alteram corporeo, quæ tantum numero differunt, cum diſtinguuntur penes fundamenta, quibus applicantur: ſed bene hæc omnia uerificari poſſunt pro differētia ſumpta pro prima intentione. Nam illa reſpectu ſpeciei eſt differentia conſtitutiua, & diſtinguit ſpeciem, & de ea in quale prædicatur. Alia autem pars illius ſolutionis, quæ dicit, quod diffrentia poteſt habere differentiam reſpectu cuius eſt ſpecies, hoc non poteſt uerificari de differentia fundamentaliter ſumpta, ſiue pro prima intētione: quoniam illa, ut ſic non poteſt eſſe ſpecies reſpectu alicuius, ut rationale: ſed illud pōt bene uerificari de differentia pro ſecunda intentione acceptā: ideo dicit in textu, concedo, quod differentiæ non eſt differentia reſpectu cuius, ideſt, reſpectu ſpeciei: reſpectu cuius ſpeciei differentia habet rationē differentię, ſed pōt habere differētiā, ſup. tu ipſam differētiā reſpectu uniuerſalis reſpectu cuius uniuerſalis ipſa differentia eſt ſpēs, quę differētia eſt ꝑdicari in quale ſup. tu eſſentiale, ꝑ quod conſtituitur differentia in ſua ſpecie: ſicut homo conſtituitur in eſſe ſpecifico per rationale. Sed contra hoc arguit Doctor; quoniam ſi illud, quod tu dicis, eſſet uerum, hoc ſcilicet, quod differentia reſpectu alicuius non eſt differentia: quoniam reſpectu uniuerſalis non eſt differentia: ſed eſt ſpecies. Hoc enim eſſet falſum; & arguit per famoſam propoſitionē, & poteſt appellari propoſitio diuulgata, ſic, quod in ſe quidditatiuè, & neceſſariò eſt tale, ad quodcunque comparetur, ſemper erit tale: probatur hæc propoſitio: quia comparatio ad aliud, eſt quidem reſpectu

Expoſitio uerborum.

Contra arguit doctor.

Propoſitio famoſa.

ctsu

ctus poſterior re comparata. Tunc arguo ſic. Nullum poſterius uariat rationẽ formalem ſuperioris: ſed iſta comparatio differentiæ ad ſuum uniuerſale eſt poſterior ipſa differentia, ergo non uariabit rationem formalem ipſius differentiæ. Et ita ſi differentia in ſe eſt differentia per comparationem ad ſuum uniuerſale, non erit ſpecies. Concedo, dicit Doctor, quod differentia, ut quid ſemper erit differentia: ſumpta tamen ut modus poterit eſſe ſpecies. ſ. ipſius uniuerſalis. Facit Doctor aliud argumentum: ſola ſpecies diffinitur, differentia non eſt ſpecies, ergo non poteſt diffiniri. Ad iſtud argumẽtum negatur minor. Et ita patet determinatio iſtius quæſtionis.

Nullum poſterius uariat rationem prioris.

Differentia ut quid ſemper erit differentia ſumpta ut modus eſt ſpecies uniuerſalis.

QVAESTIO XXVII.

QVAERITVR, An hæc diffinitio ſit conuenienter data? Determinauit Doctor ſupra differentiã poſſe diffiniri: & hoc loquendo in ſecundis intentionibus, de quibus hoc in loco eſt principalis intentio. Nunc in hac parte deſcendit ad illud, quod principaliter intenditur; & eſt. An diffinitio illa data de differentia, qua dicitur; differentia eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale, ſit conueniens, & bona; ita uel ne? Et primo arguit, quòd non eſt bona, ſic. Illa diffinitio non eſt bona, in qua diffinitum excedit diffinitionem: patet, quia diffinitio debet adæquari diffinito, & econuerſo; Et ita ſicut per adæquationem redditur bona, ſic per inadęquationẽ redditur inutilis: ſed in hac diffinitione diffinitum excedit diffinitionem, ergo nõ eſt bona: probo minorem: quia differentia, quæ eſt diffinitum

Argumentum ante oppoſitũ.

tum

tum prædicatur, & dicitur de ultima differentia de qua non dicitur diffinitio data: quoniam diffinitio data eſt de pluribus differentibus ſpecie: & illa differentia ultima dicitur tantum de differentibus numero: & ita in quibuſdam eſt diffinitum, in quibus nō eſt inuenta diffinitio, ergo, quarè diffinitio nulla.

Ad oppoſitū. Ad oppoſitum eſt ſententia Porphyrij, qui hāc diffinitionem tanquam utilem, & bonam ſuis in ſcriptis nobis reliquit. Dicendum ad quęſtionem. In corpore quæſtionis Doctor tria facit. Primò quādam diſtinctionem præmittit. Secundo ex diſtinctione data tres colligit concluſiones. Tertiò contra dicta arguit & ſoluit tria ibi, contra ſecunda ibi, hæc diffinitio communiter.

In corpore q̄ſtionis tria facit Doctor.

Duplex differentia.

De primo ait Doctor, ponendo diſtinctionem de differentia, quòd duplex eſt differentia. quædam eſt ultima: & quædam intermedia. Vel ſic: quædam eſt differentia generica: quædam ſpecifica. Differentia intermedia eſt illa, quæ eſt diuiſiua generis non ultimi, & conſtitutiua ſpeciei ſubalternę: exēplum, ut ſenſibile, ut inſenſibile; corporeum, & incorporeum. Differentia uero ultima eſt illa, quæ eſt diuiſio ultimi generis, & conſtitutiua ſpeciei ſpecialiſſimæ: ſed tu dices, quæ eſt melior, & nobilior? Dicas, quod differentia ultima nobilior eſt differentia intermedia: ſed ſpecies eſt præſtantior ſuo genere: exemplum huius ultimæ differentiæ eſt, ſicut rationale, & irrationale. Stante hac diſtinctione Scotus aggreditur ſecundum, ubi ponit tres concluſiones. Prima eſt. Hæc diffinitio, ſcilicet paulò ante data, conuenit differentiæ intermediæ, ſiue genericæ (uniuerſaliter ad iſtum ſenſum) quòd talis diffinitio data cōiter omni cōuenit differentię intermediæ, quæ eſt diuiſiua generis non ultimi, &

Scotus ponit tres concluſiones.

conſtitutiua

conſtitutiua ſpeciei ſubalternæ:& talis ſup. diffinitio data de differentia intermedia eſt uera, & bona diffinitio. Et tunc Doctor probat hanc cõcluſionem poſitam per rationem. Nam certum eſt quòd differentia eſt una ſpecies uniuerſalis, ſicut & genus eſt altera ſpecies uniuerſalis: & ita diffinietur, & in diffinitione eius ponuntur genus, & differentia. Nam genus per prædicari de pluribus, & per prædicari in quale eſſentiale deſcendit in differentiã tanquam in ſpeciem propriam eius. Differentiæ igitur, quæ ſunt diuiſiuæ ſuperioris, & generum, ſunt conſtitutiuæ ſpecierum. Arguitur ſic breuiter. Illa diffinitio eſt bona, in qua ponitur genus, & differentia, iſta eſt huiuſmodi, ergo. Et ita patet prima concluſio affirmatiua. Secunda concluſio eſt negatiua. Iſta diffinitio data non eſt conueniens ultimæ differentiæ, patet, quia ultima differentia prædicatur de pluribus differẽtibus numero: hęc uerò ꝓdicatur de plurib. differẽtibus ſpecie, ergo. Tertia concluſio eſt etiam negatiua, quòd iſta diffinitio non eſt differentię, ſcilicet ultimę ſumptę, ideſt differentiæ in communi, quia ſi talis diffinitio eſſet differentiæ in cõmuni: tunc competeret intermedię, & differentiæ ultimæ: ſed per ſecundam concluſionem negatiuam, dictum eſt, ꝙ non eſt data de differentia ultima, ergo. ſicut. n. ibi Scotus ponit quãdam cõgruentiam, ſiue cõuenientiam inter ſpeciem & differentiam. Et cõuenientia ſtat in duobus. Nam ſicut quædam eſt ſpecies ſpecialiſſima: & quędam ſpecies ſubalterna. Ita à ſimili, quędam eſt differẽtia ultima, quæ ſcilicet, conſtituit ſpeciem, & quædam eſt differentia ſubalterna, ſiue conſtituens ſpeciem ſubalternam. Præterea ſicut datur quædam deſcriptio, ſiue diffinitio de ſpecie ſpecialiſſima: & quæ dam

Arguitur ſic.

Concluſio negatiua.

Conuenientia inter ſpeciem & differentiam ſtat in duobus.

dam de ſpecie ſubalterna: ita à pari datur quædam deſcriptio, ſiue diffinitio conueniens differētiæ ultimæ, & intermediæ, cuiuſmodi eſt iſta. Et ita habemus tres cōcluſiones hic poſitas, q̄ loco unius cōcluſionis poſsūt ordiri ſic, diffinitio differētiæ data hic nō cōuenit differētię ultimę, nec in cōi: ſed differentię ītermedię. Et ex iſto loco (dñi) poſſetis colligere mētē Doctoris, ꝙ ipſe ponit pluralitatem formarum in eodem ſuppoſito. Nam ponit differentiam intermediam, & differentiam ultimam: iſtæ differentiæ (domini) non ſunt niſi formæ: & ita plures formæ erunt in eodem compoſito contra Thomam, qui tantum unicam ponit in compoſito. Contra, in illa parte Doctor aggreditur tertium, dicendum in hac parte, ideſt, quæſtione. Vbi arguit contra dicta; & vult, quòd ſi illa diffinitio data, intelligitur de differentia intermedia, oportebit unum duorum fateri; aut diffinitionem eſſe nullam, aut dari ſextum uniuerſale. Et arguit ſic: Differentia ultima non diffinitur, niſi per differentibus numero, ergo eſt aliud uniuerſale, & diſtinctum ab iſta differentia hic diffinita per differentibus ſpecie: probat conſequentiam Doctor per ſimilitudinem. Nam certum eſt, quod ſpecies eſt aliud uniuerſale ab ipſo genere, & non propter aliud, niſi quia ſpecies prædicatur de pluribus differentibus numero: & genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie: & ita ſicut ibi faciunt duo uniuerſalia; ſic etiam hic facient duo uniuerſalia. Quarè dabuntur ſex uniuerſalia.

Scotus uidetur ponere pluralitatem formarū in eodem ſuppoſito.

Scotus arguit contra dicta.

Probat Scotus per ſimilitudinem.

Litera Doctoris.

Item ſecundum nullam. Aduerte ibi, quòd Doctor excludit quandam inſtantiam, quæ poſſet dari ad dicta: quoniam poſſet aliquis dicere, quòd illæ duæ differentiæ, ſcilicet ultima, & intermedia,

Scotus excludit quandam inſtantiam.

Contra.

Primo per hyeт

termedia, habent diffinitionem differentię in communi, in qua conueniunt iſtę duæ differentiæ: & diffinitio differentiæ in communi erit iſta differentia:in communi prædicatur de pluribus in quale eſſentiale, non addendo, nec differentibus ſpecie, nec differentibus numero. Dicit Doctor contra hoc, quòd ſi talis diffinitio daretur, non ualeret, nec eſſet bona: quoniam in ea poneretur ly pluribus, quod eſt æquiuocum. probo, ſi unum oppoſitorum eſt æquiuocum, ergo & reliquum: ſed vnum eſt æquiuocum ad unum genere, ſpecie, & numero, ergo ly pluribus, quod eſt oppoſitum unius, erit æquiuocum: & cũ hoc ponatur in diffinitione differentiæ in cõmuni, illa diceretur æquiuoca. Et ita diffinitio nõ erit bona. Sed tunc. Aduertatis ibi, quòd Doctor inſtat contra immediatè dicta: ut per hanc inſtantiam defendat concluſionem ſuam. Tu dixiſti, quod in quacunque diffinitione ponitur ly pluribus, illa diffinitio eſt ęquiuoca, & non eſt bona: ſed in diffinitione uniuerſalis deſcripti à philoſopho primo Periermen. ponitur ly pluribus, cum dicitur: uniuerſale eſt illud, quod prędicatur de pluribus, ergò diffinitio uniuerſalis eſt æquiuoca, & non bona: hoc autem nullus audet dicere. Si tu autem dicis, quod diffinitio uniuerſalis eſt bona, ergò oportet dicere, quod diffinitio differentiæ in communi data per prædicari de pluribus in quale erit bona: probo, quia ſi illa diffinitio eſt bona, in qua ponitur ly pluribus abſolutè, ſicut eſt in diffinitione uniuerſalis. Contra fortius diffinitio illa erit bona, ubi ponitur ly pluribus cum aliqua determinatione, ſicut eſt diffinitio differentiæ in communi; cũ dicitur, prædicatur de pluribus in quale, & hoc intelligendo quale eſſentiale: ſed cõ-

Contra.

cap. 5.

Contra.

Replicat Doctor. tra hanc inſtantiam. Replicat modò Doctor cū dicit, ſed contra: quoniam ſi tu uis, quod differentia intermedia, & ultima conueniant in diffinitione differentiæ in communi, ſic nō faciunt duo uniuerſalia; ſed unum, ergo à pari genus; & ſpecies erunt unum uniuerſale; ſicut etiam, & differentia eſt unum vniuerſale, cuius unius uniuerſalis, ſcilicet, generis, & ſpeciei eſſet hæc uera diffinitio, ſcilicet, prædicari de pluribus in quid: & ita non darentur niſi tria uniuerſalia. Dici poteſt. Aduerte, quod in illa parte Doctor ſoluit inſtantiam, & oſtendit, quod ſimilitudo non currit, & uult, quòd genus, & ſpecies non tantum differunt per hoc, quod eſt prædicari de pluribus differentibus numero, & differentibus ſpecie: ſed etiam differunt per hoc, quod eſt prædicari in quid: quoniam prædicari in quid æquiuocè conuenit generi, & ſpeciei: ꝙ autem cōueniat æquiuocè, probat Doctor: quoniam non ſecundum eandem rationem dicitur de genere, & ſpecie. Nam genus prædicat partem eſſentię, & debiliorem, & imperfectiorem: ſpecies uerò dicit totum. Et ita patet, quomodo genus & ſpecies per duo diſtinguuntur, per differre ſpecie, & numero: & per prædicari in quid. Non ſic autem eſt in propoſito de differentiis; quoniam quale eſſentiale ſiue ſubſtantiale non conuenit æquiuocè differentiæ ultimæ, & intermediæ: ſed conuenit vniuocè, & ſecundum eādem rationem; quoniam utraque differentia tam intermedia, quàm ultima dicit partem formalem illius, quod conſtituit: & propterea ibi ſunt duo uniuerſalia: hic autem non eſt niſi unum uniuerſale: & iſta eſt cauſa, & ratio diuerſitatis hic, & ibi. Et tunc concludit intentum ſuum dicens, Diffinitio igitur iſta eſt tantum

Scotus ſoluit inſtantiam.

Prædicari in quid æquiuoce conuenit generi & ſpeciei.

Prædicari in quid conuenit eis æquiuoce.

Prædicari in quale conuenit uniuoce differentiæ ultimæ. & intermediæ.

Scotus cōcludit intentum ſuū.

tum diffrentiæ intermediæ, & non ultimæ; & diffinitio differentiæ in communi, quæ eſt prædicari de pluribus in quale, eſt ſufficiens, & conueniens utrique differentiæ. Per diffinitionem autem uniuerſalis. Hic notate locum, quia eſt aliqualiter difficilis. Nam ibi Doctor ſoluit ſecundam obiectionem, & illud dubium de diffinitione uniuerſalis. Nam uolebat Doctor in arguendo, quod nec diffinitio uniuerſalis in cõmuni, nec differentiæ ualeret, quia in illis ponebatur ly pluribus, quod quidem ly pluribus erat æquiuocum ad plura ſpecie, & ad plura numero: ſicut ly unum dicebatur æquiuocum ad unum numero, & ad unum ſpecie: nulla autem diffinitio data per æquiuoca eſt bona. Nũc uult ſoluere Doctor, & dicit pro diffinitione data ipſius uniuerſalis, & diffinitione differẽtiæ, ſic in cõmuni oportet dicere, plura eſſe uniuocum ad plura ſpecie, & ad plura numero. Vult dicere, quod hoc nomen ly pluribus, quod ponitur in diffinitione uniuerſalis, & in diffinitione differentiæ in communi, eſt uniuocum ad plura ſpecie, quod ponitur in diffinitione differentiæ intermediæ; & ad plura numero, quod ponitur in diffinitione differentiæ ultimæ: licet unum, quod eſt oppoſitum de ly pluribus, inſit, & uerificetur de uno numero, & uno ſpecie, ſicut ſimpliciter, & ſecundum quid. Vbi aduertatis mirabile documentum, quod Sco. hic uult, quod quãdoque ſunt duo oppoſita, quorum unum eſt uniuocum illis quibus conuenit, ut ly pluribus uniuocè differentibus numero, & ſpecie. Et aliud oppoſitum nec erit uniuocum, nec æquiuocum: ſed ſe habebit ad illa, ſicut ſimpliciter ad ſecundum quid. Sicut in propoſito eſt de uno, quod nec eſt uniuocum, nec æquiuocum ad unum numero,

Locus difficilis.

Diffinitio data per æquiuoca non eſt bona.

Mirabile documentum.

mero, unum genere, & unum ſpecie, & unum proportione: ſed ſe habet ad illa tanquam ſecundum quid ad ſimpliciter: exemplum ponit Sco. quod eſt difficilius propoſito. Vbi eſt aduertendum, quod ly homo, & nõ homo eſt uniuocum ad mortuum, & non mortuum: probo, quia ſibi competit diffinitio uniuocè, quæ eſt dici ſecundum idem nomen, & eandem rationem, modò ly non homo dicitur de ſorte mortuo, & de quocunq; alio cadauere: & etiam dicitur de lapide, qui non eſt mortuus: modò utrunque illorum eſt non homo, tam cadauer mortuum, quàm lapis: & ſecundum eadem rationem. Et ita unum oppoſitum, cuiuſmodi eſt nõ homo, dicitur uniuocè de illis, quibus conuenit: & homo, qui eſt alterum oppoſitum, dicitur de illis, quibus cõuenit: ſicut ſecundum quid, & ſimpliciter. Nam dicitur de ſorte mortuo ſecundum quid, & de Franciſco uiuo ſimpliciter. Per hoc exemplum uult habere Doctor, quòd ly pluribus, quod eſt oppoſitum unius, poteſt eſſe uniuocum ad plura numero, & ad plura ſpecie: licet ly unum, quod eſt oppoſitum de ly pluribus, dicatur de illis, quibus conuenit ſecundum quid & ſimpliciter: niſi per determinationem diſtrahentem. Aduerte circa illam literam, quòd ly unum dictum de uno numero, dicitur ſimpliciter: quia tantum unum numero eſt unum ſimpliciter: & pro aliis, ſup. tu, pro uno genere, ſpecie, & proportione: non accipitur, ſcilicet, ipſum unum, niſi pro dictione diſtrahente. Vbi reſoluas ſingula, & ſic p plurale, i. niſi p dictiones diſtrahẽtes. Dictiones diſtrahentes ſunt unũ gñe, unũ ſpecie, unũ porportione: dicũtur dictiones diſtrahẽtes, quoniam diſtrahũt ab unitate numerali, quæ eſt unitas ſimpliciter; ſicut nec homo ſup. tu accipitur

Exemplũ Scoti in textu.

Aduerte circa illam literam.

Dictiones diſtrahẽtes quid ſint.

pitur pro homine mortuo, niſi per dictionem diſtrahentem. Nec eſt inconueniens. Ibi aduertatis, quod Sco. ponit quandam excuſationem ſui. Nam aliquis poſſit dicere, quòd iſta diuiſio in ſecundum quid, & ſimpliciter, non eſt bona, quia non eſt data à Boetio, cum non ponãtur niſi ſex diuiſiones. Et propterea Sco. dicit, quod non eſt inconueniens, quòd ly unum, cum ſit æquiuocum, diuidatur in hæc quatuor, & in ſecundum, quid, & ſimpliciter. Nam quinto Metaph. & primo Topic. philoſophus dicit, quod multa alia nomina diſtinguuntur in non æquiuoca: ſed ſup. tu diſtinguuntur in ſimpliciter, & ſecundũ quid, quemadmodum patet de priuatione in quinto Meta. Et ita iſta diuiſio erit ſeptima ſupra ſex. Nota. Quinto Meta. contex. 17.

Quærebatur, an dffinitio differentiæ eſſet cõuenienter data? Fuit relatum in corpore quæſtionis, quòd illa fuit conuenienter data, & poſita.

Arguebatur autem in oppoſito ſic. Arguebatur ſic

Illa diffinitio non eſt bona, in qua diffinitũ excedit diffinitionem, iſta eſt huiuſmodi, ergo maior patet, minor probatur, quia differentia ultima eſt differentia; & tamen non p̃dicatur de pluribus differentibus ſpecie, ſed numero. Ad hoc argumentum Doctor reſpondet ex his, quæ dicta ſunt in corpore quæſtionis. Vbi dictum eſt, quòd iſta diffinitio eſt data de differentia intermedia, & non ultima. Et tunc formaliter ad argumentum neganda eſt illa minor: quoniam differentia intermedia non excedit diffinitionem, ſed conuertitur cum ea. Reſponſio Doctoris.

Arguitur ſecundò ſic. Illa diffinitio non eſt bona, in qua diffinitio excedit diffinitum, ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo. maior patet, & minor probatur: quoniam certum eſt, quod ſenſibile, Arguitur ſecundo ſic.

quæ eſt differentia intermedia, prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale: & tamen non eſt differentia: probo, quia differentia eſt quoddam abſtractum, & ſignificat aliquam ſecundam intentionem: ſed impoſſibile eſt intentionem ſecundā prædicari de prima, ergo. Probat autem illud autoritate Porphy.

Differentia poteſt capi duobus modis.

Quomodo differentia eſt abſtractum & cōcretum.

Ad argumentū Doctor ponit unam diſtinctionem de differentia, quæ eſt talis: quod differentia poteſt capi duobus modis: quoniam poteſt eſſe primæ intentionis, & ſecundæ. Si loquamur de differentia primo modo; ſic de ea dicuntur tria. Primum, differentia ſic ſumpta pro prima intentione eſt abſtractum, cuius concretum eſt differens. Secundū, eſt relatio, cuius extrema ſunt differens, & differēs. Tertiū, eſt ſpēs multitudinis, & eſt differentia entis. Secundo modo differentia ſumpta pro ſecunda intentione eſt concretum, quemadmodnm & alia nomina quinque uniuerſalium ſunt concreta, uidelicet, genus, ſpecies, proprium, & accidens. Et differentia, ut eſt ſecunda intentio, & quoddam concretum, tranſumitur, ſiue cauſatur originaliter ab ipſo rationali, quod eſt principium formale differentiæ, & ut eſt res primæ intentionis: Et ita differentia, quæ eſt ſecunda intentio applicatur differentia, quæ eſt prima intentio. Ad argumentū igitur, negaē minor: & dicimus, quod argumentum præſupponit unum falſum: hoc, uidelicet, quòd differentia hic diffinita eſt abſtractum de eo, quod eſt concretum, & non abſtractum. Et cum dicitur, quòd eſt abſtractum; poteſt dici, quòd differens, ſiue differre tanquam cōcretum dicitur; & ſumitur tanquam denominatiuè à differentia, ut eſt nomen primæ intentionis. Ad illud dictum Porphy. quod eſt aliqua

Differentia hic definita nō eſt abſtractum.

liter

liter difficile;eſt dicendum,quòd Porphy. ſic intelligit,cum dicitur,Sortes ſenex differt; non eſt intelligendum,quòd differt, quod eſt concretũ, & quod ſic concretum dictum à differentia ſecũ de intentionaliter ſumpta: ſed ſic eſt dicendũ ad propoſitum noſtrum,quia illa extrema, ſcilicet, Sortes ſenex, & Sortes puer, fundãtur ex natura rei:differentia ut eſt relatio realis à qua ſic denominatur, & in ipſis extremis totalibus ſunt aliqua principia formalia differendi,ſcilicet,ſenectus, & pueritia, quibus intellectus applicat hanc intentionem (differentia) ut,eſt differentia communis, cuius nomẽ tranſumitur à differentia reali: & ſimile eſt dicendum de extremis differentiæ propriæ, & magis propriæ. Pro clariori tamen notitia illius exempli Porphyriani eſt notandum, quòd quatuor ibi inueniuntur. Nota. Primò in illo exemplo ſunt duo extrema, Sortes ſenex, & Sortes puer; patet enim quòd ſunt extrema illius propoſitionis:& etiam ſunt extrema illius relationis,quę eſt relatio,& prima intentio. Secundò in illo exemplo inuenitur differentia,quæ eſt relatio abſtractum, & nomen primæ intentionis, à qua illa extrema concreta denominãtur. Tertiò eſt in illis extremis totalib. principium formale illius differentiæ, ſcilicet, ſenectus ex parte Sor. ſenis; & pueritia ex parte Sor. pueri. Quartò eſt conſideranda differentia, quæ eſt ſecunda intentio, quæ denominat utrunque principium formale,ſcilicet,ſenectutem, & pueritiam:quia utrunque illorum extremorum eſt differentia;& talis differentia eſt ſecunda intentio, & concretum, ut diximus. Sed aduerte hic,quòd hæc differentia, quæ eſt tertium uniuerſale,non denominat utrunque extremũ:quoniam illa non poteſt applicari ſupra accidens

commune: ſed ſupra principium eſſentiale, & quidditatiuum. Vnde nota, quòd triplex eſt differentia, quæ eſt ſecunda intentio: ſicut eſt triplex fundamentum differentię, quę eſt triplex intentio. Nam unum fundamentum eſt formale, & eſſentiale, ſicut eſt rationale, & irrationale, & ſupra hoc fundamentum fundatur differētia, quæ eſt tertium uniuerſale. Aliud eſt fundamentū ſecundæ intentionis, ut accidens inſeparabile, ut curuitas in naſo, & giboſitas in dorſo, & ſupra hoc fundamentum fundatur alia differētia, quę eſt ſecunda intentio. Aliud fundamentum eſt accidens commune; & ſupra hoc fundatur altera differentia, quæ eſt ſecunda intentio. Modo cū dico, differentia, quæ eſt ſecunda intentio, denominat utrunque principium formale, ſcilicet, ſenectutem, & pueritiam, loquitur de differentia, quæ eſt ſecunda intentio fundata ſupra accidens commune: & non de differentia, quę eſt tertium uniuerſale. Ex his patet ad argumenta.

Duplex eſt differentiæ.

Tertiò uult probare, quòd iſta diffinitio non eſt conuenienter data ſic. Illa diffinitio non eſt bona, in qua relatiuo poſito non aſſignatur ſuū correlatiuum: ſed in hac diffinitione ponitur relatiuum, & ei non aſſignatur ſuum correlatiuum, ergo. Probo minorem quoad ambas partes. Nam ibi ponitur, & ſubintelligitur correlatiuum, ꝑ hoc, quòd in diffinitione ponitur prædicari de: prædicari de eſt ratio relatiui, ut patet de uniuerſali; cum dicitur, uniuerſale eſt illud quod prædicatur de pluribus: ſed differentia nō eſt relatiuum, ſed relatio: probo, quoniam ſecū dum ipſam referendi differens a d differens: & ita eſt principium referendi; & nō eſt illud qđ refertur. Quòd autem non ſit relatiuum, probat Doctor inductiuè: qa ego quæro, qđ eſt correlatiuum

Tertio uult ꝓbare ꝗ definitio non ſit conuenienter data.

tiuum eius?certum eſt, quòd non eſt prima intẽtio;quia relatiua ſunt ſimul natura:probo,quia prima intentio eſt prior ſecunda. Nec eſt dicendum,quòd correlatiuum eius ſit genus: quia illud eſt correlatiuũ ſpeciei: nec eſt ſpecies, quia illa eſt correlatiuum generis: nec eſt correlatiuum indiuidui,quia correlatiuum eius eſt uniuerſale: nec etiam eius correlariuũ eſt propriũ & accidens,ut patet:ergo,cum unicuique relatiuo ſuum correſpondeat correlatiuum, & huic non poſſit aſſignari ſuum correlatiuum, ut dictum eſt; diffinitio erit falſa.

Cap. de relatiuis. prima intentio eſt prior ſecunda.

Præterea arguitur ſic. Vnius rei eſt unica diffinitio:ſed ipſi differentiæ plures ſunt diffinitiones datæ, ergo uel illæ non ualent, uel iſta ualet,& illę non ualent.Ad hoc argumentum Doctor reſpondet per ea,quæ dicta ſunt ſupra:& ait quòd differentia,ut eſt res primæ intentionis,eſt relatio,& ſic non refertur,ſed eſt principium referendi. Vt autem differentia eſt ſecunda intentio,non eſt relatio,ſed relatiuum,& concretum. Et ideo in argumento negandum eſt,quòd differentia ſit relatio: & tenẽdum eſt,quòd relatiuũ, & concretum. Et cum probatur per inductionẽ, quòd nullum habet correlatiuum; Dici poteſt, quòd differentia, ut hic diffinitur, poteſt dupliciter conſiderari; ſub ratione ſui generis: & hoc eſt ſub ratione prædicatiui, & tunc habet illud correlatiuum, quod habet ſuum genus;& illud eſt ſubiectum.Nam unicuique prædicabili correſpõdet ſuum ſubiicibile.Alio modo poteſt conſiderari differẽtia ſub ratione propria;& hoc dupliciter, quia aut conſideratur inquantum eſt diuiſiua; & ſic ſibi correſpondet genus inquantum eſt diuiſiuum,uel diuiſibile pro correlatiuo eius. Alio modo etiam poteſt conſiderari

Arguitur ſic.

Differentia poteſt dupliciter conſiderari.

Vnicuique prædicabili correſpondet ſuum ſubiicibile.

derari

derari differentia inquantum eſt conſtitutiua ſpeciei; & ſic pro ſuo correlatiuo correſpondet ſpecies cōſtitūta. Et ita habemus ex hac ſolutione, quòd differentia inquantum eſt tertium uniuerſale habet triplex correlatiuum: unum ſub ratione ſui generis: aliud ſub ratione ſui diuiſiui: aliud ſub ratione conſtitutiui. Et quia differentia poteſt multipliciter conſiderari: ideo, ut ſic ſunt plures eius diffinitiones. Vnde prima diffinitio, per quam dicitur; quòd differentia eſt quā ſpecies abundat à genere, datur de ea ſub ratione conſtitutiui. Secunda diffinitio eſt differētiæ intermediæ, inquantum eſt uniuerſale. Poteſt eſſe alia diffinitio differentię in communi, dempto hoc, quòd eſt differentibus ſpecie. Aliæ duæ diffinitiones, quę ponuntur à Porphy. in textu, dantur de ea inquātum eſt diuiſiua. Et ita non inconuenit unius rei eſſe plures diffinitiones. Et per hoc patet ſolutio ad quintum argumentum: fuit autem data ſolutio ad quintum argumentum ante ſolutionem ad quartum propter conuenientiam, quam habet ſolutio tertij argumenti cum quinto.

Differentia inquantū eſt tertium uniuerſale habet triplex correlatiuum.

Arguitur ultimò ſic. Omne diffinitum differt ſpecificè ab aliis per ſuam diffinitionem: ſed differentia non differt per ſuam diffinitionem ab aliis, ergo male: maior patet, minor probatur, quoniam iſta propoſitio eſt falſa, differētia differt: probo, quia modi oppoſiti inſeparabiles ab aliquo cauſant falſitatem in illo: ita eſt hic. Nam cum dico differentia differt. ly differt eſt concretum, & differentia eſt abſtractum: modò contentum non prædicatur de abſtracto. Ad hoc argumentum reſpondet Doctor, quod differentia ſumpta pro ſecunda intentione eſt æquiuocum. Et ideo dupliciter poteſt ſumi. Vno modo pro

Vltimo arguitur.

Reſpōdet Doctor ꝙ differētia ſumpta pro ſecunda intentione eſt æquiuocum.

pro ſecunda intentione applicabili rationali, ſiue irrationali, quod eſt principium eſſentiale, & relatio realis. Et ſic ſumendo differentiam pro ſecunda intentione applicabili alicui principio formali, eſt concretum; & tertium uniuerſale hic. Alio modo ſumitur pro relatione rationis, & in abſtracto, cuius duæ ſunt ſpecies, ſcilicet, differentia numero, & differentia ſpecie, à quibus ſumuntur duo concreta, ſcilicet, differens ſpecie, & differens numero. His declaratis, reſpondet, formaliter ad argumentum negando minorem: & cum dicitur, quod concretum non prædicatur de abſtracto. Dico quod tu præſupponis unum falſum, hoc ſcilicet, quod differentia; ut eſt concretum uniuerſale, ſit abſtractum, hoc non eſt uerum; quoniam eſt concretum, ut dictum eſt; & ita concretum prædicatur de concreto. Contra, ait Doctor probando, quòd differentia, ut eſt tertium uniuerſale, eſt abſtractum, & non concretum: quia illud, quo ſingula differunt, eſt abſtractum; ſicut à ſimili, illud, quo aliquid eſt album, eſt albedo, & abſtractum. Ita in propoſito differentia eſt, qua ſingula, differunt, ergo erit abſtractum. Preterea ſi differentia per te erit concretum. Quæro à te quod eſt eius abſtractum à quo ſumitur. Certum eſt, quod nõ poteſt dari, ergo. Ad primum ait doctor, quòd diffinitio differentiæ ſic intelligenda eſt. Differẽtia eſt, qua, ut intentione ſecunda applicabili ad principium formale differentiæ, differunt ſingula à ſe ſpecie. Et non eſt intelligendum, quod differentia eſt, qua forma informãte differunt aliqua ab inuicem. Ad aliud ait Doctor, quod abſtractum huius differentiæ, quæ eſt concretũ, non poteſt exprimi uno nomine: ſed oportet uti circumlocutione. Vnde concreti differẽtiæ

Reſponſio formalis.

Contra.

Ad primum.

Concreti differentiæ abſtractum eſt intentio differentię.

tiæ abſtractum eſt intentio differentiæ: ſicut cõcreti generis abſtractum eſt intentio generis: Et ſic dicẽdum eſt de cęteris. Et ſic patet, quid ſit dicendum ad argumenta.

QVAESTIO XXVIII.

QVAERITVR De ultima particula ſecundę diffinitionis differentię, Prius Doctor laborauit circa diffinitionem datam de differentia intermedia. Nunc autem inſiſtit circa unam particulam poſitam in diffinitione differentiæ, quæ eſt prædicari in quale. Et ita quærit. An conuenienter ponatur iſta particula in diffinitione iſtius differẽtię? Et arguit primò, quòd non: quia illud, quod prædicatur in quid, ſiue dicit quid, nõ prędicatur in quale: maior patet, quia ſunt modi oppoſiti: ſicut etiã ſupra dixit Doctor; minor probatur: quoniam differentia prædicat, & dicit quidditatem eius, cuius eſt: ꝓbo, quia Porphy. ſic aſſerit in diffinitione ſpeciei; & ita dicit quidditatem eius. Quare prædicabitur in quid, & non in quale.

Ad oppoſitum

Ad oppoſitum eſt Porphy. Circa hanc quæſtionem Doctor ponit ſuam concluſionem dicens Differentia prædicatur in quale. Verum concluſio intelligenda eſt de quali eſſentiali, & non accidentali. Hanc concluſionem probat duabus rationibus, Prima ratio eſt, quoniam ad interrogationem factam per qualis eſt homo, conuenienter reſpondetur, quòd eſt rationalis. Nam unicuique interrogatiuo ſuum correſpondet reſponſiuum: & ita quali correſpondet differentia. Pręterea ponitur ſecunda ratio, quòd quemadmodũ eſt in compoſito reali: ita etiam dicendum eſt in

Vnicuiq; interrogatiuo ſuũ correſpondet reſponſiuum.

compo-

compoſito rationis.Et ex iſto loco habetis,quòd duplex eſt compoſitum,rationis, & reale.In compoſito autem reali eſt dare aliquid, quod habeat rationem materiæ: & eſt dare aliquid,quod habeat rationem formæ: patet in homine.Nam in eo eſt corpus, quod fungitur officio materiæ:eſt inſuper anima,quæ locum tenet formæ. Ita etiã dicendum eſt in compoſito rationis;quod eſt aliquid,quod habet rationem materiæ: & aliquid quod habet rationem formæ.Primo eſt genus.Secundo modo eſt differentia. Et quia aliquis poſſet negare,quòd detur compoſitum rationis. Doctor reſpondet. Nam in quibuſdam eſt inuenire aliquid ut potentia: & aliquid ut actus, ubi eſt per ſe compoſitum. Nam philoſophus. 8. Meta. neſciuit reddere rationem, quare ex materia, & forma fit per ſe compoſitum,niſi quia hoc eſt per ſe potentia;illud uerò per ſe actus. Et iſta eſt ratio,quòd ex ſubiecto, & accidente non fit unum per ſe:quia ibi non eſt per ſe potentia,neque per ſe actus. Cum igitur in entibus rationis detur aliquid, quod habet, rationem potentiæ, & aliquid rationem formæ: ideo erit per ſe compoſitum. Differentia igitur non poteſt habere modũ ipſius materiæ propter duo,quæ ꝓpria ſunt materię,ſcilicet,indeterminatio & potẽtia,ergo habebit rationem actus, & rationem qualis reſpectu ſpeciei:& ita prædicabitur in quale. eſt tamẽ notandum hic,quòd ſicut eſt duplex actus;ſimpliciter,& iſte actus ſimpliciter eſt ipſa ultima forma, quæ reponit aliquid in ultimo eſſe ſpecifico.Alius eſt actus,qui reponit aliquod ſubiectũ, non in eſſe ſpecifico, ſed in eſſe tali ſecũdum qd, & diminuto, & huiuſmodi eſt actus accidentis: hanc diffinitionem expreſsè ponit Comment.dicens, quòd duplex eſt forma,quædam quæ aduenit

Duplex compoſitum,reale & rationis.

Octauo Meta. contex. 6. 9.& 15.

Quare ex ſubiecto & accidente non fit unũ per ſe.

Differentia habet rationem actus.

Duplex actus.

Duplex forma

nit rei in fieri,& hæc eſt forma ſubſtantialis, quę aduenit compoſito in facto eſſe:& ita dat eſſe ſecundum quid. Ita etiam dicendũ eſt à pari; quòd ſicut forma eſt duplex; ita & qualitas eſt duplex: & ſicut qualitas eſt duplex; ita modns prædicandi in quale erit duplex. Nam modus pręd icandi in quale eſſentiale ſumitur à primo actu dante eſſe ſimpliciter, & à forma ſpecifica, quæ eſt qualitas eſſentialis. Modus autem prædicãdi in quale accidentale ſumitur à forma dante eſſe ſecundum quid,& à qualitate accidentali. Verum tale accidẽtale diuiditur poſtea in duo uniuerſalia. Et ita patet, quod differẽtia prædicatur in quale.

Ad argumenta Ad argumenta, cum dicitur; quòd differentia prædicatur in quid, ſiue dicit quid. Dico, quòd non ſufficit, quòd prædicetur in quid: ſed oportet addere, quòd prædicetur in quid per modum ſubſiſtentis: & hoc addito, non currit minor aſſumpta: quoniam licet differentia prędicetur in quid,& dicat eſſentiam, ſeu quidditatem, non tamen eam dicit per modũ ſubſiſtentis; ſed per modum informantis, & qualificantis, & dantis eſſe

Vide Authorẽ formalitatum. ſimpliciter. Sed contra hoc arguit Doctor: quo-

Contra arguit doctor. niam uidetur repugnantia, quòd aliquid dicat quid, ſed non per modum quid, ſed per modum

Solutio doctoris clara. qualis, ergo eſt repugnãtia. Soluit Doctor,& clarè, ita dicendum eſt, quòd ibi non eſt repugnan-

Repugnantia & oppoſitio habent fieri circa idem. tia, qa repugnãtia & oppoſitoi habent fieri circa idem. Et ſic non eſt in propoſito: quoniam quid benè opponitur quid: & quale benè opponitur quali: ſed quid non opponitur quali, nec quale

Ariſt. in prædicamentis. opponitur quid. Propterea benè dixit philoſophus. Differentia prędicatur in quale quid; quia ipſe benè nouit nullam eſſe oppoſitionem.

Secundo arguitur. Arguitur ſecundo ſic. ſi differentia prędicatur in quale, ergo eſt qualitas; cõſequens eſt falſum, quo-

quoniam accidens eſt poſterius ſubſtantia. Differentia enim eſt prior ſpecie, ſicut pars eſt prior ipſo toto. Ad hoc argumẽtum Doctor ait, quòd qualitas æquiuocè dicitur de qualitate ſimpliciter, & de qualitate ſecundum quid. Nam dicitur de qualitate, quæ eſt forma ſubſtantialis, & de qualitate, quæ eſt genus generaliſſimum. Si igitur tu intelligis in conſequente de qualitate, quæ eſt genus generaliſſimũ, benè in ꝓpoſito cõſequẽs eſt falſum: ſi aũt tu intelligis de qualitate eſſentiali, cõſequẽtia ſequit, & cõſequẽs eſt uerũ.

Qualitas æquiuocè dicit de qualitate ſimpliciter, & de qualitate ſecũdum quid.

Arguitur tertio ſic. ſi differentia per te prædicatur in quale, ergo prædicatur denominatiuè, conſequens eſt falſum: quia illud, quod prędicatur denominatiuè, dicit aliam naturam à ſubiecto: differentia autem non dicit aliam naturam a ſubiecto, ergo non prædicatur denominatiuè. Præterea prædicatur uniuocè, ergo non denominatiuè: antecedens eſt philoſophi in prædicamẽtis: conſeqnentia patet, quia prædicari uniuocè, & denominatiuè ſunt modi oppoſiti, ut patet in ante prædicamentis.

Arguitur tertio

Cap. de ſubſtãtia.

Ad tertium argumentum. Doctor dat duas reſponſiones. Prima eſt, quòd arguit ab inſufficiẽti, quia oportet addere in antecedente, quod prædicari in quale dicat aliam naturã ab eo, de quo prædicatur: ſed hoc eſt falſum: quia differentia non dicit aliam naturam à ſpecie, de qua prædicatur. Secundò reſpondet, concedendo conſequẽtiam, & negando antecedens. Nam accepto quali accidentali in antecedente, bene ſequitur conſequentia: cum dico, prædicatur in quale accidẽtali, ergo prædicatur denominatiuè, iſta conſequentia eſt bona: ſed antecedens non eſt uerum, quia differentia non prædicatur in quale accidentale, ſed in quale eſſentiale. finis.

Scotus dat duas reſponſiones.

QVAE

DISPVTAVIT Doctor ſupra, an diffinitio differẽtiæ ſit conueniẽter data? & dictum eſt ſupra, fuiſſe optimè datam intelligendo illam datam fuiſſe de differentia intermedia. Nunc uerò Doctor laborat in declarando particulas poſitas in diffinitione differentiæ: & eundem ordinem obſeruat in diſputando: quem Porphy. obſeruauit in dicendo. Fuit autem data à Porphy. una diffinitio differentiæ, quòd ipſa eſt, qua differunt à ſe ſingula. Verum iſta difnitio fuit moderata per appoſitionem quarundam partium: differentia eſt qua differunt à ſe ſingula, & conducit ad eſſe, & eſt pars eſſentialis ſpeciei. Porphy. uerò uolens exemplificare, quomodo differentia diuidit, ſepa rat, & diſtinguit. Dixit, ſumus enim animalia rationalia, & irrationalia: ſed rationale diſtinguit nos ab irrationalib. Mortale uerò appoſitũ nobis ſeparat nos à Dijs. Doctor igiť reſpiciens ad exemplum Porphy. & circa hanc datam diffinitionem quartam de differentia: Quęrit, an mortale ſit differentia diuiſiua animalis rationalis & conſtitutiua ipſius hominis. Vbi aduertatis, quòd quæſtio unum ſupponit, & alterum quærit: ſupponit enim animal rationale eſſe genus ad imaginationẽ Porphy. Et quęrit, an mortale ſit differentia diuiſiua huius generis, & conſtitutiua ſpeciei. Vbi eſt notandum, quòd ibi tanguntur duæ proprietates ipſius differentiæ; quarum una eſt diuidere genus: altera uerò conſtituere ſpeciem. Tertia ſequitur ad has duas, conſtitutam ſpeciem diſtinguere.

Scotus laborat in declarando

Arguit ad partes, & primò autoritate Porph po-

Arguit ad partes.

ponentis mortale eſſe differentiam diuiſiuam generis, & conſtitutiuam ſpeciei.

Ad oppoſitum eſt rei ueritas. Vbi eſt notandũ quod Doctor in illa parte apponit ſex rationes per quas probat intentum, & concluſionem ſuam. Vbi vult probare duo. Primo vult oſtẽdere, quòd animal rationale non ſit genus. Secundo uult oſtendere, quod mortale non ſit differẽtia Et primo probat primum ſic: omne genus prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid: hæc eſt diffinitio data à Porphy. & ſuperius declarata à Sco. ſed animal rationale non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid, ergo non eſt genus: probatur minor; quia ſi prædicaretur de pluribus differẽtibus ſpecie, prædicaretur de intelligentiis: ſed non prędicatur de illis probatur, quoniam intelligentiæ non ſunt animalia: probo ſic, omne animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, nulla intelligentia eſt ſubſtã tia animata ſenſibilis, ergo nulla intelligentia eſt animal. Et ita patet, ꝙ animal rationale non eſt genus: quia ei nõ cõpetit diffinitio generis. Item mortale. Ibi Doctor incipit probare quinque rationibus, quod mortale non eſt differentia. Et primo arguit ſic. omnis differentia conſtituens ſpeciem ſumitur à forma, ſicut dictum eſt in quæſtione præcedenti: ſed mortale non ſumitur à forma, ſed à materia, cum inſequatur conditionem materiæ, Nam ipſa eſt, qua res poteſt eſſe, & non eſſe. 7. Meta. Addit tamen Doctor unum hic, quod hoc eſt uerum de materia contracta, non autem de materia in communi; quoniam materia in communi non eſt niſi principium remotum, quo res poteſt eſſe, & non eſſe. Principium autem propinquum, quo res poteſt eſſe & non eſſe, eſt materia contracta. Hanc di-

Ad oppoſitum

Probat aĩal rationale non eſſe genus, & mortale non eſſe differentiã

Intelligentiæ non ſunt Animalia.

Quinque rationibus probat Scotus ꝙ mortale non ſit differentia.

Septimo Meta. contex. 22.

Scotus tertio ſenten. diſt. 22.

ſtinctionem ponit Doctor. Et iſta materia contracta, & indiuiſibilis non poteſt eſſe pars diffinitionis ſecundum Sco. nec pars quidditatiua rei: patet igitur prima ratio. Secundò arguitur ſic: omnis differentia diuiſiua generis, & conſtitutiua ſpeciei, primò ineſt ipſi ſpeciei, & poſtea ſuis indiuiduis: & ſic rationale primò ineſt homini, & ſecundò Franciſco, & Conſtantio: ſed mortale nō primo ineſt ſpeciei: ſed primo ineſt indiuiduis, ut patet per Ariſt. in proœmio primæ philoſophiæ. Nam actus, & generationes ſunt circa ſingularia. Franciſcus autem per ſe ſanatur homo uerò per accidens. Præterea arguitur ſic: omnis differentia eſt prior ſua ſpecie, uel ſaltē ſimul cum ea, patet, quia pars eſt prior ſuo toto, & cum differentia habeat rationem partis, erit prior ipſa ſpecie; ſed mortale non eſt prius ſpecie, ſed poſterius: patet, nam prius homo eſt natus diſſolui pugnantibus ad intra qualitatibus, quam actu malignantis mortis officio diſſoluitur. Mors autem interimere non poteſt niſi genitum; iuxta illud, omnia orta occidunt, & aucta ſeneſcunt. cum differentia ſit prior, & mortale poſterius, non poterit habere rationem differentiæ. Præterea omnis differentia ultimā cō uertitur cum diffinito, ut patet, mortale non conuertitur cum diffinito, ergo non eſt differentia. Arguitur ultimò ſic; differentia conducit ad eſſe, & eſt pars rei, ut manifeſtum eſt. nullum mortale conducit ad eſſe, ſed deſtruit omne eſſe; Neque eſt pars rei. ergo ſequitur quod non eſt differentia.

In proœmio Actus & generationes ſunt circa ſingularia.

Mors non poteſt interimere niſi genitū. Dictum Salomonis.

Vltimo arguitur.

His rationibus motus Doctor ponit duas cōcluſiones; quarum prima eſt, quod animal rationale non eſt genus. ratio eſt, quia non habet rationem generis. Altera concluſio eſt, quod mortale

Scotus ponit duas cōcluſiones.

tale

tale non eſt differentia diuiſiua prænominati generis, nec conſtitutiua ipſius hominis propter ſex rationes, quas poſuit ad partem oppoſitam.

Ad Porphy. in hac parte Doctor reſpondet ad argumentum. Et primo inducit rationem aliorum, qui dicunt, quod Porphy. in illo loco loquitur ſecundum opinionem Platonis: quoniã Plato poſuit intelligentias eſſe animalia rationalia. Motus autem fuit ad dicendum hoc, quia diffinitio animalis competebat intelligentiis. Nam hæc eſt diffinitio animalis ſecundum Platonem. Animal eſt ſubſtantia ſe mouens motu uoluntario: ſed quælibet intelligentia mouet ſe motu uoluntario, ergo eſt animal.

Scotus reſpondet ad argumẽtum.

Definitio Animalis ſecundũ platonem.

Scotus arguit contra hanc reſponſionem, & uult, quòd Porphy. non loquatur ſecundum mẽtem Platonis. Hoc patet ex tribus rationibus, ſeu locis Porphy. Primò in proteſtatione ad ſolutionẽ, quam facit in proœmio, ubi pollicitus eſt uelle loqui in hoc opere iſagogico tantum ſecundum mentem Peripateticorum, & non Platonis. Secundo patet ex arbore, quam ſibi conſtituit cap. de ſpecie: & idem confirmat capitulo de differentia: ubi in coordinatione eorum, quę ſunt in genere ſubſtantiæ diuidit corpus animatum per ſenſibile, & inſenſibile, & ſub corpore animato locauit animal, per hoc intuens Doctor ait; quod Porphy. uoluit deſcendere in hanc ſpeciem per alteram harum differentiarum diuiſarum, & hunc ordinem etiam obſeruat Ariſtoteles.

Scotus arguit contra hanc reſponſionem.

Præterea per illud genus diffinit animal, & per illas differẽtias, ergo hoc eſt ſignum, quòd Porphyrius loquutus eſt ſecundum mentem philoſophi, & non Platonis. Aduertatis circa hoc,

Porphyrius loquitur ſecundum mentem Ariſt. & non ipſius Platonis.

quod in hoc eſt maxima difficultas. An intelligentiæ ſint animalia, & rationem ſubeant materiæ. In hoc Auguſtinus ſequitur Platonem ſupra Geneſim: & etiam in libro de mirabilibus ſcripturę, in quibus locis uult, quod ex informi materia uiſibilia, & inuiſibilia produxit. Hæc eſt opinio Diui Bonaueuturæ in ſecundo, & Alexandri, & Auicebron philoſphi in libro fontis uitæ. Iſta tamen opinio apud Peripateticos eſt purum figmentum. Poteſt igitur concedi. Ibi Doctor apponit aliam reſponſionem, quæ eſt, quòd in ea parte loquitur porphy. ſecundum mentem uulgi ſequentis ut plurimũ imaginem, quæ imago non aſcendit ad ſedem inſenſibilium: & ideo communiter decipit; & quandoque decipitur. Aduertatis ibi uerba Doctoris, cum dicit, communiter, Nam nihil accipimus communiter, niſi per aliquam ſpeciẽ imaginatiuam: uel ſecundum aliquem gradum ſpecialẽ reuelationis. Præterea aduertendum eſt illud, quod dicit, quòd imago communiter decipit. Hoc pro tanto aſſerit, quia quandoque imaginatio commiſcetur cum ueritate. Fictitiũ autem eſt ſecundum philoſophum credere imaginationi: & præſertim imaginationi ipſius uulgi: quam imaginationem uulgi ſequebatur hic Porphyrius: ſed cum ipſe ſit ſapiens, quare inſequitur opinionem uulgi? Excuſat eum Scotus, quia loquebatur rudibus, & iunioribus, qui non erant capaces ſublimium imaginationum, & conſiderationum. Hoc autem patet ex uerbo Porphyrij. in principio huius, cum hunc libellum direxit Chriſaorio ſuo, qui iunior erat, & ingenio rudis. Quærebatur an mortale ſit differentia diuiſiua animalis rationalis tanquam generis, & conſtitutiua ipſius hominis tanquam ulti-

Auguſtinus ſequitur platonẽ Ex iformi materia uiſibilia & inuiſibiia. Deus produxit

Hæc erat imaginatio Vulgi, tamen ipſe plato non fuit huius opinionis.

Imago cõmuniter decipit.

Porphyrius excuſatur a Scoto.

Griſaorius iuuenis, & ingenio rudis.

ultima? Fuit tandem concluſum ſex rationibus, quòd nec animal rationale eſt genus; nec mortale eſt differentia diuiſiua ipſius animalis rationalis, & conſtitutiua ipſius hominis.

Fuit autem in hac quæſtione introducta autoritas Porphy. quæ fuit expoſita. Nunc uerò ſupereſt reſpondere ad rationes, quæ hanc motã quæſtionem faciunt de ueritate ſuſpectam: Ratio formetur ſic. Omni differẽtiæ non ultimę addenda eſt ultima, per quam non ultima ponatur in actu perfecto: hæc de ſe patet. Nam ſequeretur inconuenẽs, quod ſi non ultimo nõ adderetur ultimum, ordinatum ad iſtud nunquam attingeret illud, ſed rationale eſt differentia non ultima, ergo ei debet addi ultima: & ultimã addendo, commodior dari non poteſt niſi mortale, ergo mortale erit differentia diuiſiua animalis rationalis, & ultima conſtitutiua ipſius hominis: probo minorem, quoniam omnis differentia ultima conuertitur cum diffinito: ſed rationale non conuertitur cum homine, ergo maior patet: & minor probatur, quia omne illud quod conuenit homini, & aliis ab homine, non conuertitur adæquatè cum homine: ſed rationale conuenit homini. & omnibus intelligentiis, & prǽſtantiori modo, quæ ſunt aliud ab homine. ergo. Primum argumentum.

Ad iſtud argumentum Doctor inducit unam euaſionem, & eſt, quòd rationale æquiuocè conuenit intelligentiis, & nobis. Et ita rationali accepto pro uno ſignificato æquiuoci, conuenit præciſè homini, & conuertitur adæquatè cum ipſo homine. Contra hanc euaſionem arguit Doctor per dictum Philoſophi ſecundo de Anima. Quòd potentiæ diſtinguũtur per actus, actus uerò per obiecta, ſic enim proferendo hãc Contra euaſionem. Secundo de Anima cõtex. 33. & 37.

autoritatem non facit ad propoſitum argumenti:ſed oportet eam ſumere per oppoſitum, arguendo ab identitate obiecti ad identitatem potentiarum. ſicut in angelis, & in hominibus eſt idem obiectum, ſaltem genere;patet,quia quidditas rei materialis eſt obiectum utriuſque potentiæ, ergo eadem potentia & uniuoca. Et ita rationale non erit æquiuocum nobis,& Diis.

Idem obiectũ in Angelis & in hominibus ſaltem genere.

Arguitur ſecundo.

Præterea arguitur ſecundò;ſi rationale eſt ultima hominis differentia per ſe, ergo irrationale erit ultima differentia conſtitutiua alterius ſpeciei; & ita ſicut ſunt duæ differentiæ ipſius animalis;duæ erunt ſpecies in uniuerſo: probatur, quoniam differentiæ diuiſiuę generum ſunt conſtitutiuæ ſpecierum; & ita hoc dato mundus eſſet imperfectus, & tolleretur decor uniuerſi, in quo ſunt multæ ſpecies animalium. Doctor reſpondendo ad hæc argumenta, ita ſe habet, quòd primo ſoluit primum; ſecundò ſecundum. Verùm ſoluendo argumentum primum introducit egregiam diſputationem per multas, & uarias replicas ſubtiliter arguendo, & reſpondendo. Et ita ad primum argumentum, & aſſumit, & ſubſtentat illam reſponſionem primam datã ad argumentum, quæ erat, quod rationale eſt æquiuocum nobis, & intelligentiis. Huiuſmodi autem æquiuocis Doctor aſſignat duas cauſas, quarum una eſt, quoniam intelligentiæ intelligunt per ſpecies innatas, ſiue concreatas. Vnde intelligatis bene Doctorem hic,quòd ipſe intelligit de ſpeciebus innatis communibus, & uniuerſalibus, & non de ſpeciebus particularium: quia in cognitione particularium non poſſunt proficere, ſicut habet Sco.& quia intelligentiæ intelligunt per ſpecies innatas, non indigent ſenſibus, neque ſpeciebus mendicatis à ſenſi-

Reſponſio.

Prima cauſa æquiuocationis. Quomodo intelligentiæ intelligant.

Scotus in 2.diſtin.3.q.2.

ſenſibus. Propterea illa propoſitio, quam meminit philoſophus primo Poſt. omnis doctrina,& omnis diſciplina &c. non habet locum in angelis. Nam illa propoſitio uult habere intellectũ coniunctum mendicatam habere cognitionem à ſenſibus. Intellectus autem noſter coniunctus, cum non habeat ſpecies concreatas, quoniam in exordio ſui eſt tanquam tabula raſa tertio de Anima. Intelligit per ſpecies acquiſitas,& mendicatas à ſenſibus. Propterea indigent ſenſibus, ideo propoſitio philoſophi locum habet in intellectu noſtro, intelligere per ſenſum, & ſine, cum non ſit eiuſdem rationis, cauſabit æquiuocationem in nobis,& in intelligentiis. Secunda cauſa ęquiuocationis eſt, quoniam intelligentiæ intelligunt complexa ſine diſcurſu, quia in complexis propriè eſt diſcurſus, dixit complexa propter incomplexa, in quibus non eſt diſcurſus: ſed bene eſt ordo. Et ita angeli intelligunt ſine diſcurſu: nos autem cum diſcurſu, & tempore. Intelligere autem ſine diſcurſu, & cũ diſcurſu eſt alterius, & alterius rationis: & ita cauſat æquiuocationem. Propterea concludendum, eſt rationale æquiuoce conuenire nobis, & intelligentiis.

Primo poſt. cõ tex. 1.

Anima creať nuda ĩ ſua creatione ideſt ſine ſpeciebus & actibus.

Tertio de Anima contex. 14.

Secunda cauſa æquiuocationis.

Angeli non diſcurrunt, niſi diſcurſu ĩperceptibili, nõ diſcurſu temporis, ſed natura.

Contra. Ibi Doctor arguit contra hanc æquiuocationem, quam paulò ante poſuit Doctor; quia illa æquiuocatione poſita de rationali ſequitur unum inconueniens, quòd irrationale eodem modo erit æquiunocum. probo conſequentiam: quia quot modis dicitur unum oppoſitorum, tot modis dicitur & reliqnum: ſed rationale,& irrationale ſunt oppoſita: rationale eſt æquiuocum, ergo & irrationale etiã erit æquiuocum, ergo hæc propoſitio uno modo, ideſt ad unum ſenſum erit uera, intelligentia eſt

Scotus arguit contra hanc æquiuocationẽ.

irrationalis, quod uidetur inconueniens. Prçterea arguo ſic ex ratione æquiuocorum, quoniam çquiuocis ſola uox eſt communis: ſed intelligentia, & homo ſunt æquiuoca ſub rationali, ergo intelligentiis, & hominibus ſola uox erit communis: ſed cum nos ſimus intelligentes ſecundum rem, & realiter, ergo angeli erunt tantum intelligentes ſecundum uocem, & nomen Ad has inſtantias Doctor ordinate reſpondet. Et primo ad primam dat duas reſponſiones; & primo dicit, quòd non eſt inconueniens ponere hãc æquiuocationem de rationali: & ideo quia tu ſcis, quod çquiuoco non eſt reſpondendum ſine diſtinctione, ideo præmiſſa diſtinctione dicit Doctor, quod hæc propoſitio in uno ſenſu eſt uera, intelligẽtia eſt irrationalis. Alio modo reſpondet Doctor, quod reſpõdendum eſt ſimpliciter, & ſine diſtinctione: ratio eſt, quoniã irrationale tantum opponitur rationali, ut rationale eſt differentia diuiſiua animalis, & conſtitutiua hominis: & rationale non opponitur irrationali, ut rationale conuenit intelligentiis, & conſtituit ſpeciem intelligentiæ. Et tunc hæc ſimpliciter eſt concedenda tanquam falſa, homo eſt rationalis: & iſta ſimpliciter eſt concedenda tanquam uera, bos eſt irrationalis.

Reſponſio.

Nota has tres propoſitiones.

Aduertendum eſt (domini) circa has tres propoſitiones, qa ſunt nimis ponderandæ. Intelligẽtia eſt irrationalis. eſt uera. hõ eſt rationalis; eſt falſa: bos eſt irrationalis, eſt uera. Ratio primæ propoſitionis eſt propter hoc, quoniam irrationale opponitur rationali, ut eſt differentia (ut dictum eſt) diuiſiua animalis, & conſtitutiua hominis: & ſic ſignificat hominem rationalem, intelligentem, cum ſenſu, & tempore. Modò rationale ſic ſumptum non conuenit angelis: quia angeli

Angeli non intelligunt cum ſenſu.

non

non intelligunt cum ſenſu,& diſcurſu,& tempore (ut dictum eſt) ſed omnino repugnat: propterea ut ſic hæc propoſitio eſt uera, intelligẽtia eſt irrationalis, ſic reſoluendo, ideſt, intelligentia non eſt rationalis cum tempore,& diſcurſu:& ita ly in tenetur negatiuè in propoſito: & ut eſt negatio propoſita eſt genus. ſecunda propoſitio eſt falſa propter hoc, quoniam rationale ex parte prædicati ſignificat, quod ſit ſine diſcurſu; hoc autem eſt falſum: quia homo intelligit cum diſcurſu,& tempore, ut dictum eſt. Tertia uerò propoſitio immediatè declarabitur. Et ita patet ueritas illarum propoſitionum in ſenſu, quo ſunt ueræ, & in quo ſunt falſæ.

Contra. Protulit Doctor, in ſoluendo primam inſtantiam, unam propoſitionem, quæ erat hæc, bos eſt irrationalis, eſt propoſitio uera. Arguit cõtra hoc,& uult per noua argumenta falſificare hanc propoſittionem,& oſtẽdere, quod eſt falſa, ſic, omne priuatiuum eſt aptum natũ habere habitnm; patet hæc, quia priuatio dicit diſpoſitionem in ſubiecto apto nato: ſed irrationale eſt nomen priuatiuum, ergo eſt aptum natum habere rationem: ſed irrationale dicitur de boue, ergo. quandoque bos habet rationem:& ita quandoq; loquetur, ſicut accidit Sarnano ruſtico terram aranti, qui cum ſtimularet, & pungeret ſtimulo bouem, bos reuerſus ad dominum ſuum, ait, uæ tibi Sarnano. Et ita bos quandoque diſputabit, cũ habeat rationem, per quã poſſet diſputare. Cum hæc igitur ſint impoſſibilia, illa propoſitio erit falſa, bos eſt irrationalis. Circa hanc inſtantiam Doctor ita procedit, quòd dat duas reſponſiones multum mirabiles. Et antequam ponat ſecundã reſponſionem, obijcit contra primam, & ſoluit Prima ſolutio eſt hæc, quòd irrationale non eſt

Contra.

Id quod accidit ſarnano patriæ meæ.

Mirabiles reſponſio.

nomen

nomen priuatiuum, ita quòd ly in non tenetur priuatiuè, ſed negatiuè: & ita eſt ibi negatio, & non priuatio. Contra hoc arguit, ſi tu mihi concedas, quod ly irrationale nō ſit priuatiuum, ſed negatiuum: tunc ſequuntur duo incōuenientia. Primum, quod irrationale non eſt diuiſiua generis, & animalis: probo, quia excedit ipſum animal, nam prædicatur de quocunque alio ab animali, cum teneatur negatiuè: ſequitur etiam ſecundum inconueniens, quod differētia ſuperior non diceretur per ſe de inferiori, nec includetur in intellectu, & conceptu differentiæ inferioris, ſi tantum mihi dicat negatiuum: probo, nullum poſitiuum includitur in eo, in quo eſt puta negatio: quia tunc ex negatiuo, & poſitiuo fieret vnū per ſe, quod eſt impoſſibile: ſed ſenſibile, quod eſt differentia ſuperior, eſt poſitiuum, & irrationale per te dicit negationem, ergo nec ſenſibile dicetur de irrationali, nec includetur in eo. Reſpondet ad utrumque ſimul: & primo dicit, quod duplex eſt negatio, quædam eſt negatio in genere, & quædam extra genus: ſtante hac diſtinctione; applicat Doctor ſic, quòd irrationale benè dicit negationem, ſed non dicit negationem extra genus, quia ſic currerent argumēta: ſed dicit negationem in genere: & ſic irrationale poteſt eſſe differentia diuiſiua animalis.

Contra hoc arguit.

Duplex negatio.

Pro intelligentia huius, quod dictum eſt, eſt notandū illud quod ſcribit Sco. in primo. Quòd triplex eſt negatio: quædam eſt negatio extra genus: quædam in genere; & quædam eſt negatio priuans. Prima negatio, quę eſt extra genus, eſt illa, quæ negat omnem entitatem, & nihil ponit: & ſic negatio ſumitur in primo principio, cū dicitur, de quolibet eſt affirmatio, uel negatio, & de nullo ambo ſimul. Siue de quolibet eſt, uel non

Triplex negatio uide Scotū in primo diſt. 18. q. 2.

Prima negatio

non eſt. Ibi ly non eſſe, eſt negatio extra genus. Secunda negatio in genere eſt illa, quæ aliquid ponit in eo in quo fundatur, ut rationale negatum, ſeu negatiuè tantum præſupponit ſubiectum negatum, & differt à negatione priuante per hoc; quia negatio in genere nõ ponit aptitudinem in eo in quo eſt, ſicut priuatio. Tertia negatio priuans eſt illa, quæ aliquid negat ab aliquo, ponit tamen aptitudinem ad eſſendum, ſicut cęcitas negat formam, ſcilicet, cęcitatis, cũ aptitudine ad uidendum. Priuatio enim præſupponit aliquod ſubiectum naturaliter ordinatum ad formam oppoſitam priuationi: Exemplum, ut cęcitas præſupponit oculum naturaliter ordinatum ad uiſum: ſed negatio extra genus nihil præſupponit, & prædicatur de ente, & non ente: ſed negatio in genere requirit, uel præſupponit ſubiectum; ſed non oportet, quod tale ſubiectum ſit ordinatum naturaliter ad formam priuatam, ut paries eſt non albus.

Secuuda negatio. Tertia negatio Exemplum.

Ex his omnibus bene declaratis habemus ſolutionem ad primam inſtantiam: quòd cum irrationale dicat priuationem in genere, quæ præſupponit ſubiectum, & poſitiuũ, poterit eſſe differentia diuiſiua animalis, & de ea poterit ſuperior dñ̃a prædicari. Vel poteſt concedi. Ibi ponit reſponſionem, propter ſecundam probationem factam ante, dicendo, quòd irrationale non eſt propria differentia formaliter loquendo. probo. quia omnis differentia ſumitur ab aliqua forma ſpecifica: & diuerſarum ſpecierum diuerſæ ſunt formæ. Modò non ſumitur ab aliqua forma: & ideo propriè non poteſt eſſe differentia. Aliter poteſt dici ad primam obiectionem. Aduertatis hic, quòd hæc pars citat illam partem, ubi dicitur, contra priuatiuum nihil propriè dicitur.

Nota.

Fuit

Fuit enim argumentum hoc factum; omne priuatiuum eſt aptum natum habere habitum: ſed irrationale eſt priuatiuũ: maior iſtius argumẽti fuit cõceſſa, ad minorẽ fuit data hęc prima rñſio, ꝙ irrationale nõ eſt nomẽ priuatiuũ, ſed dicit negationẽ in genere. Modò Doctor in hac parte uult dare aliam reſponſionem, in qua concedit quod irrationale eſt nomen priuatiuum: & dicit, quod priuatiuum eſt duplex, quoddam priuat actum, & relinquit aptitudinem; quoddã ꝙ priuat aptitudinem ſecundum ſpeciem, & relinquit aptitudinem ſecundum genus. Modò ad propoſitum, rationale dicit aptitudinẽ: irrationale priuat hanc aptitudinem ſecundum ſpeciẽ & relinquit aptitudinem ſecundum genus: exẽplum eſt de talpa. Nam cæcitas in talpa tollit aptitudinem ſecundum ſpeciem; quia nulla talpa inquantum talpa eſt, eſt nata uidere: relĩquit tamen aptitudinem ſecundum genus: quia talpę inquantum animal non repugnat uidere. Ad propoſitum, dico, quòd irrationale tollit aptitudinem ſecundum ſpeciem, ideſt, quia bos nõ eſt aptus natus inquantum bos eſt, eſſe rationalis, inquantum animal autẽ eſt, ei nõ repugnat.

Scotus. Dat aliam reſponſionem.

Priuatiuũ duplex.

Talpæ inquantum animal nõ repugnat uidere.

Pro intelligentia iſtius ſolutionis eſt notandũ; quòd quadruplex eſt genus priuationũ Quędam eſt priuatio ſecundum indiuiduum, ut catulus cecus ante nonum diem, eſt tamen aptus natus uidere Quædam eſt priuatio ſecundum ſpeciem, ut homo cęcus natus eſt uidere, non tamẽ hic homo, licet bene inquantum homo. Quædam eſt priuatio ſecundum genus, ut talpa eſt nata uidere inquantum animal non tamen inquantum talpa. Quædam eſt priuatio ſecundũ trãſcendens, ſicut ſubſtantia independens Modò ly irrationale eſt priuatio ſecundum ſpeciẽ.

Quadruplex ẽ genus priuationum.

Præ-

Præterea eſt notandum adhuc, quod eſt quadruplex priuatio. Quædam priuat perfectionem in eo, in quo eſt, ſicut ignorãtia reſpectu ſciẽtię. Quædam priuat perfectionem ſecundum quid, ut inanimatum reſpectu animati. Et quędam tollit imperfectionẽ, vt incorruptibile, ſiue immortale reſpectu corruptibilis, & mortalis. Quædã priuationes ſunt, quę priuant illa, quę neque perfectionem, neque imperfectionem dicunt, ſicut ingenitum, quod priuat generationem, quæ nec perfectionem, nec imperfectionem dicit formaliter. Irrationale autem imperfectionem ponit, quia rationem priuat ſecundum ſpeciem (ut dictum eſt) Et ita patet inſtantia cum ſuis ſolutionibus. Quadruplex priuatio.

Ad aliud de ratione æquiuocorũ. In ea parte Doctor redit ad ſoluendum illud argumentum, quod remanſit ſupra, ibi. Item ęquiuoca ſunt quorũ &c. Ibi probauit Doctor, quòd data ęquiuocatione de rationali ſequeretur hoc inconueniens; quod nos eſſemus rationales ſecundum rem: Intelligentiæ uerò ſecundum nomen. Reſpondet ad hoc Doctor, & ait, quòd licet uerum ſit, quòd ſignificatis, ſiue æquiuocis ſola uox ſit communis: tamen ſumpta uoce pro uno ſignificato, utrunque æquiuocum, ſiue æquiuocatum eſt uniuocum ſignificans aliquid determinate; Declaro ſic. Nam licet intelligentiis, & hominibus hæc uox ſit tantum communis, quod dico rationale, ſumpta tamen hac uoce, hoc dico rationale pro uno ſignificato, ut puta pro intelligentiis: dico tunc quòd eſt uniuocum, & idẽ dicendum eſt de hominibus. Et hoc ſignificatũ rationale, dicit Doctor, nobiliori modo ineſt intelligentiis, quàm inſit nobis: ratio eſt, quia illis ineſt ſine diſcurſu, & per ſpecies innatas: no- Reſponſio Doctoris.

bis

bis uerò cum dicurſu, & per ſpecies adeptas.

Ad illud quod primò obiectũ fuerat,fuerat.n. argumentatũ, & dictũ in principio quæſtionis, quòd rationale æquiuocè ineſt intelligentiis, & nobis.Fuit obiectum, & argumentatũ contra hoc per philoſophum in ſecundo de Anima. Arguendo ab identitate obiectorum, ad identitatem actuum; & ab identitate actuum ad identitatem potentiarum. Cum identitate potentiarum autem non poteſt ſtare æquiuocatio: & ita concludebat,quod rationale non æquiuocè,ſed uniuocè competebat intelligentiis,& nobis.Ad hoc argumentum Doctor concedit dictum philoſophi, & dicit eſſe uerum: quòd potentiæ diſtinguuntur per actus,& actus per obiecta.Verũ Sco.gloſat hanc propoſitionem in Quolibetis, & alibi ſæpè: quod diſtinctio potentiarum per actus,& per obiecta eſt per extrinſeca. Vnde potentiæ poſſunt diſtingui, & ab intrinſeco, & ab extrinſeco: ab intrinſeco ſe ipſis formaliter diſtinguuntur, quemadmodum de relationibus loquitur Doctor in primo Senten. Videte ibi. Diſtinguuntur etiam per extrinſeca,ue dictum eſt.Vnde diſtinctio per actus, & per obiecta non eſt diſtinctio totalis,pręcisè, & adęquatè: quia poſſunt diſtingui per diuerſos modos operãdi; quęmadmodum,dicit Doctor,diſtinguũtur ſenſus particulares,& communes.Nã licet illa,quę intelligunt, & apprehendunt ſenſus particulares,apprehendit ſenſus communis..tñ alius eſt modus apprehendẽdi particulariũ:& tamen idẽ obiectum apprehenditur ab utroque.Et ita cum identitate obiecti ſtat diſtinctio, & diuerſitas potentiarum.Ita in propoſito, licet homines,& angeli intelligant idem obiectum:tñ cum identitate obiecti ſtat diſtinctio potẽtiarum,& æquiuocatio.

Secũdo de Aĩa contex. 33. & 37.

Scotus in quolib.q.13.

Potentiæ poſſunt diſtingui ab intrinſeco & ab extrinſeco.

uocatio. Non ergo ſequitur argumentū, eſt idē obiectum apprehenſum ab utraque potentia, ergo potentiæ ſunt eædem: quia non ſolum penes diuerſitatem obiectorum, ſed penes modos operandi diſtinguuntur.

Arguebatur ultimò: quòd ſi rationale ſit ultima differentia hominis conſtitutiua, ergo irrationale per oppoſitum erit altera differentia conſtitutiua alterius ſpeciei, & ita tantum duę ſpecies in uniuerſo.

Vltimo arguitur.

Ad hoc argumentum dicit Doctor, quòd nō oportet concedere, quòd ſi una differentia cum genere conſtituit ſpeciem, ut rationale cum animali conſtituit hominem, quòd etiam alia differentia oppoſita conſtituat alteram ſpeciem: ratio, quoniam una differentia, ut puta rationale poterit eſſe differentia ſpecifica. Altera poterit eſſe differentia ſubalterna, ſicut irrationale (cōceſſo quòd irrationale ſit differentia uera) dicit hoc, quia ſupra tetigit ſecundum unam reſponſionem non eſſe ueram differentiam, cum non ſumatur ab una forma. Hoc autem eſt uerum, dicit Doctor, quoniā eſt oppoſitio perfecti ad imperfectum. In quolibet enim genere entiū uno exiſtente perfecto ſunt multa imperfecta per receſſum ab illo perfecto: ut patet in coloribus. Nam exiſtente uno colore perfecto, ut puta albedine, ſunt multi colores imperfecti, ut fuſcedo, palledo, rubedo, & nigredo, omnes enim præferunt albedinem nigredini (prętèr Indos) ſicut recitat Apollonius Thianeus. Nam Indi nigredinem præferūt albedini. Nam in principio anni Indi ſumunt equum nigrum cum magno auri pondere, & accedunt ad fluuium, in quo demergunt hæc omnia, & ita faciunt ſacrificium nigredini. In genere uerò animalis rationale eſt

In quolibet genere entiū uno exiſtente perfecto ſunt multa imperfecta per receſſum.

Opinio Apollonii Thianei.

perfe-

perfectiſſimum, & ideo per receſſum ab homine multa inueniuntur imperfecta. In hoc tamē receſſu datur latitudo ſecundum Sco. Nam ſimia multum accedit ad hominem, equus, atque elephas. Et ita patet ſolutio ad argumenta.

Vide Scotum in 3.q.prologi.

QVAESTIO XXX.

QVAERITVR Vtrum propriū ſit uniuerſale? continuatio, & ordo huius capituli ad præcedentia capitula, ſatis eſt notus. Nam poſtquam Doctor tractauit quęſtiones de genere, ſpecie, & differentia: ſupereſt in præſentiarū proponere quæſtiones circa proprium, quod eſt quartū uniuerſale, quia p̄dicat̄ in quale accidentaliter conuertibiliter. Propria autem paſſio emanat ex principiis ſpeciei ratione, ut riſibilitas inſequitur ſpeciem hominis ratione formæ, & capacitatis diſciplinæ. Et ideo meritò poſt differentiam tractauit Porph. de proprio tanquā de eo, quod immediatè egreditur à compoſito ratione formę, & differentię. Et quia tractās de fundamento, debet tractare de fundato, & ſecunda intentione. Ideo non tātum debuit tractare de proprio quarto modo ſumpto: ſed etiam de ſecunda intentione applicabili huic proprio: quod quidem proprium eſt uniuerſale, & ſpecies uniuerſalis. Vt autē uideatur ueritas, Sco. mouet quęſtionem pulchram. Vtrum proprium ſit uniuerſale?

Merito poſt differentiam pertractauit de proprio.

Quid ſit uniuerſale, patuit ſupra. Quid ſit p̄prium, patet, quod accipitur quatuor modis in textu. Eſt igitur ſenſus quæſtionis. An proprium quarto modo ſumptum, quod eſt ſecunda intentio, & concretum applicabile proprio fundamenta-

Proprium accipitur quatuor modis.

mentaliter ſumpto, ut puta riſibili, hinnibili & rudibili; ſit uniuerſale, & quarta ſpecies eius? Et ita Doctor intēdit? quærere in hac quæſtione de proprio quarto modo, ut eſt intentio applicabilis illi proprio reali, quod egreditur ex principijs ſpeciei. Et arguit quatuor rationibus, quod proprium non eſt uniuerſale; & primo ſic. Nullum oppoſitum prędicatur de oppoſito, proprium, & commune ſunt oppoſita, ergo commune non prædicatur de proprio: & ita hęc propoſitio uidetur falſa, proprium eſt commune, ergo etiam hęc erit falſa, proprium eſt uniuerſale: patet conſequentia, quoniam à quocunque remouetur commune, remouetur uſe.

Argumentum ante oppoſitū.

Ad oppoſitum eſt ſententia Porphy. Et philoſophi primo Topic. Vnde faciunt hanc conſequentiam: proprium eſt prędicatum, ergo uniuerſale. patet conſequentia, quia omne prædicatum dicitur de pluribus; & ita uniuerſale.

Ad oppoſitum Primo topicorum cap. 3. & 4.

Ad quęſtionem, dicendum. In hac parte Doctor ponit concluſionem affirmatiuam, quæ eſt hæc. Proprium eſt uniuerſale. Hæc concluſio probatur ſic: omne illud, quod prædicatur de pluribus, eſt uniuerſale: patet, qa hic arguitur à diffinitione ad diffinitum; ſed proprium prædicatur de pluribus, ergo eſt uniuerſale: probatur minor ſubiectum prædicatur de pluribus, ergo propriū prædicatur de pluribus: probatur conſequentia: quia proprium eſt conuertibile cum ſubiecto: & ita de tot prædicatur proprium, de quot prædicatur ſubiectum, probo, quòd ſubiectum prædicatur de pluribus; omne ſubiectum demonſtrationis prædicatur de pluribus: probo hanc conſequentiam, quoniam ſubiectum demonſtrationis debet eſſe uniuerſale, ut patet, ergo propriū prædicatur de pluribus. Quarè patet, quòd proprium,

Scotus ponit concluſionem affirmatiuam.

prium, cum prædicetur de pluribus, erit uniuerſale. Intelligendum tamen. In illa parte Doctor ponit unam diſtinctionem de proprio propter duo. Primo propter clariorem ſenſum quæſtionis, & concluſionis poſitę. Secundò propter ſolutionem argumentorum. Propterea dicit, quòd proprium eſt æquiuocum. Nam primo modo poteſt eſſe nomen primæ intentionis: & iſto modo proprium opponitur communi. ſecundo notandum ibi; quod proprium, ut eſt nomen primæ intentionis, poteſt capi pro proprio indiuidui, & pro proprio ſpeciei: exemplum primi, ut hæc domus eſt propria Franciſci: exemplum ſecundi, ut riſibilitas eſt proprium hominis, & ſic concretũ dictum eſt à proprietate. Secundo modo poteſt accipi proprium, pro quanto eſt nomen ſecundæ intentionis, quæ ſignificat intentionem ſecundã & prædicatum conuertibile cum ſpecie, non prædicans eſſentiam ſpeciei. Et tunc Doctor redit ad ſenſum quæſtionis, & ait, quòd accipiẽdo proprium pro ſecunda intentione applicabili alicui conuertibili cum ſubiecto, eſt ſpecies uniuerſalis. Probat Doctor, quia uniuerſale deſcendit in ipſum proprium per differẽtias diuiſiuas eius, per hanc (ſcilicet) prædicari conuertibiliter in quale accidentale.

Proprium eſt æquiuocũ ut eſt nomen primæ intentionis.
Exemplum primi.
Exemplum ſecundi.
Quomodo proprium ſit ſpecies uniuerſalis.

Ad primum argumentũ ait Doctor, quod proprium hic ſumptum bene opponitur communi, & uniuerſali, ut commune eſt res primæ intentionis, non autem ut proprium eſt ſecunda intẽtio. Nam ut ſic propriũ ſtat cum uniuerſali. Dat aliam reſponſionem Doctor ibi, cum dicit. Vel aliter poteſt. Vbi uult, quod proprium, & commune ſunt relatiua; & unum relatiuum dicitur de alio: tamen nõ ſequitur propter hoc, qđ oppoſitum dicatur de oppoſito: quoniam non ſunt oppoſita

Ad argumentum.
Alia reſponſio

poſita niſi reſpectu eiuſdem. Modò ſic non eſt in propoſito. Nam proprium relatum ad diuerſa poteſt eſſe proprium, & commune: quoniam reſpectu ſpeciei dicitur proprium: proprium autem reſpectu indiuiduorum contentorum ſub ſpecie dicitur commune, & uniuerſale, Et ita proprium dicitur de illis indiuiduis ſpeciei, ut de differentibus numero. Et ita patet, quod proprium poteſt eſſe proprium, & uniuerſale.

Arguebatur ſecundò ſic. Nulla intētio ſecunda poteſt uerè prædicari in abſtracto de re primæ intentionis: patet, quia hæc eſt uera, riſibilitas eſt proprietas, ergo proprietas, ſiue proprium non eſt intentio ſecunda, ut dicebatur. Secūdo arguebatur ſic.

Ad ſecundum argumentum ait Doctor, quòd proprietas eſt abſtractum proprij, ut eſt nomen primæ intentionis: non autem, ut eſt nomen ſecundæ intentionis. Et ideo (domini) argumentū præſupponit unum falſum: quia creditis proprietatem eſſe abſtractum proprij, ut illud eſt ſecūda intentio: quod tamen non eſt uerum. Contra. In hac parte uult oſtendere, & inferre, hanc concluſionem eſſe ueram, proprium eſt proprietas: quia ex ueris non niſi uerum. Et ideo proprietas non erit abſtractum primæ intentionis, ut dicit, ſecūdo: quia ſi eſſet abſtractum primę intentionis, nō uerè prædicaretur de concreto ſecundæ intentionis. Argumentum igitur non ſequitur, quia ęqui uocat de proprio: quoniam argumentum procedit de proprio pro prima intentione. Concluſio autem intendit de proprio pro ſecunda intentione: quia ut ſic proprium eſt ſpecies, & uniuerſale cōmune. Vel aliter dicit Doctor probando, quòd proprium, & commune ſunt relatiua, & unum relatiuū dicitur de altero. Arguit igitur ſic in tertia figura: riſibile eſt proprietas, riſibile eſt pro- Contra. Argumentum non ſequitur. Arguit Scotus in tertia figura

 prium,

prium, ergo proprium eſt proprietas: præmiſſæ ſunt ueræ, ergo concluſio uera: ſi concluſio eſt uera, certum eſt, quod non prædicatur proprietas ſumpta pro prima intẽtione, ſed pro ſecunda intione. Præterea ſi proprium ſumptum pro ſecunda intentione eſt concretum; Ego quæro de eius abſtracto: & certum eſt, quòd dari non poteſt, ergo. Ad primam inſtantiam Doctor negat argumentum; quoniam in ea eſt fallacia accidentis. Nam uariatur medius terminus: Et ideo cum dico, riſibile eſt proprietas, ly riſibile in maiori ſumitur ſm eſſe materiale. Cũ aũt dico, riſibile eſt ꝓpriũ ſumit ly riſibile, vt hẽt ẽe cognitũ: & ita uariatur terminus, & ſuppoſitio: propter hoc argumentum non ſequitur. Ad ſecundum, in quo quærebat, ſi proprium eſt concretum, ubi eſt eius abſtractum? Nam Doctor dicit, quòd abſtractum nõ poteſt explicari per unum nomen, ſed explicatur per plura circumlocutiuè: Vnde proprium eſt cõcretum, eius abſtractum eſt intentio proprij.

Riſibile eſt ꝓprium, ſumit ly riſibile ut habet eſſe cognitum.

Proprium eſt concretum, eius abſtractum eſt intentio ꝓprii.

Arguitur tertio ſic. Si genus refertur ad aliqd, ergo ſpecies refertur ad aliquid. Hoc declaratũ fuit ſupra; ſed uniuerſale refertur ad aliquid, & proprium non refertur ad aliquid, ergo ſequitur, quòd non eſt ſpecies uniuerſalis. Vbi aduertas, quòd huius argumẽti minor, habet duas partes: Prima eſt, quod uniuerſale refertur ad aliqd probatur ſic: omne prædicabile refertur ad aliquid, ut puta ad ſubijcibile: omne uniuerſale eſt prædicabile: ergo omne uniuerſale eſt referibile ad aliquid. Secunda pars minoris eſt, quod proprium nõ refertur, & hoc probat dupliciter: quoniam proprium non refertur ad illud, cuius eſt proprium: quia nullum accidens refertur ad ſuũ ſubiectum: quia ſi ſic, omne accidens eſſet relatiuum, quod eſt falſum. Secundò probatur ſic. Illud

lud

lud ſubiectum,cuius eſt proprium,prius naturaliter eſt ſuo proprio: & ita non erunt ſimul natura. Patet igitur,quòd proprium non refertur ad aliquid:& ſic non erit ſpecies uniuerſalis.

Ad hoc argumentum Doctor dat duas reſponſiones. Prima eſt hæc, & eſt pulchra regula,quæ eſt hæc. Si genus alicuius refert ad aliquid,oportet ſpeciem etiam eſſe ad aliquid per ſe, ſed non primo: ſed ita eſt, quòd proprium ſecundum ſuũ genus refertur ad aliquid, quoniam ſecundum uniuerſale, quod eſt genus ipſius proprij refert ad ſubiectũ,ſiue ſubijcibile,ergo ſequit̃,ꝙ ꝓpriũ, qđ eſt ſpecies uniuerſalis,ſub rõne vl̃is, refertur ad ſubijcibile,ſiue ad ſubiectum. Secunda reſponſio poteſt eſſe hic. Aliter poteſt dici. Vbi Doctor uult, quòd proprium non tantum ſub ratione generis refertur ad aliquid : ſed ſecundum rationẽ propriam,inquantum proprium eſt. Nam ſecundum rationem proprij refertur ad ſpeciem, non tamen inquantum ſpecies eſt (quia ut ſic refertur ad ſuum genus) ſed proprium refertur ad ſpeciem, inquantum ſpecies eſt habens proprium. Cum autem probat, quòd non;quoniam accidẽs non refertur ad ſubiectum:ait Doctor, quòd ſubiectum,ſcilicet,fundamentum proprij,ut eſt intentio ſecunda,non eſt ſpecies, ſed res aliqua primæ intentionis,ut riſibile : tamen illud,ſcilicet, riſibile, cui applicatur intentio ſecunda proprij, poteſt eſſe in eo,ſcilicet,homine, cui applicatur intentio ſpeciei.

Ad hoc argumentum dat duas reſpõſiones.

Reſponſio doctoris.

Ad ſecundã probationem dicit Doctor, quòd ſubiectum proprij poteſt conſiderari dupliciter. Primò ſecundum ſe : ſecundo modo, ut eſt habẽs proprium. Et tũc dicit,quòd benè uerum eſt,quod ſubiectum proprij ſecundum ſe conſideratum eſt prius proprio : ſed conſideratum, inquantum eſt

habens proprium, ſic eſt ſimul natura cum eo. Et ita non currit argumentum.

Quarto arguitur.

Arguitur quarto ſic: propriũ manet nullo exiſtente intellectu, ergo eſt ens reale: & ita non eſt ſpecies uniuerſalis: patet, quia non exiſtente intellectu, adhuc triangulus haberet tres angulos æquales duobus rectis, & ſoli, & ſemper. Ad hoc quartum argumentum dicit Doctor, quod quamuis fundamentum proprij ſit in re ex natura rei nullo intellectu negociante: non tamen hæc ſecunda intentio proprij ineſt riſibili abſque intellectus operatione. Idem etiam dicendum eſt de diffinitione proprij, quòd illa non uerificatur de aliquo præter operationem intellectus.

QVAESTIO XXXI.

Primo poſt. cõtex. 1.

IVXTA Inſtituta philoſophi. 2. Poſte. Cum de aliqua re cœperimus diſputare. oportet illud prius ſcire, an ſit illud in rerum natura? Aut ſi actu illud non ſit; quòd ſibi tamen non repugnet aliqua actualis exiſtentia: neque habeat repugnantiam ad eſſendum.

Deinde oportet ſcire, quid illud ſit? ut rectè cõprehendatis naturam, & ſubſtantiam, & quidditatem eius. Diffinitio enim ducit intellectum ad rei quidditatem, & eſſentiam. Hoc præceptum & inſtitutum Peripateticorum, Scotus hic in quæſtionibus perfectè obſeruauit, cum de proprio cœpit diſputare. Nam prius quæſiuit. An proprium ſit uniuerſale? Et uiſo in præcedenti quęſtione, quod proprium eſt uniuerſale. Nunc incipit diſputare, qualis ſit proprij diffinitio? Et an ſit communiter data, & poſita in textu à Porphyr. Et cum hoc ualdè eleganter declarat

Qualis ſit proprii definitio.

parti-

particulas poſitas in diffinitione ipſius proprij.

Quærit igitur Doctor de diffinitione proprii quarti modi. Dicit de proprio quarto modo, & de eius diffinitione: quia proprium tribus aliis modis non diffinitur, ſed deſcribitur. Quarto modo igitur ſolummodo diffinitur. Immo omnes alii modi tractantur, ut habeatur plena cognitio quarti modi. Nam principalis intentio ipſius Porphy eſt diffinire proprium quarto modo conſideratum. Scotus igitur, quia fuit optimus imitator ipſius Porphy. quæſtionem mouet ſupra diffinitionem proprii quarto modo ſumpti. Et ponit eam in forma dicens. Scotus bonus imitator porphyrii.

Proprium eſt, quod accidit omni, ſoli, & ſemper. Et ſequitur, & tunc quærit. An iſta diffinitio ſit conuenienter data?

Termini partim ſunt noti ex dictis, partim ex dicendis in corpore quæſtionis declarabũtur.

Arguit igitur primò ſic, probando, quòd illa diffinitio non ſit bona. Illa diffinitio non eſt bona, in qua non ponitur proprium genus, nec ratio generis loco ſui: iſta propoſitio patet: quoniam omnis diffinitio conſtat ex proprio genere, & ex propria differentia: & ideo cum una aliqua iſtarum conditionum deficit, meritò ergo uenit redarguenda; ſed in diffinitione hac proprii non apparet genus, nec ponitur ratio generis loco eius, ergo non eſt bona.

Ad oppoſitum eſt Pophy. in litera, qui nobis tanquam utilem, & conuenienter datam reliquit. Et ita remanet quæſtio pro utraque parte dubia. Ad oppoſitũ.

Doctor circa hanc quæſtiunculam primò ponit conclusionem ſuam affirmatiuam, & declarat partes diffinitionis eſſe benè poſitas. Secundò per ſolutionem argumentorum aureum do-

cumentum notandum apponit:ſecunda ibi. ſciē dum eſt autem. Concluſio reſponſiua ad quæſtionem,& concluſionem affirmatiuam,eſt hæc. Diffinitio proprii poſita à Porphy. in textu eſt conuenienter data: probatur ſic hæc concluſio. Illa diffinitio eſt conuenienter data,in qua poni tur proprium genus, & propria differentiæ, iſta eſt huiuſmodi, ergo.maior eſt nota, minor probatur. Et primo probat, quomodo ponatur genus:& uidete mirabile ingenium iſtius uiri. Nā quandocunque poſſumus loco diffiniti apponere diffinitionem, tunc diffinitio redditur luculentior,& notior.Notius enim eſt,& intellectui noſtro utilius in diffinitione alicu ius uti diffinitione generis, quàm ipſo genere.Ita patet in propoſito. Nam Sco. hoc genere dicendi eſt uſus hic:quod autem ſit uerum,accipit hoc Sco. & trahit ex illo uerbo Porphyrij(Accidit.) Nam per illud uerbum habetur ratio prędicati,& modus prædicandi,ſcilicet, prędicari in quale accidentale: Modò prædicari in quale de pluribus,ſiue prędicari de pluribus abſolutè, eſt ipſius uniuerſalis ratio:ſicut diximus ſupra Et ita ex illo uerbo,accidit,colligimus genus,& generis rationem: Per illa autem uerba ſequentia poſita à Porphy.in textu,ſcilicet,per omni,ſoli, & ſemper, habetur conuertibilitas diffinitionis cum diffinito Et per has differentias, aduertas ibi cum dicit,per has differentias in plurali.Nā per illas differentias poſitas duo fiunt, duoque nobis beneficia impenduntur. Primum per illas differentias proprium diſtinguitur ab aliis propriis in textu enarratis,& à cęteris uniuerſalibus. Et etiam uniuerſale, quod eſt ſecundum beneficium,deſcendit in proprium,quod quantum uniuerſale hoc dicit Sco. patet recurrendo

Prædicari de pluribus abſolutè, eſt ipſius uniuerſalis.

Per illas differentias poſitas duo beneficia nobis impenduntur.

ad diuiſionem uniuerſalis ſuperius factam. Nã omne uniuerſale aut prędicatur in quid, aut in quale, ſi in quid, hoc dupliciter, ut dictum eſt: ſi in quale accidentale, adhuc dupliciter, aut conuertibiliter, & ſic eſt proprium, & tunc per illas tres differentias habetur conuertibilitas, per illam conuertibilitatem uniuerſale, tanquam genus, deſcendit ad proprium tanquam ad ſpeciẽ ſuam. Et tunc apparet uis rationis: & probatio concluſionis. Nam illa diffinitio eſt bona, ubi apparet genus, & differentia, iſta eſt huiuſmodi, ut diximus, ergò. Firmatur concluſio authoritate philoſophi. Nam illa diffinitio eſt bona, quę eſt eadem, & ſimilis cum diffinitione poſita ab Ariſt. primo Topi. patet, quia ſequens optimum ducem non poteſt errare: ſed hæc diffinitio Porphy. eſt eadem, & ſimilis cum diffinitione proprij poſita à philoſopho primò Topic. ergo eſt bona, quia ſi non eſt bona hæc, nec illa, à qua ſumpta. Et in hoc apparet, quod Porphy. quicqd dixit in iſtis uniuerſalibus, collegit, & ſumpſit ex Peripatetico fonte. Et ex his apparet inſup ꝙ Porphy. eam pollicitationem obſeruauit in hoc Iſagogico opere, quod in proœmio huius obſeruandum promiſit. Et ita patet concluſionem eſſe optimam, & diffinitionem cõuenienter datã.

Primo topicorum, cap. 4.

Quicquid dixit ipſe porphyrius in iſtis uniuerſalibus, collegit & ſumpſit ex peripatetico fonte.

Vnde cum dicit, proprium eſt, quod accidit omni, ſoli, & ſemper: ſenſus eſt: proprium eſt, quod prædicatur de pluribus in quale accidentale cõuertibiliter. Ex qua diffinitione ſic expoſita, & declarata, manifeſtè apparet genus, & differentia eius. Sciendum eſt aliter. Ibi tangit ſecundam partem cõcluſionis, ubi ponit illud aureum notandum; & eſt hoc, quod accidens eſt æquiuocum ad accidens reale, & accidens intẽtionale. Appellat autem Doctor accidens reale,

acci-

Quid ſit accidens reale.

accidens extra animam. Nam accidens reale, ut pura nigredo, uel albedo, eſt ens extra animam; quia non dependet ab anima quantum ad duo. Primò non dependet quantum ad eſſe. Nec ſecundo dependet ab anima quantum ad conſeruari, & inhærere. Et loquens de hoc accidente eſt uerum, quod ſcribit Sco. in quolibetis. Accidens eſt illud, quod eſt poſterius ſubſtãtia, dans enti priori ſecundum quid. Iſtud ens reale, uel accidens reale, eſt illud, quod conſideratur per ſe à Metaphyſico: & per accidens à logico. Vnde albedo inquantum quiddita; eſt, & ens, eſt per ſe de conſideratione Metaphy. inquantum poteſt eſſe fundamentum huius ſecundæ intentionis, quod dico, ſpecies, eſt per accidens de conſideratione logici. Et de hoc accidente intelligitur diuiſio data à philoſopho. 5. Meta. de ente per ſubſtantiã, & accidens. Et ponitur ab Auer. in procemio. 7. Metaph. Accidens ſumptum pro ſecunda intentione adhuc eſt ęquiuocum, pro ut eſt commune ad duo uniuerſalia, ſcilicet, ad proprium, & accidens. Vnde accidens poſitum in diffinitione ipſius proprij idem eſt, quod prędicatũ non eſſentiale, & ſic eſt idẽ, quod eſſe in diſtinguitur à dici de: quoniam dici de ex ſententia philoſophi in antepręedicamẽtis ſignificat propoſitionem uniuerſalem, ſiue prædicationem ſuperioris de per ſe inferiori. Eſſe autem in ſignificat propoſitionem denominatiuam. Tertio modo ſumitur accidens, ut eſt quædam intentio ſecunda ſumpta à proprietate inuenta in re, ſub quo accidente, & eius oppoſito intelligi poteſt illud cuius eſt accidens ſine repugnantia; & ſic eſt quintum uniuerſale. Vbi aduertatis, quòd ille locus eſt difficilis. Vbi tria ſunt conſideranda, ut intelligatis locum.

Quomodo ens reale eſt de conſideratione Meta.

Quõ ens reale eſt de conſideratione logici.

Septimo Met. contex. 13. & inde.

Tertio modo ſumitur accidens.

Nam

Nam primò eſt imaginandum aliquod ſubiectũ ſubſtantiæ, ſiue ſuppoſitum de genere ſubſtantiæ, ut puta Franciſcus. Secundò imaginanda eſt, & ponenda albedo in tali ſubiecto, ut puta in Franciſco, quæ albedo reſpectu Franciſci eſt accidens, & in concreto prædicatum denominatiuum. Et reſpectu intentionis ſecundæ fundamentum eſt. Et ita accidens erit ſubiectum accidentis. Tertiò imaginanda eſt una ſecunda intentio, quę originaliter cauſatur, & ſumitur ab illa proprietate inuenta in albedine: proprietas autem albedinis eſt hæc, quòd ſit accidẽs alteri inhærens; & mutabile ab illo ſubiecto: & hæc ſecunda intentio ſumpta ab hac proprietate albedinis per intellectum applicatur ipſi albedini in concreto tanquam proprio fundamẽto eius. Et hoc accidens ſic conſideratum, & ſumptum pro ſecunda intentione eſt quinta ſpecies uniuerſalis, & quintum uniuerſale. Modò nota eſt litera, cum dicit Sco. Alio modo intentio. ſuptu ſecunda, eſt ſumpta à proprietate in re, ideſt, à proprietate albedinis, ſiue cuiuſcunque accidentis realis ſeparabilis à ſubiecto, ſub quo ſuptu, accidente reali, & ſub oppoſito eius, ſcilicet, accidentis realis poteſt intelligi illud ſuptu ſubiectum, cuius ſubiecti eſt accidens ſine repugnantia aliqua.

Quomodo accidens erit ſubiectum accidentis.

Habemus igitur ex hac data diuiſione de accidente, quòd accidens reale per ſe conſideratur à Metaphyſico; per accidens uerò à logico. Accidens autẽ intentionale eſt duplex. Quia quodam eſt prædicatum non eſſentiale, ſub quo poteſt intelligi eius ſubiectũ, & non ſub oppoſito illius ſine repugnantia; & ſic, ponitur in diffinitione proprij. Accidens tertio modo erit quædam ſecunda intentio ſumpta à proprietate rei,

Accidens reale per ſe conſideratur à Metaphyſico, per accidens à logico.

uel

uel accidentis realis, ſub quo, & oppoſito eius ſubiectum illud poteſt intelligi. Et ſic eſt quintum uniuerſale. Et ita patet optima declaratio, & diffinitionis datæ, & concluſionis poſitæ.

Ad primum argumentum tranſeat maior, & negatur minor: quoniam in illa diffinitione apparet genus, & differentia. Tangit hoc Doctor etiam in ſolutione argumenti. Nam per illud uerbum (accidit) intelligitur prædicari, ſcilicet, de pluribus: & ita ponitur ratio uniuerſalis. Vbicunque autem eſt diffinitio alicuius, ibi inuenitur & diffinitum eius: per illam particulam, omni, notatur, quod prædicatur de pluribus ſub ſpecie contentis: per illam particulam habetur conuertibilitas cum ſpecie, & uniuerſalitas ad omnia contenta ſub ſpecie.

Quomodo accidens erit uniuerſale prædicabile.

Arguitur ſecundo ſic.

Arguitur ſecundò ſic. Illa diffinitio non eſt bona, quæ competit alteri à diffinito: ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo. maior eſt nota; minor probatur, quoniam competit ultimæ differentiæ & completiuæ ſpeciei: probatur, quoniam illa cõuertitur cum diffinito. Ad hoc argumentum trãſeat maior, & negatur minor quoniam hæc diffinitio proprij non competit ultimæ differentiæ: ratio, quia proprium accidit: differentia uerò ultima nõ accidit. Non enim eſt accidens ratio, quia differentia ultima prædicat, & dicit eſſentiam illius, de quo dicitur; licet non per modum eſſentiæ, ſed per modum qualificantis, ut dictum eſt.

Accidens tertio per ſe ſecundo a tertiori.

Arguitur tertio ſic.

Arguitur tertiò ſic; & habet eandem uim cũ ſecundo argumento. Illa diffinitio non eſt bona, quæ competit alteri à diffinito: ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo. probo, quoniam competit proprietati, quæ proprietas eſt ens reale.

Ad hoc argumentum Doctor concedit maiorem,

rem, & negat minorem. Vnde reſolutè debetis dicere ſic, quòd proprietas in abſtracto poteſt accipi dupliciter: pro prima intentione, & pro ſecunda: ſi pro prima intentione; ſic non poteſt diffiniri in hoc loco. ratio, qa diffinientia ſunt entia rationis facta per intellectum: & diffinitum eſt ens reale. Nam dicit Doctor hic: entia rationis non poſſunt diffinire ens reale: ratio, quia diffinientia debent eſſe priora diffinito. Entia uerò rationis ſunt posteriora ente reali, & ideò non poſſunt diffinire ens reale.

Proprietas in abſtracto poteſt capi dupliciter.

Entia rationis ſunt posteriora enti reali.

Preterea ſi ſumatur pro ſecunda intentione in abſtracto, adhuc non poteſt diffiniri hic; ratio, quia ſecunda intentio conſiderata à logico non poteſt applicari enti reali in abſtracto, ſed in cõcreto: probo, quia ſecunda intentio notat concernentiam ad ſubiectum: per abſtractum autẽ tollitur illa concernentia: & ideò intentio ſecũda non poteſt applicari enti reali in abſtracto: cum per abſtractionem tollatur, & abſtrahatur dependentia, & concernentia à ſubiecto: ſed applicatur ei in concreto. Cum igitur proprietas in abſtracto nec pro prima, nec pro ſecunda intentione poſſit diffiniri; ſequi neceſſe eſt, ut ei diffinitio hic data nõ conueniat. Arguitur quartò ſic. Illa diffinitio non eſt bona, in qua ponitur ſpecies oppoſita alterius diffiniti: ſed in diffinitione proprij ponitur accidens, ſiue accidit: & proprium, & accidens ſunt intentiones, & ſpecies diſperatæ, ergo diffinitio non eſt bona. Ad hoc argumentum ſatisfacit diſtinctio data de accidente; quoniam argumentum currit de accidente tertiò modo ſumpto: in diffinitione uerò proprij ponitur accidens ſecundo modo ſumptum.

Arguitur quartò.

Arguitur quintò ſic: omnis diffinitio data per copu-

Arguitur quinto.

copulationem eſt increpanda per Ariſtotelem. Sextò Topic. iſta eſt huiuſmodi, ut patet, ergo. Ad hoc argumentum ait Doctor, quòd benè uerum eſt, quòd diffinitio data per copulationem eſt repudianda: quādo illa copulata nobis denotāt diuerſas partes: ſed quādo per oīa copulata, ut putà per omnia hæc tria, omni, ſoli, & ſemper, habemus unum circumlocutum hoc, uidelicet, quod eſt prædicari conuertibiliter, non erit inutile uti copulatione ad circūloquēdum.

Sexto topic.

Arguitur ultimò ſic. Illa diffinitio non eſt bona, in qua uniuoco diffinito apponitur æquiuocum: iſta eſt huiuſmodi, ergo. Ad hoc facilis eſt reſponſio. Nam argumentum procedit de accidente primo modo, hoc eſt de accidente reali; hic autem loquitur de accidente intentionali ſumpto ſecundo modo.

Arguitur ultimo.

QVAESTIO XXXII.

QVAERITVR An proprium ſit diſtinctum uniuerſale ab accidente? Hæc quæſtio ortum habet à ſuperiori quæſtione. Vbi dictum eſt, quòd proprium eſt uniuerſale. Præ dictum eſt, quòd proprium eſt accidens propter illud uerbum, quod ponitur in diffinitione proprij, cū dr̄, proprium eſt, quod accidit: & ita ex diffinitione proprij habemus, quòd proprium eſt accidēs. Quapropter poſſet oriri difficultas. An proprium ſit accidens, qđ eſt quintum uniuerſale? Nam ſimilitudo plerumque eſt mater erroris, & deceptionis. Ne igitur labamur in errorem, Doctor addiſcentiū pietate motus hanc mouet quæſtionem.

Similitudo eſt mater erroris,

An proprium ſit diſtinctum uniuerſale ab accidente,

dente, uel ſit idem? Iſta igitur eſt continuatio, & cauſa quæſtionis motæ. Termini de ſe ſunt noti. Arguitur igitur ad partes: quia proprium uel eſt ſubſtantia, uel accidens, patet à ſufficienti partium enumeratione; & ſecundum philoſophum, & ſecundum formalizzantes. Non eſt dicendum, quod proprium ſit ſubſtantia; quia omnis ſubſtantia uel eſt eſſentialiter eadem ſpeciei de genere ſubſtantiæ; uel diuerſa: patet, quia idem & diuerſum ſunt differentiæ immediatè oppoſitæ circa ens, non eſt dicendum, quod proprium ſit ſubſtantia eſſentialiter diſtincta, & diuerſa à ſpecie: quoniam impoſſibiliter proprium prædicaretur de ſpecie, ſic quòd prædicatio proprij de ſpecie affirmatiua eſſet impoſſibilis, & omnino repugnans propter diuerſitatem extremorum. Nec eſt dicendum, quòd proprium ſit ſubſtantia eſſentialiter eadem ſpeciei: quia ſi eſſet ſubſtantia, tunc poneretur in diffinitione ſpeciei, & ſi poneretur in diffiinitione ſpeciei, tunc eſſet medium in demonſtratione: quia diffinitio eſt medium in demonſtratione potiſſima ſecundũ Sco. Et ſi eſſet medium, eſſet inferens. Et tunc ſequeretur hoc incõueniens, quòd idem eſſe inferens & illatum. Nã propriũ ex parte ea, qua eſſet idé eſſentialiter cũ ſpecie, eſſet inferens: ex ea uerò parte qua eſſet propriũ, eſſet illatũ. Et ita idé eſſet inferens, & illatũ hoc autem eſt falſum ergo.

Arguit ad partes.

Diffinitio eſt medium in demonſtratione potiſſima.

Ad oppoſitũ eſt Porphy. & Ariſt. primo Topi. Nam ambo iſti duo uiri ſapientes ponunt proprium, & accidens eſſe duo prædicata diſtincta.

Ad oppoſitum Primo topicorum cap. 3.

Ad quæſtionem Doctor ponit concluſionem ſuam reſponſiuam, & affirmatiuam; quæ poteſt eſſe iſta. Proprium, & accidens ſumpta pro prima intentione, uel ſecunda, ſunt duo uniuerſalia eſſentialiter, realiter, & formaliter diſtincta.

Aurea diſtinctio Scoti.

Accidentium quædam eueniunt ſubiecto ab extrinſeco quædam ab intrinſeco.

Iſta ergo probatur à Scoto hic, ponendo unam auream diſtinctionem de accidentibus, quæ nec auro, nec argento poteſt emi. Vt eam tu adamus ſim intelligatis, ſumo ſic. Accidentium quædam eueniunt ſubiecto ab extrinſeco; quædam uerò ab intrinſeco: ſi accidentia eueniunt ab intrinſeco, hoc poteſt eſſe dupliciter: qa aut eueniunt ratione formæ ſpecificæ, & ſic ſunt omnia accidentia propria: ſi uerò eueniunt ab intrinſeco, & non ratione formæ, hoc poteſt eſſe dupliciter, Aut ratione materiæ, & ſic eſt qualitas, aut ratione primarum qualitatum actiuarum, & ſic ſunt qualitates ſecundæ, quæ dicuntur qualitates poſteriores, & ſenſibiles, ut colores: quorum aliqui inſequūtur principium actiuum caliditatis, ut nigredo: aliqui principiū actiuum frigiditatis, ut albedo, Dicuntur autē qualitates ſenſibiles, quia ſenſu apprehenduntur; dicuntur poſteriores reſpectu ſuarum cauſarum: dicuntur ſecundæ reſpectu primarum. Si autem illa accidentia eueniant ab extrinſeco, hoc dupliciter poteſt eſſe. Primò poteſt eſſe ſic, quod amotis cauſis effectiuis permaneat effectus in ſubiectis, ſicut patet de nigredine cauſata à ſole. Nam ſole abſente adhuc nigredo illa cauſata ab æſtu ſolis remanet in facie, & in manu; cuius rei conquerebatur. Hieronymus, cum in deſerto ſolitariam ducens uitam profitebatur manus ſicum Aetiopis carnis eduxiſſe, hoc eſt, quod manns euaſerunt nigræ propter crebrum, & intenſum ſolis calorem. Aut effectus non permanet in ſubiecto, ſed fluxibiliter labitur, ſicut eſt de calore manus præſentatæ igni: & ſicut de circulationibus aquarum à lapidibus proiectis cauſatis in gurgite uaſto. Nam relicta in ſua natura. & ceſſante uirtute impellentis, & mouentis; mox illa

Qualitates ſecundæ dicuntur qualitates poſteriores.

Quare dicantur qualitates ſenſibiles.

Nota de Diuo Hieronymo.

Pulchra notabilia.

la aquarum giratio euaneſcit. Et ita patet, quo modo accidentia quædam eueniunt ab intrinſeco, & quædam ab extrinſeco.

Ad propoſitũ hæc ſecũda intentio, proprium, quibus accidentibus applicatur? An accidentibus euenientibus ab intrinſeco? An ab extrinſeco? Solutio eſt. Dico, quòd eſt ſecunda intentio non applicata accidentibus euenientibus ab extrinſeco, quia nullum iſtorum poteſt eſſe fundamentum huius ſecundæ intentionis. Secundò dico, quòd nulla ſecũda intentio, quę eſt propriũ, poteſt applicari accidentibus euenientibus ab extrinſeco, aut ratione materiæ, aut ratione primarum qualitatum. Et ratio harum duarum concluſionum eſt, quoniam omnia iſta ſunt accidentia communia, quæ conueniunt ſubiecto ratione indiuidui ſine principio eorum indiuiduorum. Tertiò dico, quòd proprium, quod eſt ſecunda intentio, & quod eſt quartũ uniuerſale, tantùm applicatur accidentibus euenientibus, ſiue emanantibus ab intrinſeco ratione formæ ſpecificæ: ſic quòd tantum illud accidens reale, quod emanat ex principiis ſpeciei ratione formæ; poteſt eſſe ſubiectum, & fundamẽtum huius ſecũdæ intentionis, quod dico proprium. Accidens autem ſumptum pro ſecunda intentione, quod eſt quintum uniuerſale, applicatur accidentibus communibus euenientibus ab extrinſeco, aut ab intrinſeco ratione materiæ, aut primarum qualitatum actiuarum.

Solutio.

Secundo dico

Tertio dico.

Ex his omnibus patet, quomodo accidens, & proprium ſunt diſtincta uniuerſalia. Ego uerò amore ueſtri quæſiui, & rectè inueni, quomodo diſtinctio inter proprium, & accidens poteſt uenari, ſiue inueniri decem modis. Primò accidens proprium, & accidens commune diſtinguuntur,

Diſtinctio inter proprium & accidens poteſt uenari ſiue inueniri multis modis.

Primo modo.

Ec ſiue

ſiue differunt ratione principiorum: quoniam accidens proprium principium habet altum, quia ſpeciẽ. Accidens uerò commune principiũ habet humile, & tenue; quia indiuidui: ſpecies autem nobilior eſt indiuiduo, ſicut incorruptibile. Præterea differunt quo ad hoc, quia propriũ pro principio ſuo formam ſibi retinuit: commune uerò materiam. Secundo differunt ratione ſubiectorum, quoniam ſubiectum accidentis proprij non poteſt intelligi ſub oppoſito illius accidentis, nec eſſe. Non enim poſſum intelligere hominem ſine riſibilitate, & ſub oppoſito riſibilitatis: ſubiectum autem accidentis cõmunis, poteſt intelligi ſub oppoſito accidentis cõmunis, quod patet per Porphyrium. Nam poteſt intelligi coruus albus, & æthiops nitẽs candore, de quo minus videtur, dicit Sco. ergo à fortiori de cæteris accidentibus ſeparabilibus.

Secundo modo differũt ratione ſubiectorum.

Tertiò differunt ratione inhæſionis: quia accidens proprium tãtùm inhæret ſuo ſubiecto ſpecifico, & determinato: unum. n. tantùm ſibi exquirit patronum, & dominum; ut riſibile tantũ homini ineſt; rudibile nunquam deſerit aſinum hinnibile nũquam dimittit equum: ſed accidẽs commune propter ſui capitis fluxibilitatem poteſt inhærere diuerſis ſubiectis. Nam albedo poteſt ineſſe mulieribus, & cigno, & cineri; & ita Franciſcó, ſubiectis ſpecificè diſtinctis. Præterea põt ineſſe uel abeſſe, ſicut patet ex diffinitione Porph. Propterea benè declarat Doctor in textu quòd propter has duas cauſas ita dicuntur accidentia communia: quia poſſunt ineſſe pluribus ſubiectis ſpecificè diſtinctis. Aut quia poſſunt ineſſe, & abeſſe indifferenter. Quartò differunt ratione conuertibilitatis: quia accidentia propria prędicantur conuerſim ſecundum Porphy. Ariſt.

Tertio modo differunt ratione inhæſionis

Quarto modo differunt ratione conuertibilitatis.

Ariſt.& Sco.de ſubiectis.Accidentia uerò communia minimè.Quintò differunt ratione prædicabilitatis : quoniam proprium prædicationē facit perſaicam neceſſariam, & ſecundi modi: Accidens commune facit propoſitionem contingentem & poſſibilem: & quandoque perſaicam quarti modi; ut homo albedine eſt albus. Sextò differunt ratione demonſtrationis: quoniam accidens proprium ſummo cum honore ſuſcipitur in demonſtratione,& tenet locū maioris extremitatis. Accidens uero commune tā quam inutile abiicitur ab omni demonſtratione. Septimò differunt,quoniam proprium tenet quartam ſedem in Porphyriana uniuerſalium ſerie:commune uerò accidens quintam.Octauò differunt ex parte operationis:quoniam accidēs proprium eſt natum generare ſubſtantiā in nobis. Nam demonſtratio eſt inhærentiæ,ſicut diffinitio eſſentiæ,ut patet per philoſophum. Accidens cōe minimè. Nonò differūt ratione identitatis:quoniam accidens proprium tantam identitatem contrahit cum ſuo ſubiecto, ut ad identitatem tranſeat realem: licet nunquam tranſeat ad identitatem formalem. Nam cum identitate reali ſtat diſtinctio formalis ſecūdum Sco. in formalitatibus: Accidens uerò commune minimè:Ideo accidens commune,& proprium diſtinguuntur formaliter,eſſentialiter,& realiter: &hoc accipiendo ambo illa tam pro prima,quā pro ſecunda intentione: probo ſic.Quęcunque diffinitiue, formaliter diſtinguuntur hæc eſt omnium formalizantium, ſed proprium, & accidens diffinitiue diſtinguuntur.Nam eorū diuerſæ aſſignātur diffinitiones à philoſopho, à Porphy.& à Sco.Tunc ſic, quæcunque formaliter diſtinguuntur,& diffinitiue,eſſentialiter di-

Quinto modo differunt ratione prædicabilitatis.

Sexto modo differunt ratione demonſtrationis.

Septimo modo differūt ratione ſedis & loci.

Octauo modo differunt ratione operationis

Nono mō differunt ratione idemtitatis.

Vide formalitates.

ſtinguuntur: probo, quoniam omnis diffinitio indicat eſſentiam per Auer. ſed ita eſt, quòd proprium, & accidens diſtinguuntur formaliter, & diffinitiuè, ergo eſſentialiter; ſed dices, contra, Attributa in diuinis diſtinguuntur diffinitiue, & formaliter, ergo eſſentialiter; conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. Dico, quòd non ſequitur, quia in propoſito noſtro, ego intelligo, quòd quæcunque diffinitiuè diſtinguuntur diffinitione importante, & præſupponēte ſpeciem, eſſentialiter diſtinguuntur, ſicut non eſt de attributis in diuinis, ergo. Præterea diſtinguuntur realiter ſecundæ intentiones: quoniam quæcunque poſſunt ſeparatim exiſtere, diſtinguūtur realiter: ſed iſtæ duæ ſecundæ intentiones ſunt huiuſmodi, ergo. maior eſt formalizantium: minor patet ſic: quæcunque habent diuerſa ſubiecta, poſſunt ſeorſum exiſtere à ſubiectis: ſed proprium, & accidens habent diuerſa ſubiecta, ergo poſſunt ſeorſum exiſtere à ſubiectis: maior eſt nota; minor probatur, quia ſubiectū proprij eſt reale, quod egreditur à principio intrinſeco ratione formæ ſecundum Sco. Accidens cōmune tenet pro ſubiecto accidens, quod euenit ab extrinſeco ſubiecto, aut intrinſeco ratione materiæ, aut primarum qualitatum actiuarum.

Contra.

Reſponſio.

Declaratum eſt, quomodo accidens, & proprium ſunt duo uniuerſalia diſtincta ſpecificè & eſſentialiter. Et quomodo iſtæ duæ ſecundæ intentiones, de quibus logicus conſiderat principaliter, diuerſis applicantur fundamentis.

Nunc ſupereſt, ut argumentis reſpondeamus.

Primum argumentum.

Primum argumentum erat ſumptum per uiam diuiſionis: quia proprium aut eſt ſubſtantia, aut accidēs; ſi ſubſtantia, aut eadem, aut diuerſa; ſed nec ſic, nec ſic. Cum igitur proprium non ſit ſub

ſtantia

ſtantia, ſequi neceſſe eſt, ut accidens dicatur.

Secundò arguitur ſic: omne, quod eſt in compoſito præter materiam, & formã, eſt eius accidens. probat hanc Doctor; quoniã hæc ſola, ſcilicet, materia & forma, cõſtituunt rei ſubſtantiã ſed proprium eſt in compoſito præter materiam & formam: quia proprium nec materia nec forma eſt, ergo erit accidens.

Tertiò arguitur ſic: omne reſultãs ex compoſitione formæ cum materia eſt accidens. Et tunc ex his tribus argumentis habetur principale intentum, quod quærimus, hoc ſcilicet, quòd proprium non eſt diſtinctum uniuerſale ab accidente. Ad hæc tria argumenta Doctor unica ſolutione ſatisfacit, quæ ſolutio ſecum inuoluit, & trahit multas difficultates; & ideo in ea licet aliquantiſper immorari. Ait igitur Doctor, quòd primum argumentum, ſecũdum, & tertium procedunt de accidente, ut eſt res primæ intentionis. Hic autẽ loquitur de proprio, & accidente ut ſecundæ intentionis, & quia æquiuocatur de accidente, ideo nõ ſequuntur illa argumenta nec inferunt, quod quærunt. Nam cum dicimus proprium uel eſt ſubſtantia, uel accidens, iſta, ut diximus in præcedenti quæſtione, eſt diuiſio entis realis in ſubſtantiam, & accidens, tanquã in duo membra realia oppoſita ab inuicem, ſub quorum nullum ens rationis cadit. Præterea cum ait in ſecundo argumento, omne, quod eſt in compoſito præter materiam, & formam, eſt eius accidens. Ibi eſt ſermo de accidente reali, unde oportet benè inſpicere uerba Doctoris, & literam eius. Nam accidens aliud eſt ineſſe, & aliud applicari: ineſſe eſt proprietas accidentis realis; applicari eſt ſecundarum intentionum fauore tamen intellectus. Præterea proprium

Tertio arguit ſic.

Accidens aliud eſt ineſſe & aliud applicari.

benè eſt in compoſito, & præter operationem intellectus, ſumendo pro prima intentione; pro ſecunda uerò intentione minimè. Pręterea proprium non reſultat ex compoſitione formæ cũ materia: ſed relinquitur ex illa comparatione, quam facit intellectus de uno obiecto cognito ad aliud obiectum cognitum. Et ideo neganda eſt illa minor tertij argumenti. Nam ſecunda intentio eſt comparatio paſſiua derelicta in obiecto cognito ſecundum Sco. in quarto. Et ita patet, quòd illa argumenta non concludunt contra concluſionem.

In 4. diſt. 1. q. 2.

Iſta replica eſt multum laborioſa.

Contra. Aduertatis, quòd iſta replica eſt multum laborioſa: & ideo eſt benè perpendenda. Cum igitur dicit contra, illud contra, uadit contra reſponſionem modò datam ad illa tua argumenta, in qua dicebatur, quòd concludebat de accidente reali. Et proptereа dicit contra tunc ſup. tu; ſequitur, quòd ſi illla reſponſio eſt uera de accidente reali, omne proprium eſt accidens iſto modo, ſcilicet, accidens reale. Probat Doctor, quia cum nullum proprium ſit ſubſtantia, ſicut etiam probatum eſt in arguendo. Videtur ſequi, quòd omne proprium ſit accidens, ſcilicet, reale[: ſed non uidetur uerum hoc, ſcilicet quod omne proprium ſit accidens reale: probatur, quia accidens primæ intentionis, uel reale; uel eſt concretum, uel abſtractum; ſed neutro modo poteſt prædicari de proprio ſumpto pro ſecunda intentione: probatur, & primò quòd nõ poteſt prædicari in abſtracto uerè de ſecunda intentione per illam regulam famoſam Sco. Omnis prędicatio in abſtracto eſt per ſe in primo modo: ſed prædicatio accidentis realis de ſecunda intẽtione nõ eſt per ſe in primo modo, ergo accidens reale in abſtracto non poteſt prædica-

Omnis prædicatio in abſtracto eſt per ſe ĩ primo modo.

ri uerè de ſecunda intentione in concreto. Si dices, quòd ſumitur accidens in concreto, & ut ſic accidens reale prædicabitur de proprio in concreto. Contra, quia concreti eſt denominare illud de quo prædicatur: ſed prima intentio non eſt nata denominare ſecundam; ſed potius econuerſo, ſecunda eſt nata denominare primã, ergo accidens reale de proprio ſumpto pro ſecunda intentione nec prædicabitur in abſtracto, nec in concreto. Ad hoc dicitur, ideſt, ad hoc argumentum modò factum, talis poteſt dari reſponſio; diſtinguendo de accidente reali, & ut eſt nomen primæ intentionis, quoniam accidẽs reale eſt æquiuocũ ad nouẽ pręedicamẽta: patet ex diffinitione nouẽ generũ, quoniam non ſecundum eandẽ rationem dicitur accidens de abſoluto, & reſpectiuo, nec de abſoluto in quãtitate, & qualitate: nec de reſpectiuo intrinſecus, ſiue extrinſecus adueniente: & ita accidens erit æquiuocum ad nouem genera. Modò ſecundum regulã philoſophi, & iſtius Doctoris, ad æquiuocum poſitum in aliqua propoſitione non eſt reſpondendum, niſi præfata diſtinctione. Cum igitur in hac propoſitione ponatur accidens, propriũ eſt accidens: oportet uidere in quo ſignificato propoſitio eſt falſa, & in quo uera. Propterea Doctor laborat plurimum ad oſtendendũ ueritatem, & falſitatem harum propoſitionum. Vnde ait Doctor, quòd iſta propoſitio eſt falſa, cum dico; omne propriũ eſt accidens: ratio, quoniã ſumendo accidẽs ex parte pręedicati pro accidente reali; & pro uno ſignificato, ſiue pro uno prædicamento; ſubiectum, ſiue proprium poſitũ ex parte ſubiecti ratione ſigni appoſiti eſt diſtributiuum pro omnibus generibus: & prædicatũ ſumitur pro uno genere, ergo redditur propoſi-

Reſpondetur.

Ad æquiuocũ non eſt reſpõdendum.

tio falſa;& ideo curro ad literam exponendam eam de nerbo ad uerbum.

Expoſitio literæ.

In hac enim ſup.tu propoſitione, cũ dico,omne proprium eſt accidens, eſt falſa, ſup. tu accipiendo accidens, ſcilicet,reale ex parte prædicati pro accidente unius generis, ſiue unius prædicamenti:ratio, quia nullum iſtorum ſup.tu prædicamentorum accideutium inest proprio ſuppoſito, ſcilicet ex parte ſubiecti uniuerſaliter:ratio, qnia proprium eſt uniuocum ad proprium in hoc genere ſubſtantiæ, & ad proprium in illo genere accidentis,ſicut dictum eſt de genere. Et ideo eſt diſtributum pro omnibus: & tamen accidens ſtat tantum pro uno accidente unius prædicamenti,& generis. Vnde ſenſus iſtius propoſitionis eſt,cum dico, omne proprium eſt accidens,qnod omne proprium cuiuſcunque generis ſit,eſt accidens. Et ita patet,quòd illa propoſitio eſt falſa: hæc propoſitio eſt uera:omne proprium in hoc genere eſt accidens, limitãdo propoſitionem, ſumendo prædicatum pro accidente reali: ſed quomodo eſt uera hæc propoſitio; quòd omne proprium in hoc genere eſt accidẽs; eſt uera ſecundum hunc ſenſum,pro quanto iſta eſt uera, & una propoſitio denominatina indirecta: ſed quomodo eſt propoſitio denominatiua indirecta,declarat:quoniam in hac propoſitione prædicatur accidens reale, quod eſt ſubiectũ ſecundæ intentionis de proprio,quod eſt ſecunda intentio.quandocunque antem prædicatur ſubiectnm de ſuo accidente,eſt prædicatio denominatina indirecta, ſicut eſt hic, album eſt animal:eſt tamen reducibilis ad propoſitionem denominatiuam directam. Scotus hanc reſponſionem non multum laudat, ob id quia caderet in illam foueam, quam terminiſtæ conſueuerunt

Quando ſubiectum prædicatur de ſuo accidente,eſt prędicatio denominatiua.

parare

parare de reductione propoſitionum in perſeitatibus dicēs, homo eſt aſinus, eſt propoſitio per ſe, reducendo ſpeciem ad genus. Propterea dicit dando aliam reſponſionem, ibi. Vel poteſt dici; Vult dicere, quod non oportet concedere illam prædicationem eſſe denominatiuam, nec uniuocam: quoniam cum dicitur, quod omnis prædicatio aut eſt denominatiua, aut uniuoca. Vbi diuidit prędicationem directam, & indirectam: & ita illa propoſitio; omne proprium in hoc genere eſt accidens, non diceretur propoſitio, uel prędicatio denominatiua, cum ſit indirecta, & non directa. Nam tunc eſt prædicatio directa, quando ſubijcitur, quod natum eſt ſubijci; & prædicatur, quod natū eſt prædicari: quod non eſt, quādo concretum ſubijcitur reſpectu ipſius ſubiecti, ſicut eſt in propoſito. Contra, Aduertatis, quòd ibi Doctor replicat contra modò dicta; & uult oſtendere, quòd hæc prædicatio ſit per ſe, & formalis, proprium eſt accidens: & ita ſubijcitur, quod natum eſt ſubijci, prędicatur, qđ natum eſt prædicari: quando accidens diuiditur in reale & intentionale, ꝙ eſt cōe iſtis quinq; uniuerſalibus. Et ita erit prædicatio directa, cū prædicetur cōe de minus communi. Nā accidens intentionale prædicatur de iſtis quinque per ſe. Poteſt dici. Ibi Doctor ponit unam reſponſionem, in qua oſtendit, quomodo in uno ſenſu hæc propoſitio eſt falſa, dicens, proprium eſt accidens, iſta propoſitio eſt indefinita, & ait Doctor, quod eſt falſa, accipiendo accidens ex parte prædicati, ut eſt quintum uniuerſale. Et ita patet, quomodo hæc propoſitio non eſt uera, proprium eſt accidens, accipiendo accidens pro ſecunda intentione, ut eſt quintum uniuerſale. Quia tunc una ſpecies oppoſita prædicaretur de altera ſpecie oppoſita.

Reſpōſio Scoti.

Quid ſit prædicatio directa, uel naturalis.

Contra.

Reſponſio doctoris.

ta. Nec etiã eſſet uera, ſumendo accidens ex parte prædicati pro accidente reali; niſi fortè per accidens, ut dictum eſt. Quomodo igitur erit uera? Dico, quod iſta propoſitio eſt uniuerſaliter uera ſumendo accidens ex parte prædicati pro accidente intentionali ad hunc ſenſum, quòd accidens idem eſt, quod prędicatum non prædicans eſſentiam: ſed eſt ſimpliciter falſa, loquendo de accidente, ut eſt quintum uniuerſale. Et ita patet ſolutio ad tria argumenta.

Arguitur quartò ſic.

Arguitur quartò ſic, & probat per oppoſitũ, q omne accidens ſit proprium. Et deduco totũ argumentum ad has conſequentias, omne accidens diffinitur per ſubiectum, ergo omne accidens prædicatur per ſe in ſecundo modo de ſubiecto conſequentia tenet per Ariſt. 1. Poſte. cap. de perſeitatibus: tunc, omne accidens prædicatur per ſe in ſecundo modo de ſubiecto, ergo illud accidens in demonſtratione concluditur de ſubiecto: hæc conſequentia patet per naturam demonſtrationis: accidens concluditur de ſubiecto in demonſtratione, ergo eſt proprium: conſequentia tenet per regulam demonſtrationis.

Primo poſt. cõ tex. 9.

Ad hoc argumentum Dat Scotus unã rationem aliorũ

Ad hoc argumentum Doctor dat unam rationem aliorum, & ait; quòd cum dicitur: omne accidens diffinitur per ſubiectum, quòd hoc habet ueritatem de accidente determinante ſibi ſubiectum; ſicut eſt accidens ſibi copulatum, ut Simitas reſpectu naſi: non autem omne accidens eſt huiuſmodi. Contra hoc argumentum Sco. duplicitet arguit. Et primò arguit autoritate philoſophi. 7. Metaph. Vbi uult, quod ſubſtãtia præcedit omne accidens diffinitione: & non tantũ intelligit de accidentibus copulatis: ſed de omnibus accidentibus, quod debent diffiniri p ſubſtantiam. Aduertatis tamen in hoc, quòd dictum

Septimo Meta. contex. 4.

Sco. habet intelligi de diffinitione quietatiua. Secundò arguit ratione ſic;oſtendendo,quòd ac cidens non debet diffiniri ſine ſubiecto: quoniã ſi haberet diffinitionem ſine ſubiecto, haberet quod eſt abſolutum:& ita eſſet ſubſtantia, quod eſt inconueniens. Propterea apponit ſolutionẽ ſuam;& dicit,quod omne accidens reale diffinitur per ſubiectum, & apponit rationem huius, quia accidens eſt ens,ſiue habet eſſe per illud ſubiectum. Et ita concedit Doctor, quod omne accidens debet diffiniri per ſubiectum, intelligendo de diffinitione quietatiua:Non tamen ſequitur hæc conſequentia ſecundum Sco. hoc accidens diffinitur per ſubiectum, ergo prædicatur per ſe de ſubiecto;non ualet conſequentia. Propterea adducit inſtantiam Sco. Nam ſimitas diffinitur per naſum: & tamen iſta non eſt per ſe in ſecundo modo,naſus eſt ſimus,probo, eſt per ſe, ergo de omni:conſequens eſt falſum:quoniam nõ omnis naſus eſt ſimus, ergo ſignum eſt,quòd illa non eſt per ſe:& ideo plus requiritur ad propoſitionem perſaicam ſecundi modi. Quarè ſic debet limitari illa propoſitio, omne accidens diffinitur per ſubiectum, & egreditur ex principijs ſubiecti ratione formę, ergo prædicatur per ſe in ſecundo modo. Et ita patet,quomodo argumentum non ſequitur

Omne accidẽs definiť per ſubiectum intelligendo de definitione quietatiua.

Scotus adducit inſtantiam

Arguitur quinto ſic. Ego accipio aliquod accidens,& ſit gratia exempli,albedo, & quæro,aut ineſt homini per ſe, aut non: ſi albedo ineſt homini per ſe, ergo erit proprium: ſi tu dicis,quòd non ineſt per ſe, ſed per accidens, per hoc, quia ineſt alijs ab homine: ego quæro de illo alio, cui ineſt? aut ineſt per ſe, & ſic eſt proprium:ſi tu dicis,quòd per accidẽs, ergo procedetur in infinitum. Ad hoc argumentum Doctor

Arguitur quinto ſic.

ctor reſpondet cum optima diſtinctione, quod per ſe poteſt intelligi dupliciter: aut quòd quod libet accidens ineſt alicui per ſe, ideſt, ſine medio: aut ineſt per ſe ad hunc ſenſum, quod egreditur ex principijs illius ſubiecti: & tunc dico, quòd ly albedo hominis non ineſt per ſe, ut ly p ſe dicit cauſam; ſed ineſt per accidens, hoc eſt ratione ſuperficiei, cui per ſe, ideſt ſine medio ineſt.

Per ſe poteſt intelligi dupliciter.

Arguitur ſexto

Arguitur ſextò ſic. Proprium diffinitur per accidens, ergo non differt eſſentialiter ab accidēte: probo conſequentiam, quia nihil differt eſſentialiter ab eo per quod diffinitur. Ad hoc argumentum reſpondet Doctor per ea, quae dicta ſunt: quoniam ly accidens poſitum in diffinitione proprij, non eſt quintum uniuerſale; nec accidens reale: ſed eſt accidens, prout idem ſignificat praedicans non eſſentiam.

Arguitur ultimo.

Arguit̄ ultimo ſic. ſi propriū eſt accidēs: aut ē accidēs ſeparabile, aut inſeparabile: ſed nō eſt accidēs ſeparabile, ergo erit īſeparabile. Ad hoc facilis erit reſponſio. Vnde debetis dicere, ꝙ proprium nec eſt accidens ſeparabile, nec inſeparabile: quoniam iſta eſt diuiſio accidentis communis, & ideo cuicunque non conuenit diuiſum, nec illi cōueniūt membra diuidentia. Praeterea patet, quòd non ſit accidens inſeparabile, quoniam ſubiectum poteſt intelligi ſub oppoſito accidentis inſeparabilis: non autem poteſt intelligi ſub oppoſito ipſius proprij, ſicut dictum eſt in corpore quaeſtionis. Et ita finis.

QVAE

QVAESTIO XXXIII.

QVAERITVR De hac particula diffinitionis. Primò quæſiuit Doctor ſupra de ꝓprio, an ſit uniuerſale?& dixit, quòd ſic, & ꝑ hoc ſubintrauit, ac ſubinduit conſiderationem logicam per ſe. Secundò quæſiuit, an rectè fuerit diſtinctū?& dixit, quòd ſic, & per hoc ipſum proprium fuit cōſtitutum quarta ſpecies ipſius uniuerſalis. Quæſiuit tertio, an ſit diſtinctum uniuerſale ab accidente?& dixit, quod ſic. Propter hoc apparet excellentia proprij ſupra accidens. Verum accidens ſecundum Porphy. eſt illud quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem:& ſi accidens adeſt, & abeſt, ergo nō ſem pertineſt ſubiecto.

Ex his igitur uenit dubitatio, an ita ſit de proprio, ſicut de accidente, ſic quòd poſſit adeſſe, & abeſſe ſubiecto? An ſemper inſit ſubiecto? Propterea ſub quæſtionis forma quæſiuit Sco. An proprium ſemper inſit ſubiecto? Et quanquam quæſtio poſſit moueri de ſecunda intentione, tamen ut uerba quæſtionis ſonant de proprio pro prima intentione, mota eſt quęſtio. Patet igitur quęſtionis continuatio, & ordo: proprium, ut diximus, ſumitur pro ſecunda intentione hic: neceſſario ſumitꝰ hic ſimpliciter, & pro eo, qđ impoſſibile eſt aliter ſe habere, ly ſemper dicit uniuerſalitatem temporis, quemadmodum dicit philoſophus, & ex hoc habemus, quòd propriè loquēdo, hic eſt ſermo de proprio pro prima intentione: quia accidentis realis proprii eſt ineſſe: accidentis intentionalis autem eſt applicari, & fundari. Eſt igitur ſenſus quæſtionis. An proprium

Mouetur quæſtio de ꝓprio pro prima intentione.

pro

pro prima intẽtione, ut puta riſibile reſpectu hominis neceſſario, & ſimpliciter ſequitur, & pro omni tempore,& pro quacunque temporis differentia inſit ſiue inhæreat ſuo ſubiecto. Et ita patet expoſitio terminorum quęſtionis.

Arguit ad partes.

Arguit ad partes ſic, probando, quod ſequitur non ineſt riſibile non ſequitur ineſt homini, ergo proprium non ſequitur ineſt homini: probo conſequentiam,quia riſibile eſt propriũ. Doctor dat unã reſponſionẽ immediatè ad argumentum per unam diſtinctionem, quæ eſt talis.

Riſibile capitur dupliciter.

Riſibile ſequitur ineſſe homini ſtat dupliciter. Aut in aptitudine.Aut in actu. Tunc dat hic ſolutionem,quòd riſibile licet non inſit, ſequitur actu homini ineſt,tamen ſequitur ſecundum aptitudinem.

Arguit contra.

Arguit contra hanc reſponſionem ſiue euaſionem.Vnde non arguit contra argumẽtum:ſed contra diſtinctionem: & uult probare, quòd non tantùm riſibile ineſt homini ſecundũ aptitudinem,ſed ſecundum actum.Et arguit ſic. Cauſa efficiens proprij,ſiue riſibilis ſequitur ineſt actu homini,ergo iſte effectus,ſcilicet,riſibile ſequitur actu ineſt homini,ergo non tantum ſecundum aptitudinem,ut dicebat reſpõſio: probo antecedens,quoniam forma hominis, quæ eſt cauſa efficiens riſibilitatis,ſequitur actu ineſt homini:probo conſequentiam, quoniam poſita cauſa neceſſaria immediata,& ſufficienti, de neceſſitate ponitur effectus: ſed forma hominis ſpecifica reſpectu riſibilitatis eſt huiuſmodi, ergo.Pręterea probatur conſequẽtia per illud philoſophi ſecundo Phyſic. Cauſa, & effectus ſimul ſunt, & non ſunt & ita patet impugnatio iſtius reſponſionis.

Secundo phyſ. contex. 37. & 5.Meta. cõtex. 2.

Ad oppoſitum eſt Porphy.qui diffiniens proprium dixit,quòd ſequitur ineſt ſuo ſubiecto:

Ad

Ad quæſtionem Doctor ponit concluſionem affirmatiuam reſponſiuam ad quæſitum, & eſt hæc. Proprium ſequitur ineſt ſuo ſubiecto. Vnde pro declaratione huius concluſionis Doctor remittit ſe ad ea, quæ dicta ſunt in ſuperiori quæſtione. Adducitur tamen hic una pulchra ratio probans, proprium ſequitur ineſt ſuo ſubiecto, quæ poteſt formari ſic. Exiſtente cauſa neceſſaria, immediata, adæquata, & ſufficiēti in aliquo ſubiecto, ſequitur ineſt illi ſubiecto effectus ſēper: conſequentia tenet, quoniam arguitur hic ex perenni, & perpetua cauſa in compoſito ad perennem & perpetuā compoſitionem ſui effectus: probo antecedens, quoniam cauſa immediata, & neceſſaria, & ſufficiēs paſſionis eſt forma ſpecifica ſubiecti; & dicitur cauſa neceſſaria ut diſtinguatur à cauſa contingenti; & dicitur immediata, ut diſtinguatur a cauſa mediata, ſiue uniuerſali, & remota: dicitur ſufficiens, & adæquata, ut diſtinguatur à cauſa partiali. Vnde exiſtentibus iſtis conditionibus in cauſa, impoſſibile eſt, ponere huiuſmodi cauſam, niſi ponatur effectus. Modò quia huiuſmodi forma, ut puta rationale in homine, ſequitur ineſt: patet, quia non poteſt eſſe ſpecies in eſſe ſpecifico ſine forma ſpecificante, & cum forma ſpecificans ſit cauſa adæquata paſſionis, ergo ſequitur paſſio ineſt: ut arguatur ſic. Cōpoſitum ſpecificum eſt in actu, ergo forma ſpecifica eſt in actu in tali compoſito: probo hanc conſequentiam, quia nō poteſt eſſe compoſitum ſpecificum ſine forma ſpecificante. Præterea non poteſt eſſe poſterius ſine priori. Amplius non poteſt eſſe totum ſine ſuis partibus eſſentialibus; & ita non poterit eſſe homo ſine rationali determinante hominē in eſſe ſpecifico. Tūc ſic: rationale ſemper actu ineſt

Adducitur pulchra ratio.

Compoſitum ſpecificum nō poteſt eſſe ſine forma ſpecificante.

ineſt homini, ergo riſibile ſemper in actu ineſt homini: tenet conſequentia, arguendo à cauſa neceſſaria, adæquata & ſufficienti ad ſuum effectum. Tunc ultra riſibile, ſemper ineſt homini, ergo neceſſariò, & ſimpliciter ineſt homini, ergo tenet conſequentia, quia nō poteſt aliter ſe habere, neceſſariò, & ſimpliciter ineſt homini, ergo perenniter, & perpetuò ineſt homini: tenet conſequentia per illud primo Cœli. Nā perpetuum, & ſemper conuertuntur, perenniter ineſt homini, ergo identificatur realiter cum homine propter æternam inhæſionem ad ſubiectum. Tunc ultra, perenniter ineſt homini, & inſeparabiliter, ergo poteſt eſſe obiectum ſcibile in demonſtratione potiſſima.

Primo cœli cō tex. 100.

Ex iſto loco nos habemus quod paſſio & ſubiectum nō diſtinguuntur realiter.

Ex iſto loco (domini) uideant Thomiſtę, qui dicunt paſſionem diſtingui realiter à ſubiecto. Nam ſi realiter diſtinguitur, ſequitur, quòd nō ſemper ineſt ſuo ſubiecto: & ſi ſemper non ineſt, ergo de ea non poterit eſſe demonſtratio. Iſta conſequentia eſt philoſophi, & Auer. 7. Meta. Vbi amabò uidete illū locum; ubi habet Comment. quòd ſi demonſtratio eſt uera, diffinitio debet eſſe ex rebus neceſſariis, æternis, & perpetuis. Et habet ibi Comment. quòd particulariū non eſt demonſtratio, neque diffinitio, neque ſcientia; quia non ſunt pmanentia, ſiue manentia: ſed uariabilia. Et ita qui ponūt paſſionem realiter diſtingui à ſubiecto, ponunt eam ſeparari à ſubiecto. Propterea non ſequitur, ineſt ſubiecto. Et ita erit ens uariabile: & ita non poterit de ea fieri demonſtratio. Quarè ſic dicentes deſtruunt demonſtationem, & ſcientiam omnē.

Septimo Met. contex. 53.

Definitiones ſunt rerum pmanentium.

Quō uerba Scoti ſunt conformia uerbis Ariſt.

Tu uerò conſidera hic, quomodo uerba Sco. ſūt conformia Peripateticorum ſententiis. Circa uerba quæſtionis, & rationis ponderate ibi illud

lud uerbum,quod dicit Sco.quòd propriũ egreditur ex principiis ſubiecti,ille egreſſus paſſionis à ſubiecto nihil aliud eſt, niſi ſimplex emanatio eius,ſiue ebullitio,ſecundum mẽtem Sco. quemadmodum tangit in ſecundo Sẽten. Præterea notate illud cum dicit hic,& in ſolutione argumentorũ: quòd forma eſt cauſa efficiẽs paſſionis,ergo duplex eſt cauſa efficiens, quædam cum motu, & tranſmutatione: & iſta eſt, cuius meminit philoſophus ſecundo Phyſic. cum dixit,principiumvnde motus.Aliud eſt principiũ efficiens ſine motu, & tranſmutatione: ſicut & Deus creans,aut intellectus intelligens,ſiue ſubiectum reſpectu ſuæ paſſionis. Vñ talis cauſa non arguit diſtinctionem realem cum ſuo effectu:ſed benè illa cauſa, quę agit cum motu, & tranſmutatione: & de illa poteſt uerificari diffinitio:ecce quòd ad eius eſſe,ſequitur aliud. Poſſumus etiam moderare uerba Doctoris: quòd ſubiectum reſpectu ſuę pasſionis non propriè eſt cauſa efficiens, ſed debemus uti iſtis terminis in uia iſtius Doctoris: quòd ſubiectum reſpectu ſuæ pasſionis eſt cauſa pullulatiua, emanatiua,ſiue commodius ebullitiua: & cum tali cauſa ebullitiua ſequitur,ſtat actu ſua pasſio.Et ita patet ſolutio clara ad quęſtionem.

Scotus in ſecũdo ſent.diſtin. 16.

Cauſa efficiẽs duplex.

Secundo phyſ. contex.29.

Deus eſt principiũ efficiens ſine motu & tranſmutatione.

Subiectum eſt cauſa pullulatiua,ebullitiua ſuæ propriæ paſſionis.

Ad argumenta, ad primum dicit Doctor, ꝙ licet riſibile in ſe ſit aptitudo, tamen in ſe ſemper ineſt actu ſuo ſubiecto:licet ridere non ſemper ineſt ſuo ſubiecto:ratio,quia ridere eſt accidens commune, & ſeparabile ab homine, quẽadmodum patet in Chriſto noſtro, qui nunquã uiſus eſt ridere, flere autem ſic. Riſibile uerò cum ſit aptitudo, & paſſio, & accidens, & proprium, erit inſeparabile à ſubiecto, & ſemper inerit ſubiecto.

Ad argumenta.

Conſidera literam obſcurã.

Aduerte ibi illam literam obſcuram. Nec inēſt homini. Vult dicere ibi Doctor, & declarare quomodo aptiudo actu inſit homini, & ſuo ſubiecto. Et dicit, quòd illa aptitudo non ineſt, nec fundatur in inhærentia riſibilis ad actũ, ad hunc ſenſum, uidelicet, quòd actu poſſit ineſſe quandoque homini; hoc enim eſt falſum: qm̃ illa aptitudo actu ſemper ineſt homini: ſed illa aptitudo fundatur in ipſo proprio, ſeu riſibili reſpectu actus ridendi. Et ita patet ſolutio ad primum argumemtum.

Arguitur ſecũdo ſic.

Septimo Met. contex.4.

Arguitur ſecundò ſic: omnis ſubſtantia præcedit omne accidens tempore, diffinitione, & cognitione: hæc eſt philoſophi.7. Meta. ergo ſubiectum præcedit proprium tempore, & duratione. Et ita quandoque dabitur ſubiectum ſine proprio, & paſſione. Ad hoc argumentum Doctor expouit egregiè philoſophum; & declarat quomodo debet intelligi illa propoſitio philoſophi, cum dicit, quòd ſubſtantia tẽpore præcedit omne accidens: quod illa propoſitio eſt intelligenda per ſe, quòd ſubſtantiæ uti priori natura inquantum tale, ſiue per ſe, ſeu ex ſua natura intrinſeca, non repugnat prioritas durationis, & temporis: ſed quandoque illud, quod eſt prius natura, non poteſt eſſe prius duratione ſed hoc nõ naſcitur ex parte ſui inquantũ ſubſtãtia eſt: ſed quandoque naſcitur ex cauſa extrinſeca. exemplum, cœlo non repugnat abſolui à motu, inquantum cœlum eſt ſubſtantia, ſed non põt eſſe ſine motu, hoc eſt ex parte extrinſeca, ꝑ quanto cœlo applicatur intelligentia neceſſario, & perpetuò mouens ſecundum philoſophũ. Quandoque hoc naſcitur ex aliqua neceſſaria habitudine poſterioris ad prius; & ſic eſt in propoſito de ſubiecto, & paſſione, quòd ſubiectum

Declarat Scotus illam propoſitionẽ philoſophi quòd ſubſtantia præcedit omne accidens.

Exemplum.

non

non põt eſſe ſine paſſione, hoc non eſt ex parte ſubiecti, inquãtũ eſt ſubſtãtia; ſed hoc naſcit̃ ex neceſſaria habitudine paſſionis ad ſubiectum: & ex identitate reali paſſionis cũ ſubiecto: quãdoque etiam naſcitur ex aliqua neceſſaria conſecutione, ut Deum intelligere creaturas. Et ita patet, quod ſubſtantiæ, inquantum ſubſtantia eſt, non repugnat eſſe ſine accidente: ſi autẽ inueniatur accidens ſemper coniunctum ſubiecto, hoc eſt ex aliqua cauſa extrinſeca, ut dictũ eſt. Vnde ait Doctor, quod hęc propoſitio dicta eſt uera per ſe, falſa autem per accidens. Et dat duo exempla, de motu & uacuo, quæ de ſe patet.

Vide exempla de motu & uacuo.

Arguitur tertiò ſic. Omnis potentia paſſiua eſt in potentia contradictionis. 9. Meta. ſed ſubiectum eſt in potentia paſſiua reſpectu proprij, ergo eſt in potentia contradictionis. Et ita patet eſſe ſub oppoſito ſuę paſſionis, & conſequenter ſine paſſione illa. Et ita paſſio non ſemper inerit ſubiecto: probatur minor, quia ſubiectum eſt materia in qua reſpectu paſſionis. Ad hoc ait Doctor, gloſando primo maiorem propoſitionem, & dicit, quod eſt uera, quod omne, quod tantùm eſt in potentia ad aliquid, eſt in potentia cõtradictionis. Modò minor aſſumpta non currit; quoniam ſubiectum non tantùm eſt in potentia paſſiua reſpectu paſſionis: ſed in potentia effectiua: quia effectiuè proprium ineſt ſubiecto. Et ita argumentum non currit. Contra, vult probare, ꝙ ſi ſubiectũ eſt cauſa materialis in qua reſpectu paſſionis, nõ poterit eſſe cauſa effectiua illius, probo ex ſecundo phyſic. Materia, & efficiens non coincidunt, ergo ſi eſt cauſa materialis ĩ qua: tũc nõ erit efficiẽs. Dat ad hoc Doctor pulchram diſtinctionem. Duplex eſt materia, quædam in qua; & ſic eſt ſubiectum reſpe-

Arguitur tertio Nono Meta. contex. 17.

Reſponſio Doctoris.

Contra.

Secundo phyſ. coutex. 70.

Duplex materia.

ctu paſſionis: quædam ex qua fit compoſitum, cũ forma ineſt. Præterea duplex eſt efficiens: quod dam eſt efficiens ſine tranſmutatione, ſicut eſt ſubiectum reſpectu paſſionis: Et quoddam cum tranſmutatione, ſicut eſt efficiens Phyſicum. Et tunc uera eſt ſententia philoſophi; quòd materia ex qua, & efficiēs cũ motu nõ coincidũt: rõ, quoniam rationes principiandi iſtorum duorũ principiorum ſunt ſpecifice diſtinctæ: & ita nõ poſſunt coincidere, neque conuenire in eodem. Materia uerò in qua, & efficiens ſine tranſmutatione poſſunt coincidere, ſic eſt in propoſito de de ſubiecto reſpectu ſuæ paſſionis. Contra hanc ſolutionem, quoniam ad eam ſequitur, quod idẽ erit in actu, & in potentia, quod implicat; probo, quia ſubiectum inquantum eſt efficiens, reſpectu illius cuius eſt efficiens, eſt in actu; proquanto habet materiam, eſt in potentia. Et ita reſpectu efficientis erit in actu; & reſpectu materiæ erit in potentia. Quarè idem erit in actu, & in potentia. Reſpondet ad hoc Doctor, quod idem poteſt eſſe in actu, & in potentia, non reſpectu eiuſdem; ſed diuerſorum. Et ita cõpoſitũ reſpectu materiæ erit in potentia; & reſpectu formæ erit in actu. Et ſic non ſunt oppoſita; ita eſt de ſubiecto reſpectu ſuæ paſſionis.

Duplex efficiens.

Contra hanc ſolutionem.

Reſponſio Doctoris.

Aliter dicitur. Aliter dicitur. Nunc dat aliam ſolutionem, quòd eſt duplex, quædã abijciens actum; & iſta eſt ante actum; quia opponitur actui: quædã eſt, quæ ſtat cum actu, Modò ad propoſitum potentia, quæ ſtat ad ſubiectum reſpectu ſuæ propriæ paſſionis, non eſt potentia, quæ abiicit actum; ſed compatitur ſibi actum: & ſimul ſtat cũ actu. Et ita paſſio perenniter, perpetuo, & ſemper ineſt ſuo ſubiecto. Et ita patet, quid erat dicendum circa hanc quæſtionem.

QVAE-

QVAESTIO XXXIIII.

PRO OPTIMA Ac egregia introductione huius quæſtionis de accidente & totius capituli eſt ad uertendum ſummopere, quòd ſicut eſt in cōſtitutione entium realium; ita etiam erit ordo prædicandi in ſecūdis intentionibus. Nam iuxta inſtituta philoſophi ſecundo Phyſic. Ars imitatur naturam inquantū poteſt, eiusque operibus eſt inuida ſemper: & ita ars ea nititur ſuo in opere depingere, lineare, quæ uiderit in naturæ operibus obſeruari. Modò ita ꝑgredit̄ in cōſtitutione,& cōpoſitione rerū realiū,ut puta gratia exempli, in cōſtitutione ipſius hominis, quod ad eligendum hoc humanum opificium primo loco materia uenit, ex qua res ipſa fit: ſecundo loco forma expecta ta accedit, qua res ipſa fit: tertio loco coaleſcit conſurgit, & emergit compoſitum ex his partibus unitis: quarto loco emanant, & egrediuntur accidentia propria, ſiue proprietates, & paſſiones;ut riſibilitas,diſciplinabilitas,& capacitas diſciplinę,q̄ proprietates ab ea parte compoſiti eueniunt, quæ forma eſt appellata; inde ex templo conſequuntur accidentia communia, quæ aut inſequuntur materiam, aut qualitates actiuas, ut dictum eſt. Modò ad propoſitum applicando; logicus ipſe tenens hoc compoſitum humanum præ oculis ſuis conſiderauit proprietates in eo inuentas, à quibus principium materiale, quod eſt potentiale, & indeterminatum ab hac proprietate cauſauit hanc intentionem generis. Inuenit igitur hominem compoſitum includentem in ſe materiā,& formam. Ideo me

Secundo phyſ. contex. 79.

Pro conſtitutione hominis requiritur materia,ex qua res ipſa fit. Secundo loco forma. Tertio loco cōpoſitum.

tus ab hac proprietate cauſauit hanc ſecundam intentionem, quæ eſt ſpecies; quæ includit in ſe genus & differentiam, quæ eſt ſecundum uniuerſale. Præterea inuenit principium formale: ideo illi attribuit differentiam, quæ eſt tertium uniuerſale. Videt inſuper accidentia propria emanãtia à ſpecie: ideo attribuit hanc intentionem ſecundam, quæ eſt proprium, quod quidẽ eſt quartum uniuerſale. Vidit inſuper, accidens commune conſequi compoſitum naturale: ideo illi attribuit hanc intentionem ſecundam, accidens, quod eſt quintum uniuerſale. Et ita tu uides, quòd ſicut in opere naturali accidentia cõmunia tenent ultimum locum: ita etiam accidens, quod eſt quintum uniuerſale, quintum tenet locum in Porphyriana ſerie uniuerſaliũ. Et ita ſicut quinq; ſunt digiti in manu: ita quinque ſunt uniuerſalia. Et ſicut in quolibet digito ſunt plures nodi, ſic in quolibet uniuerſali ſunt plures proprietates. Et ſicut in quolibet uniuerſali ſunt plures proprietates; ita de quolibet uniuerſali fiunt à Sco. plures quæſtiones de eo. Et quia quæſtio ſi eſt præcedit quæſtionem quid eſt, ſecundo Poſt. Ideo Sco. primò quærit de accidente. An ſit uniuerſale. Secundò quærit, quid ſit, an ſit diffinitiuum.

Sicut accidentia communia tenent ultimũ locum ita accidẽs uniuerſali

Pulchra comparatio.

Secundo poſt. contex. 1.

Quęrit igitur, an accidens ſit de numero uniuerſalium: ſic quòd merito poſſit appellari uniuerſale? Termini erunt noti ex dicendis. Arguit quòd non. omne, quod eſt in ſingulari, eſt ſingulare: patet, quia omne receptũ ſe habet per modum recipientis: ſed accidens commune, de quo eſt hic ſermo, & cui applicanda eſt hæc intẽtio, eſt in ſingulari, ergo eſt ſingulare.

Ad oppoſitum

Ad oppoſitum eſt hic Porphyr. & Ariſt. quia accidens uniuerſale, & pręcatum faciunt.

Ad quæſtionem ponit concluſionem affirmatiuam dicens. Accidens eſt de numero uniuerſalium, & ita eſt uniuerſale. Doctor antequam probet hanc cōcluſionem poſitam de accidente, notabilē diſtinctionem ponit, quam ego ſic colligam. Omne accidens aut eſt primæ intentionis; aut ſecundę: ſi primæ intentionis, ſic erit æquiuocum ad duo, quia uel eſt accidens contingēs in paucioribus, & ſic ſunt tria, caſualia, fortuita, & contingentia ad utrumlibet, quorum omnium commeminit philoſophus, & Comment. 2. Phyſico. Vel accidens eſt ens aduenients enti poſt eſſe completum; & ſic accipiendo accidens eſt commune æquiuocum ad nouem prædicamēta accidentium realium: ſi autem fuerit accidēs intentionale, ſic erit ęquiuocū ad quatuor, quia aut accidens intētionale ſumitur pro extraneo, & ſic ſumitur in fallacia accidentis: aut ſecūdo ſumitur pro omni eo, quod cauſatur à ſola conſideratione intellectus; & ſic quinque uniuerſalia ſunt accidentia: aut accidēs ſumitur pro prædicato non eſſentiali: & ſic adhuc dupliciter: qa aut eſt prædicatum non eſſentiale conuertibiliter: & ſic eſt quintum uniuerſale. Modò in tota hac diuiſione accidentium; eſt notandum, quòd inueniuntur quatuor æquiuocantia. Primum ęquiuocans eſt, cum accidens in communi diuiditur in accidens reale, & intentionale. Secundū æquiuocans eſt, cum diuiditur accidens reale in contingens in paucioribus, & in aduenients enti poſt eius eſſe completum. Tertium æquiuocans eſt, cum diuiditur accidens aduenients enti completo ad nouem genera. Quartum æquiuocans eſt cum diuiditur accidens intentionale in illa quatuor prænarrata. Habemus igitur quòd accidens eſt quintum uniuerſale, & prædicatum

Omne Accidēs aut eſt primæ intētionis aut ſecundæ intentionis.

Secundo phyſ. cōtex. 48.

Quomodo quę uniuerſalia ſunt accidētia.

Quatuor ſunt æquiuocantia

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

non eſſentiale, nec conuertibile: probatur, omne illud eſt uniuerſale, cui conuenit diffinitio uniuerſalis: ſed accidens eſt huiuſmodi, ergo. ꝓbo, quoniam eſt prædicatum de pluribus. Præterea uniuerſale deſcendit ad accidens per hanc differentiam, quæ eſt prædicari in quale accidẽtale nõ cõuertibiliter, & ita patet cõcluſio Scoti.

Ad primum. Ad primum argumentum negatur minor. Nã illa præſupponit unum falſum, quòd accidens de quo eſt ſermo hic, applicetur ſingulari, quia applicatur communi, & non in abſtracto, ſed in concreto. Vnde aduertatis pro ſolutione primi argumenti; quòd duplex eſt accidens, reale, & intentionale.

Duplex accidens. Accidens reale poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo in communi; alio modo in ſuis ſingularibus, & ſuppoſitis. ſi conſideratur in communi; & hoc dupliciter; Aut in abſtracto, aut in concreto: tunc dico tria per ordinem de accidente reali. Primo dico, quòd hæc ſecunda intentio, quod dico accidens, non applicatur enti reali in communi conſiderato in abſtracto: ratio, quia ut ſic in abſtracto non prædicatur de ſubiecto; & ita ut ſic in abſtracto non poteſt applicari ſecunda intentio; & ita albedini non applicatur hæc ſecunda intentio. Secundò dico, quòd hæc intentio accidens non applicatur ſingularibus accidentis communis. ideſt, huic, & illi albedini: ratio, quoniam nulla ſecunda intentio quinque uniuerſalium applicatur ſingularibus, ergo nec iſta Tertiò dico, quòd accidens, quod eſt ſecunda intentio, applicatur enti reali communi accepto in cõcreto; quia ut ſic dicit ordinem ad ſuum ſubiectum. Si autem eſt intentionale, ſic dico, quòd accidens intentionale non eſt natum informare accidẽs ſingulare reale, nec prædicari de illo, nec fundari in illo, nec applicari illi.

Et

Et ita patet optima ſolutio ad primũ argumẽtũ.

Contra. Inſtat Doctor, quoniam ſi accidens, cui applicatur hæc intentio accidens, ſit in ſingulari. Primò ergo illud accidens erit ſingulare, ergo illa intentio, quæ applicatur accidenti reali exiſtenti in ſingulari, erit ſingularis; & ita nõ erit uniuerſale: & ita redibit primum argumẽtum. Ad hanc inſtantiam dicit Doctor, quod accidens reale, cui applicatur hæc intentio ſecunda accidens, ut puta album: poteſt cõſiderari dupliciter: aut ſecundum eſſe materiale, quod habet in ſubiecto, & ſic ei non applicatur hæc ſecunda intentio accidens: aut conſideratur accidens ſecundum eſſe cognitum, & ſic abſtrahitur ab exiſtentia in ſingulari, & ut ſic ei applicatur hæc intentio. Quare argumentum præſupponit falſum, & ita non currit. Contra. Reſponſio doctoris.

Arguitur ſecundò ſic. Omnis diuiſio datur per oppoſita, ergo diuiſio eius per ſubſtãtiam, & accidens erit per oppoſita: ſed ſubſtantia, quod eſt unum membrum diuiſionis, eſt ens reale, ergo accidens, quod eſt alterum membrum, erit ens reale: & ita non erit ens intẽtionale: patet, quia ens reale, & intentionale non opponuntur. Secundo arguitur ſic.

Arguitur tertio ſic. Nulla ſecũda intentio prædicatur per ſe de prima: patet, quia non uera natura nõ ꝑdicatur per ſe de uera natura, ut dictum eſt ſupra: ſed accidens prædicatur per ſe de prima intentione, dicendo, qualitas eſt accidens, ergo accidens ſumptum ex parte prædicati erit ens reale, & non rationis: probat minorem Doctor. Nã iſta eſt per ſe, qualitas eſt ens, ergo qualitas eſt accidens: tenet conſequentia: quoniam ens, prout prædicatur de qualitate, non poteſt ſumi niſi ſecundum conceptum ſubſtantiæ: probatur etiam cõſequentia per regulam Topic. Omne Tertio arguitur.

ne denominatum à ſuperiori denominatur ab inferiori, Ad hæc duo argumenta Doctor unica reſponſione reſpondet. Et dicit, quòd argumenta currunt de accidente reali, & non intentionali. Vnde accidẽs reale eſt illud, quod diuidit ens contra ſubſtantiam, & non accidens intentionale: Et ita patet ſolutio ad ſecundum argumentũ.

Quid ſit accidens reale.

Ad tertium argumentum dico, quod hæc propoſitio, qualitas eſt accidens, eſt per ſe: ſi accidens ex parte prædicati ſumatur pro accidente reali, & pro uno ſignificato nouem generum accidentium: ratio, quia tunc eſt prædicatio ſuperioris de inferiori. Si autem ſumatur accidens ex parte prædicati pro ſecunda intentione, ſic erit prædicatio denominatiua, ſicut hæc, homo eſt ſpecies. Aduertit tamen unum Sco. ibi, quod ſecunda intentio non prædicatur uniuerſaliter de qualitate, dicendo ſic; omnis qualitas eſt accidens. Aduerte enim ibi unum; cum dicit, quod aliqua ſpecies qualitatis eſt, cui applicatur aliqua intentio proprium, ut riſibile eſt, quoniam dicit Sco. hoc ſecundum opinionem communẽ, & eorum, qui ponunt paſſionem propriam in prędicamento qualitatis, & in ſecunda ſpecie qualitatis. Hoc tamen non eſt uerum ſecundum mentem propriam. Nam omnis paſſio ponitur in eo prædicamẽto, in quo eſt ſuum ſubiectum: ratio, quia ſubiectum propter idẽtitatem realem, quã habet cum paſſione, trahit prædicatum in quo eſt ipſum ſubiectum.

Scotus in Siſtis uuiuerſalibus & maxime in hac. q. 34. collocat riſibile in genere qualitatis.

Reſpondetur quòd in logica ſemper fuit inſequutus cõmunẽ opinionem. uide Bargium noſtrum in quæſtio. 3. prologi.

Arguitur quartò ſic. Nulla ſpecies ipſius uniuerſalis uerè ineſt, & applicatur ſingulari, probat inductiuè: hæc enim propoſitio eſt falſa, hoc animal eſt genus: & iſta, hic homo eſt ſpecies: ſed hæc eſt uera propoſitio; hæc albedo eſt accidens: probo per diffinitionem accidentis: quia

illa non poteſt uerificari, niſi de hac,& illa albe dine:quoniam cum adeſſe & abeſſe ſit operatio quædam, nec poteſt competere niſi huic, & illi albedini,& non albedini in communi, ergo ſequitur,quòd accidens hic diffinitum,cum ſit ſingulare,ſicut patet ex diffinitione eius, non poterit eſſe ſpecies uniuerſalis. Ad hoc argumentũ dicit Doctor,ꝙ hæc propoſitio eſt falſa: hæc albedo eſt accidens ſumendo accidens pro ſecunda intentione:quoniam dictum eſt in reſponſione ad primum argumentum, quòd ſecunda intentio poteſt fundari in ſingulari alicuius accidentis in communi: ſed hęc propoſitio eſt uera, hæc albedo eſt accidens, ſumendo accidens ex parte prædicati pro accidente reali. Et ita hæc ſecunda intentio accidentis, quæ eſt quintũ uniuerſale,nec applicatur albedini in cõmuni, nec huic albedini ſingulari:ſed albo in communi,& non huic albo.

Ad hoc argumentum dicit doctor.

Ad probationem Porphy.dico, quòd Porphy. per illa uerba adeſt,& abeſt; circumloquitur nobis unum prædicatum accidentale non per ſe ſiue conuertibile; & illud prædicatum non conuenit huic albedini ſingulari, nec dicitur de ea quia hæc albedo in abſtracto non eſt prædicatum: ſed eſt album in concreto, cui applicatur hæc ſecunda intẽtio, quæ eſt quintũ uniuerſale.

Ad probationem.

QVAESTIO XXXV.

QVAERITVR Vtrum hæc diffinitio ſit conueniens, ſiue conuenienter data, qua dicitur, accidẽs adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem? Iſta quęſtio eſt multũ facilis; & ideo non oportet multum immorari

Quæſtio facilis.

ſupra

ſupra eam.ordo quidem patet ex præcedēti quæſtione. Nam poſtquam uiſum eſt, quod accidens eſt de numero uniuerſaliū,& tenet quintum locum in latitudine uniuerſalium; merito quæritur quid ſit uniuerſale? & an diffinitio eius ſit bona, & conuenienter data? Arguitur primo per media Topic.& communia;probādo, quòd iſta diffinitio non eſt bona. Omnis diffinitio,in qua ponitur copulatio, eſt increpanda,ut dictum eſt ſupra;ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo.

Arguitur p media cōmunia.

Ad oppoſitum

Ad oppoſitum eſt ſentētia Porphy. qui nobis eam tanquam bonam reliquit:patet etiam,quia ea,quā philoſophus ponit in Topic. eſt eadem & conſimilis iſti,& non differunt niſi tantum in uerbis:quoniam eſſentialiter ſunt eadem. Cum igitur diffinitio philoſophi ſit bona, qua dicitur,accidens eſt, quod contingit eidem ineſſe & non ineſſe. Cenſendum eſt hanc diffinitionem Porphy de accidente eſſe etiam bonā, & ex hoc loco etiam habemus,quòd Porphy hanc diffinitionem accepit à philoſopho, cum in ſubſtantia non differant:ſed tantum in uerbis. Ad quæſtionem.In hac parte Doctor ponit cōcluſionem reſponſiuam ad quæſtionē, quæ eſt hæc:quòd diffinitio,ſcilicet, accidentis,ſi congruè,& rectè intelligatur,ſatis eſt cōuenienter aſſignata. Dixit autem, ſi cōgruè,ob hanc cauſam:quia uarii uariè exponunt. Propterea ſi rectè exponatur, erit conuenienter data. Ad oſtendendum autem hāc diffinitionem accidentis eſſe conuenienter datam, Scot.ponit pulchra notanda, & diffinitiones, per quas declarabitur ſenſus datæ diffinitionis. Vnde eandem uerborum contextus exponit diffinitionem Porphy.& Ariſt Et ideo ait, quod ſciendum eſt, quod iſta uerba adeſt, & abeſt, quæ ſunt poſita in diffinitione Porphy. huc

Primo topicorum cap.4.

Ad quæſtionē.

ue eſſe,uel non eſſe,quæ ſunt poſita ab Ariſt. in ſua diffinitione accidentis, poſſunt accipi æqui uocè, hoc eſt pro prima intentione, & pro ſecunda.Et quòd ſic poſſint accipi iſta uerba,ne ui deatur uoluntarius in ſuis dictis,adducit ſententiam philoſophi, per quam firmat, quod dicit. Nam accipiendo adeſſe, & abeſſe, ſiue ineſſe, & nõ ineſſe pro prima intẽtione,ſic loquitͤ philoſophus de eis 7.Met. et inde,cũ dicit;Accidẽtis eẽ eſt ineſſe.Ibi loquitͬ de ineſſe. ut ẽ terminus primę intẽtionis,& fauet his,qđ ſcribit philoſoph. 8.Phy.Vbi ait,qđ impoſſibile eſt idẽ ſimul adeſſe eidẽ ſubiecto,& abeſſe ab eodẽ; Vbi adeſſe & ab eſſe ſumitur pro prima intẽtione.Et ita patet, ꝙ uerba poſſunt accipi pro prima intentione. oſtẽdit etiam, quòd poſſunt accipi pro ſecunda intẽtione;& ſic ſignificat prędicationem eorum prædicamentorum,quæ ſunt extra eſſentiam ſubiecti;ſic quòd adeſſe,& abeſse, ſiue ineſse, & non ineſse denotant prędicationem denominatiuã, & accidentalem. Probat Doctor per oppoſitum quoniam dici de ſignificat propriam prædicationem eſsentialem earum,ſcilicet, prędicatorum, quæ ſunt in eodem genere cũ ſubiecto.Et ita habemus,qđ accipiẽdo adeſse,& abeſſe,ſine ineſse,& nõ ĩeſſe,mihi demõſtrat pͥdicationẽ accidẽtalẽ,& denominatiuã accidẽtis de ſubiecto; ſicut dici de oſtẽdit pͥdicationẽ eſẽtialẽ ſupioris de ĩferiori in eodẽ genere. Sed adhuc ineſse. In hac parte Doctor ſubdiuidit ſm mẽbrũ diuiſionis prmæ;& erat hoc,ꝙ ineſſe accipiebatur ꝓ ſecunda intentione: & ait, quòd ineſſe ſumptum pro ſecunda intentione, ſiue ſecundo modo poteſt ſumi tripliciter,propriè,cõmuniter, & communiſſimè.Propriè competit accidentibus communibus, ut albo. Nam albo propriè conuenit

Adeſt & Abeſt poſsũt accipi dupliciter.

Septimo Meta contex.2. & inde.

Octauo phyſi. contex. 62.& inde.

Ineſse poteſt ſumi tripliciter.

ineſſe. Secundo modo conuenit ſingularibus ac cidentibus; & ſic ineſſe competit huic albo. & tunc ſubnectit immediatè declarationem huius dicti, quòd ſumendo ineſſe hoc modo ſcilicet communiter ſumitur in illa diuiſione quarti membri famoſa, quam ponit philoſophus in antepredicamentis. Tertio modo ſumitur communiſſimè, uel ſecundum modum loquentium. Nā conſueuimus dicere, prædicatum ineſſe ſubiecto, in hoc genere loquendi ſumitur ineſſe communiſſimè. Prima diſtinctio. In hac parte probat ſecundum membrum primę diuiſionis, ſcilicet, quòd adeſſe, & abeſſe ſumitur pro ſecunda intētione; & probat hoc ratione, quoniam ſi diffinitum, cuiuſmodi eſt accidens, ſumitur pro ſecunda intentione, diffinientia, cuiuſmodi ſunt adeſſe, & abeſſe, nōn poterunt eſſe ſumpta pro prima intentione, ſed pro ſecunda: ſic etiam iudicādū eſt de diuiſo, & diuidentibus. Propterea ait Doctor eſſe inconueniens logicum diffinire, & logicum diuidere, & potiſſimè per primas intentiones, quando diffinitum eſt ſecunda intentiò & diuiſum ſimiliter. ſic autem eſt in propoſito; quòd hic diffinitur accidens pro ſecunda intentione, ergo diffinientia debent ſumi pro ſecunda intentione. Secunda diſtinctio. Ibi probat etiam ſecundam diſtinctionem rectè fuiſſe datā de ineſſe, prout accipitur propriè, communiter & communiſſimè. Nam propriè ſumitur, ut uerificatur de accidente communi; communiter, ꝓ quolibet accidēte: communiſſimè; ut omne prędicatum ineſt ſuo ſubiecto. Conſimiliter. Nam quia dictum eſt, quòd eſſe in poteſt accipi tripliciter; uult dicere, & oſtendere etiam, quòd dici de poteſt accipi tripliciter, iuxta regulam Topicam, quot modis dicitur unum oppoſitorū, tot modis

Probat ſecundum membrū primæ diuiſionis

Eſt inconueniens logicum definire & diuidere.

Dici de poteſt accipi tripliciter.

modis &c. propriè dicitur dici de, quoniam ſuperiora prædicatur de inferioribus in eodem genere. Communiter autẽ ſumitur dici de, pro omni eo, quod eſt commune. Commuuiſſimè ſumitur pro prędicato, quod ſpecificat rem huius uerbi, eſt, in propoſitione. Vbi aduerte, quod prędicatum poſitum citra uerbum ſpecificat ipſum uerbum abſolutè ſumptum, ſiue prædicatum fuerit commune, ſiue ſingulare, ſiue eſſentiale, ſiue accidentale: ſiue directum, ſiue indirectum. Primo modo dici de ſumitur propriè in diuiſione illa famoſa quarti membri in antepræedicamentis; ſecundo modo ſumitur dici de in diffinitione uniuerſalis, cum dicitur, uniuerale prædicatur de pluribus. Tertio modo ſumitur in diuiſione Porphy. quam ponit capite de genere.

Primo modo.

Secundo mō.

Tertio modo.

His omnibus præſuppoſitis, & declaratis applicat Doctor, cum dicit. Sumendo igitur adeſſe uel ineſſe primo modo, ideſt pro ſecunda intentione, tunc per adeſſe intelligitur, genus accidentis cum una differentia, ſcilicet, remota: unde genus eſt, cum dico prædicatum, differentia uerò, cũ dico, nõ eſſentiale. Et ita tangitur per illam particulam prædicatum non eſſentiale, ſiue genus intermedium inter uniuerſale, & accidens: & eodem tertio etiam intelligitur in diffinitione proprij per illud uerbnm, accidit. Ita ꝙ ſicut in diffinitione proprij hoc uerbum, accidit, indicat mihi prædicatum non eſſentiale: ita in diffinitione accidentis, licet adeſt ſignificat prędicatum non eſſentiale. Et ita genus cum differentia remota. reſiduum autem ſupple tu ponitur in diffinitione accidentis, hoc, ſcilicet, abeſſe præter ſubiecti corruptionem, ponitur loco differentiæ, ſcilicet, ultimæ reponẽtis ipſum accidens in ultimo eſſe ſpecifico: & etiam poni

Applicatio Doctoris.

tur

tur loco correlatiui ipſius diffiniti, ideſt, accidẽtis. Nam cum accidens ſit relatiuum, oportet ei aſſignare ſuum correlatiuum, quod eſt præter ſubiecti corruptionem. Et ita patet hanc diffinitionem accidentis eſſe bonam.

Vt arguatur ſic

Vt arguatur ſic. Illa diffinitio eſt cõueniẽter data, in qua ponitur proprium genus, & differẽtia remota cum ultima ſimul, & correlatiuum diffiniti: ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo. Et ita patet diffinitionem datam à philoſopho eſſe bonam. Cum dicitur, accidens contingit ineſſe, & non ineſſe, exponit Doctor, ideſt, neceſſariò ineſt ſubiecto. Ecce gloſa ſapientis. Vbi aduertatis, quod ex illa gloſa poſita à Sco. naſcitur pergrãde dubium: quoniam ſi tu dicis, quòd accidens non neceſſariò ineſt ſuo ſubiecto, erit dubium de accidentibus inſeparabilibus. Nam cum accidens diffinitum diuidatur in accidens ſeparabile, & in accidens inſeparabile. Qua igitur facie dicere poterimus, quod accidens inſeparabile, ut ingredo in Aethiope, non neceſſario ineſt æthiopi. Præterea quo ore potermius ꝓſerre hoc accidens, quod dicitur quantum nõ neceſſario ineſſe materiæ, cum inſequatur eam, ſicut proles matrem. Iſta enim ſunt accidentia non propria, de quibus dictum eſt ſupra: ſed ſũt communia; & tamen neceſſario inſunt ſubiecto Igitur uidetur, quòd illa gloſa nõ poſſit aptari ad accidentia inſeparabilia. Ait Doctor, poteſt dici, quòd illud, quod dictum eſt, ſcilicet, quòd non neceſſariò ineſt accidens ſubiecto, eſt ita verum de illis accidentibus, ſcilicet inſeparabilibus, ſicut etiam de illis accidentibus ſeparabilibus. Loquendo tamen per ſe: Vnde in hac parte eſt ſummopere aduertendũ, quòd ex una parte poteſt eſſe uerum, ſcilicet, quòd accidens inſepa-

Gloſa doctoris

Reſpõſio Doctoris.

ſeparabile non ineſt ſubiecto neceſſario: & ex alia parte poteſt eſſe falſa: ex parte ſubſtantiæ, ſiue ſubiecti poteſt eſſe uera, quòd accidens inſeparabile nõ neceſſario ineſt ſubiecto. ratio, quoniam, ſicut dicebatur ſupra, ſubſtantia præcedit omne accidens tempore: & ita quantum eſt ex parte ſubſtantiæ, non repugnat eſſe ſine tali accidente ſeparabili. Nam ſi hoc eſt uerum de accidente proprio, potius erit uerum de accidente communi. Ex parte autem accidentis, inquantum accidens eſt, dico, quod illa propoſitio erit falſa, ſcilicet, quòd nullum accidens commune neceſſariò ineſt ſubiecto; quia plura ſunt accidẽtia, quæ neceſſariò inſunt ſubiecto, ut quantitas. Aduerte ibi pulchram doctrinam Doctoris, ibi aſſignat, & reddit rationem, quare de neceſſitate quantitas ineſt ſubiecto: quia hæc cauſam neceſſariam habet in ſubiecto, ut puta materiã non tamen habet cauſam per ſe, proprium autẽ habet cauſam per ſe, & neceſſariam in ſubiecto. Et ita patet differentia inter proprium & accidens commune. Ideo exponitur alio modo. In hac parte Sco. dat aliam expoſitionem ad illud uerbũ poſitũ in diffinitione accidẽtis. ſ. abeſt; & exponit ſic. Accidẽs eſt illud, qđ adeſt, & abeſt; abeſt ſupple tu ſm intellectum ſiue conſiderationem intellectus, præter deſtructionem eſſentialis intellectus, ſiue conceptus ſubiecti: dicit eſſentialis conceptus propter conceptum accidentalem, qui corrumpitur. Contra, quia data ueritate iſtius expoſitionis, quod intelligitur ſic quod accidens eſt quod abeſt, ideſt, quoad intellectum, conſiderationem, & non in re, & actuali exiſteutia; ergo ſequitur, quod diffinitio proprij non diſtinguitur à diffinitione accidentis: quod tamen eſt inconueniens, ut probatum eſt

Aduerte pulchram doctrinam.

Alia expoſitio uerborum.

Contra.

ſupra: probatur, quoniam ſpecies, ſiue ſubiectum proprij, cum ſit prius ipſo proprio, completè poteſt intlligi ſine proprio: ſicut etiam ſub iectum ſine accidente. Et ita non diſtinguitur una diffinitio ab altera. Ad hoc argumentum ait Doctor, probando illud, quod dicit ſupra: quoniam etiam quo ad intellectum eſt differentia inter ſubiectum accidẽtis, & ſubiectum proprij Nam ſubiectum accidentis communis poteſt intelligi ſub oppoſito eius; ſubiectum autẽ accidentis proprij non poteſt intelligi ſub oppoſito eius. Et ita patet differentia inter hanc diffinitionem accidentis, & illam proprij. Et tũc Doctor laudans hanc ultimam particulam diffinitionis, ait quòd iſte eſt intellectus, & conceptus iſtius diffinitionis Porphy. & Ariſt. Et ita utraque diffinitio eſt conueniens. Contra tu iam dixiſti, quòd iſta diffinitio eſt conuenienter data. Tunc arguo ſic: omnis diffinitio conneniẽter data per ſe ineſt diffinito: ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo. Tunc ſic, accidens per ſe abeſt, & adeſt ſubiecto, ergo per ſe adeſt ſubiecto: probo hanc conſequentiam: quoniam arguendo à copulatiua tota ad partem, tenet conſequentia: Tunc ultra, per ſe accidens adeſt ſubiecto, ergo non poteſt abeſſe. Et ita ſecunda pars deſtruit primam.

Probat id qđ dixerat ſupra.

Scotus laudat hanc ultimam particulam diffinitionis.

Arguẽdo à copulatiua tota ad partem tenet conſequẽtia.

Præterea arguitur ſic, etiam per oppoſitum omne accidens abeſt per ſe à ſubiecto, & adeſt ergo per ſe abeſt: & ſi per ſe abeſt, ergo nõ adeſt. Præterea omne accidens neceſſario eſt accidẽs, ergo omne accidens neceſſario ineſt, & ita non poteſt abeſſe. Ad hoc argumentum dat unam reſponſionem aliorum; & ait, quòd illa conſequẽtia non ſequitur, per ſe adeſt, & abeſt, ergo per ſe adeſt; quoniam eſt fallacia à ſecundum quid

Arguitur ſic.

Reſponſio aliorum.

ad ſimpliciter:ſicut etiam à ſimili non tenet,cõ tingens neceſſariò eſt contingens, ergo contin gens neceſsariò eſt, non ualet per fallaciam dictam. Inſtat Doctor contra hanc reſponſionẽ, & uult oſtendere,quod conſequentia eſt bona: & dicit pulchram regulam,quoniam arguendo à genere poſito ſub differentia ad genus ſimpliciter & abſolutè,tenet conſequentia.Nam benè ſequitur;animal rationale eſt,ergo animal eſt: ſed ita arguitur hic, ergo conſequentia eſt bona. Ideo dat ultimam ſolutionem ſuam,& dicit. Poteſt dici,quòd conſequentia eſt aliquo modo bona;ſed antecedens eſt diſtinguendum ſecundum compoſitionem, & diuiſionem propter illam particulam, quæ ponitur, ſcilicet, per ſe Nam ly per ſe poteſt determinare inherentiam; & ſic utraque propoſitio,& conſequentia eſt uera:uel poteſt determinare inhærens; & ſic utraque conſequentia eſt falſa: ſicut etiam dictum eſt de hac diſtinctione ſupra; & ſumendo ly per ſe, ut determinat inhærens,non ponitur in diffinitione accidentis. Vnde uult dicere, quando dicit, quòd adeſt,& abeſt;uult dicere, quod per ſe ineſt accidenti: ſed idem prædicatum determinatum ſiue acceptum per ſe non ineſt illi ſubiecto.

Inſtat doctor.

Per ſe poteſt determinare duo.

Ad aliud dicitur eodem modo, quòd ſi determinat inhærentiam, eſt uera; ſi determinat inhærens,eſt falſa.Et ita patet determinatio iſtius quæſtionis.

QVAESTIO XXXVI.

Q VAEREBATVR An diffinitio accidentis fuiſset conuenienter data? Fuit cõcluſum, quòd ſic. Et in hac concluſione probanda fuit Doctor unica ratione contẽtus. Supereſt modò ſoluere argumenta, quæ reddebant concluſionem ſuſpectam. Iſtę ſolutiones (domini) argumentorum ſunt ualde ponderandæ: quia nobis conferunt dulciſſimè ueritatis fructum: & multarum dubietatum inexplicabiles nodos ſoluunt. Ponderemus igitur ſingula dicta in ſolutionibus horum argumentorum.

Iſtæ ſolutiones argumẽtorum ſunt ualde ponderandæ.

Arguebatur per media communia.

Arguebatur igitur primò per media communia, quorum primum erat hoc. Illa diffinitio in qua ponitur copulatio ab Ariſt. in Topic. reprehenditur, iſta eſt huiuſmodi. Ad hoc argumentum, eſt una ſolutio ſolemnis, & regula generalis, quæ eſt hæc; quòd omnis diffinitio data per copulationem circum locutiuè habitam, omnino eſt reprehendenda, ita eſt in propoſito, ergo hoc argumentum non habet locum.

Secundo arguitur.

Secundum argumentum commune eſt hoc: omnis diffinitio, in qua non apparet genus, & differentia eius, non conuenienter aſſignatur: ſed iſta eſt huiuſmodi, ergo. Ad hoc argumentũ negatur minor; quoniam ſicut patuit in corpore quæſiti in applicatione illa dictorum, in hac diffinitione eſt genus, & differentia: tangitur.n. ibi genus ſimul cum differentia remota, cum dicitur adeſt. Nam per hoc ego intelligo prædicatum non eſſentiale: & ita genus eſt ibi, cum dico prædicatum: differentia remota eſt, cum dico non eſſentiale: Præterea in hac diffinitione apponitur differentia ſpecifica: & etiam appa-

In hac diffinitione apponit differentia ſpecifica.

ret

ret correlatiuum eius,licet per accidens cum dico,præter ſubiecti corruptionem. Quare in diffinitione accidẽtis quatuor apponũt. Apponit.n. quanquã implicitè, genus eius: apponitur duplex differentia remota, & propinqua. Et ita iſta diffinitio erit bona, cum in ea ponantur, quæ neceſſaria ſunt ad diffinitionem, genus, uidelicet, & differentiæ; & quia diffinitum eſt relatiuum, quia eſt ſpecies uniuerſalis, quemadmodum,& quodlibet aliud uniuerſale: ideo aſſignatur eius correlatiuum,quod eſt ſubiectum: & qa ſubiectum eſt relatiuum per accidens: quia pro tanto ſubiectum refertur ad ipſum accidẽs pro quanto accidens refertur ad illud, ſicut dicimus,quod ſcibile pro tanto refertur ad ſcientiã pro quanto ſcientia ad ſcibile refertur. Et ita ſunt omnia, quæ ſunt requiſita ad diffinitionẽ Et propterea illa minor argumenti merito fuit negata.

Arguitur tertiò ſic. Illa diffinitio non eſt bona,in qua diffinitum eſt ſecunda intentio, & uniuocum: & partes diffinitionis ſunt entia extra animam,& æquiuocè: patet hæc maior propoſitio, quia entia realia non diffiniunt entia intentionalia,ut dictũ eſt,neq; uniuoca æquiuoca: qm̃ ſicut æquiuocum non poteſt eſſe diffinitum: ita etiam nec pars diffinitionis: ſed in diffinitione accidentis eſt huiuſmodi,ergo. Probo ambas partes minoris. Et primò, quòd in ea ponantur entia realia, quoniam ponuntur adeſt, & abeſt. Adeſſe autem, & abeſſe conueniunt accidẽtibus extra animam: probo, quoniam eſſe eſt extra animam,ſicut ens, ita etiam eſt adeſſe, probatur ẽt ſecunda pars; quoniam accidens hic diffinitum, eſt ſecunda intentio, quæ uniuocè competit rebus diuerſorum prædicamentorum, ſeu generũ:

Tertio arguitur

Eſſe eſt extra Animam.

ſum eſt quod aſsumitur. Item contra ſecundam particulam: ibi Doctor arguit contra ſecundam particulã, quæ eſt hæc, quòd accidens abeſt præter ſubiecti corruptionem; hęc eſt ſecunda particula diffinitionis, & potiſsimè argumento ſumpto ab accidentibus inſeparabilibus, quæ hoc in loco magnam inferunt difficultatẽ. Arguo igitur ſic. Aliquod accidens commune neceſsariò, & inſeparabiliter ineſt ſubiecto, ergo non poteſt abeſse ab illo ſubiecto præter eius corruptionẽ: probo antecedens; quoniam quantitas homini neceſsariò, & inſeparabiliter ineſt, & nigredo coruo, & albedo cygno: conſequentia patet; quoniam ſeparatio huius accidentis eſt corruptio ſubiecti. Sed poſses dicere, quòd accidens hic diffinitum non comprehendit ſub ſe accidens inſeparabile: & ita euaderetur hæc difficultas.

Arguit Doctor contra hoc authoritate, & ratione. Primò authoritate Porphy. qui diuidit accidens hic diffinitum in accidẽs ſeparabilę, & inſeparabile. Secundò probatur ratione: quia omne prædicatum non eſsentiale, aut eſt proprium, aut commune: Sed iſta accidentia enumerata ſuperius nõ ſunt accidentia propria: quoniam nõ conſequuntur formam ſpecificam, ut patet, ergo ſunt accidentia communia. Et ita ſtat prior difficultas. Ad hoc argumentũ Doctor dat duas reſponſiones. Et prima eſt multum difficilis, & ut eam deducam in formam clarã, dico ſic: quòd duplex eſt ſubiectum; quoddam eſt ſubiectum informationis, & quoddam denominationis: ſubiectum informationis eſt materia prima, quæ meritò dicitur ſubiectũ informationis; quoniã diuerſis formis informatur, ſucceſsiuè tamẽ, quẽadmodum declarat Comment. 1. Phyſic. Cum dicit, materia recipit omnes formas; recipit enim

Arguit Scotus authoritatę & ratione.

Scotus dat dua reſponſiones.

Duplex eſt ſubiectum, informationis, & denominationis.

Primo phy. cõtextu 69.

Scotus in prima quæſtione prologi.

eas alternatim: hoc etiam firmat Sco. in prima primi in ſolutione hoſtilium rationum, ibi ait, quòd tot ſunt formæ receptibiles in materia, quot in ea latent appetitus. Et ita materia eſt ſubiectum informationis; & tunc applicando ad propoſitum, dicit Doctor, quòd illa pars diffinitionis, quæ dicit, quòd adeſt præter ſubiecti corruptionem, uerificatur de ſubiecto informationis. Aliud autem eſt ſubiectum denominationis, & illud eſt compoſitum naturale. Nam illud eſt in rei ueritate, quod generatur, & corrumpitur, ſicut expreſsè habet philoſophus. 7. Metaph & Sco. Quòd corruptio, & generatio eſt compoſitorum: & hoc eſt uerum terminatiuè, materia autem prima ſecundum Scotiſtas generatur, & corrumpitur ſubiectiuè ad hunc ſenſum; quod poteſt eſse ſubiectum generationis, & corruptionis, quemadmodum expreſsè format Cōmen. 1. Phyſic. ſed materia prima non generatur, & corrumpitur terminatiuè: quia illud, quod generatur, & corrumpitur terminatiuè, eſt compoſitum naturale: & ita ſubiectū corruptionis erit compoſitum naturale. Et de iſto non intelligitur pars diffinitionis, cū dicitur, quòd adeſt præter ſubiecti, ſcilicet, denominationis, corruptionem. Quòd autem hæc diſtinctio ſit bona, probat Doctor per duo exempla. Primum eſt de loco. Nam locus dicitur paſſio, & accidens corporis locantis. Et ita corpus locans dicitur ſubiectum informationis: locatum uerò dicitur ſubiectū denominationis, & non informationis. Secundum exemplum eſt de actione. Nam denominationis ſubiectum eſt agens: nā agens actione denominatur, agere, ſubiectum informationis, erit patiens & ita poterit eſse duplex ſubiectum, informationis, & denominationis, pars illa

Setimo Meta. contextu 27.

Primo phy. contextu 60.

Quod hæc diſtinctio ſit bona, per duo exēpla oſtendit Scotus.

Secundū exemplum.

Duplex ſubiectum denominationis & informationis.

la intelligitur de ſubiecto informationis,& non denominationis. Et ita patet ſolutio ad hoc argumentum: & etiam ex his patet ſolutio ad illã inſtantiam,quæ fit in ſolutione argumenti. Aliter dicitur. In hac parte Doctor apponit ſecundam ſolutionem, per quam exponit illam particulam, ſcilicet, quod abeſt præter ſubiecti corruptionẽ,ideſt,quòd ſubiectum eius poteſt intelligi ſub oppoſito illius accidentis ſine deſtructione conceptus ſui, & ſine repugnantia conceptuum;& hęc reſponſio dicta fuit ſuperius.

Arguitur ultimò ſic. Accidens abeſt, ergo non eſt accidens: patet per diffinitionem accidentis, conſequentia patet, quia ſeparatio accidentis à ſubiecto eſt illius corruptio. Tunc ultra, accidens non eſt, ergo ſubiectum non eſt: probo cõſequentiam per naturam relatiuorum;ſed ſubiectum, & accidens ſunt relatiua, probo, quoniam omnis ſpecies uniuerſalis eſt relatiuum: ſed accidens eſt ſpecies uniuerſalis, ergo eſt relatiuum; & non poteſt referri ád aliud, niſi ad ſubiectum,ergo ſubiectum eſt correlatiuum eius: & ita ſi accidens deſtruitur, & ſubiectum. Præterea probatur, quoniam ſi in diffinitione accidentis non poneretur relatiuum, eſset inconuenienter data. Ad hoc argumentum Doctor negat hanc conſequentiam, uidelicet accidẽs abeſt, ergo accidens non eſt; quia ſic intelligitur ly abeſse, quòd ſubiectũ poteſt intelligi ſub oppoſito accidentis. Et ideo ex hac expoſitione data, non ſequitur, quòd accidens non ſit. Contra hoc arguit Doctor, per philoſophum in prædicamentis ſic. Nullum relatiuum poteſt diffinitè ſciri ſine altero: ſed ſubiectum,& accidens ſunt relatiua,ergo unum non poteſt diffinitè ſciri ſine altero. Tunc ultra, non poteſt diffinitè ſciri

Vltimo arguitur.

Contra

Capite de relatione.

ſine altero, ergo non poteſt complete intelligi ſine accidente, ergo non poteſt intelligi ſub oppoſito accidentis: tenet conſequentia per regulam Topicam: quia ſi de quo minus uidetur ineſse, & non ineſt, ergo & de quo magis.

Præterea arguitur ſic. Intellectus eſt ſolum uerorum: ſed non eſt uerum ſubiectum eſse ſub oppoſito accidentis, ergo. Ad primum iſtorum duorum argumentorum ait Doctor ponendo optimam regulam; quòd duplex eſt relatiuum, quoddam eſt relatiuum per ſe, ſicut pater, & filius; & de iſtis intelligitur in argumento. Aliud eſt relatiuum per accidens: & dicitur pro tanto per accidens, quia illud relatiuum non refertur ad aliud, niſi prius aliud referatur.

Duplex relatiuum.

Ad illud exemplum eſt de ſcientia, & ſcibili ut dictum eſt; & ita argumentum non currit. Si diceretur. Ibi Doctor ponit unam expoſitionem quorundam, quæ ab eo reprobatur. Nam ſic exponebant iſtum locum, quod accidens adeſt, & abeſt preter ſubiecti corruptionem, ideſt præter corruptionem illius ſubiecti, ideſt ſubiecti, ſiue fundamenti, cui fundato talis intẽtio ineſt. Iſta expoſitio non eſt bona; quia ſi per ſubiectum intelligamus fundamentum, & illud fundamentũ eſt ens reale, & prima intentio: tunc prima intẽtio diffiniret ſecundam intentionem, quod eſt reprobatum ſupra.

Opinio quorũdam.

Ad ultimum obiectum Doctor dat tres reſpõſiones. Cum dicitur, intellectus eſt ſolum uerorum, ait Doctor; quòd iſta propoſitio eſt uera de habitu, & notitia principiorum. Nam ſicut habetis declaratum à philoſopho, & Auerroe 6. Ethic. quinque ſunt habitus, inter quos enumerantur iſti duo, ſcientia, & intellectus: unde intellectus hic non capitur pro potentia intelle-

Intellectus eſt uerorum, ideſt ipſorũ principiorum.

Sexto ethi. cap. 3.

ctiua

ctiua:ſed capitur pro notitia, & habitu principiorum. Vnde notitia principiorum meritò dicitur intellectus propter facilem adhæſionem ipſius intellectus ad illa principia. Nam principia ſe habent ſicut ianua in domo, ſecundo primæ philoſophię. Et hoc egregiè declarat. Sco. in prima primi, & tertia primi. Scientia uerò propriè eſt habitus concluſionis demonſtratæ, & non eſt notitia demonſtrationis. Et hanc notitiam. Comment. appellat. 6. Ethic. formam concollectam. Ad propoſitum, cum dicitur, intellectus eſt ſolum uerorum; exponitur ſic, intellectus, ideſt, habitus, ſiue notitia principiorum eſt uerorum. Vlterius poteſt dici. Ibi Doctor apponit ſecundam ſolutionem, & expoſitionem diſtinguẽdo de intellectu. Nam duplex eſt intellectus, ſimplex, & componens, ſiue diuidens: Hæc diſtinctio poteſt firmari per illud, quod habet philoſophus, & Cõ 3. de Ani. Et dr̄ ĩtellectus ſimplex triplici ſimplicitate, ſimplicitate potentiæ intelligentis, ſiue ſimplicitate oppoſita compoſitioni ex materia, & forma: & dicitur ſimplex ſimplicitate actus, quia ille actus ſimplex eſt, cũ ponatur in prima ſpecie qualitatis: & dicitur ſimplex ſimplicitate obiecti; quia illud obiectũ, quod intelligitur per primam operationem intellectus, eſt ſimplex ſimplicitate oppoſita complexioni: dicitur autem intellectus componens, & diuidens ab operatione eius ſecunda.

Quinque ſunt intellectuales habitus, circa quos non contingit dicere falſum.

Notitia principiorum dicitur intellectus.

Secundo Met. contextu 1.

Scientia eſt habitus concluſionis demõſtratæ Auer. 6. ethicorum cap. 3.

Duplex eſt intellectus, ſimplex & componens. Tertio de Anima cõtextu 21.

Tunc dicimus ad argumentum, quòd intellectus eſt uerorũ: Dico, quòd illa propoſitio eſt uera loquendo de intellectu componente, uel diuidente, in quo eſt formaliter ueritas, uel falſitas: nõ autem de intellectu ſimplici, in quo non eſt ueritas, & falſitas formaliter. Vnde aduertatis, quòd inter has propoſitiones eſt magna

Intellectus eſt uerorum, uera eſt de intellectu componente, uel diuidente, non autem de intellectu ſimplici.

gna differentia. Nam aliud eſt intelligere coruum eſſe ſub albedine: quia iſte intellectus, & ſenſus eſt falſus: quia pertinet ad intellectum cõponentem. Et aliud eſt intelligere coruum ſub albedine, & ille intellectus non eſt falſus, quia eſt intellectus ſimplex, in quo non eſt falſitas. Tertia expoſitio eſt, quòd ſubiectum non uerè poteſt intelligi ſub oppoſito accidentis inſeparabilis: tamen nòn repugnat in re, hoc eſt non eſt repugnantia ex parte conceptuũ, ſcilicet, ſubiecti & accidentis, quòd ſic intelligatur. Et ita patet ſolutio ad omnia argumenta.

Nota aliud eſt intelligere coruum eſſe ſub albedine, et aliud eſt intelligere coruum ſub albedine.

QVAESTIO XXXVII.

DETERMINAVIT Supra Doctor longa uerborum ſerie accidens ipſum, de quo in præſenti extat ſermo, fuiſſe uniuerſale: deduxit conſequenter diffinitionem uniuerſalis fuiſſe benè, & optimè aſſignatam. Dictũ eſt quoque ſuperius, quòd iſtæ duæ intentiones proprium ſcilicet, & accidens, ſunt formaliter diſtinctæ, & applicantur diuerſis fundamentis. Nam proprium non poteſt propriè (ſecundum mentem iſtius hominis, applicari, niſi accidenti reali emananti, atque pullulanti à compoſito ratione formæ ſpecificæ. Accidens autem, quod eſt quintùm uniuerſale, non poteſt applicari niſi accidenti reali ſurgenti ex principiis indiuidui, aut ratiône materiæ, aut ratione actiuarum qualitatum. Et dictum eſt, quòd hoc accidens quod eſt quintum uniuerſale, ſecundum doctrinam ipſius uiri, non poteſt applicari indiuiduo alicuius accidentis, nec etiam accidenti in abſtracto; ſed accidenti in concreto habente habitudinem

Proprium non poteſt applicari niſi accidenti reali.

tudinem ad ſubiectum. Et ita uaria, atque diuerſa ſunt fundamenta harum rationum. Ne igitur addiſcentis animus dubius remaneat; nititur iſte Doctor noſtris ex animis hanc auferre dubitationem, quæ in hac materia oriri poteſt perſcrutanti. Quia ex quo dictum, eſt, quòd iſtæ duæ intentiones non poſſunt applicari niſi diuerſis fundamentis.

Poterit eſſe dubitatio; An iſtæ duæ intentiones, cuiuſmodi eſt proprium, & accidens, poſſint dici, enunciari, prædicari, fundari, ſiue applicari eidem, & uni rei, ſic quòd aliquod ens unum, & idem poſſit eſſe fundamentum harum duarũ intentionum diſtinctarũ? Et ita patet ordo iſtius quæſtionis cum expoſitione eiuſdem. Et primò arguitur, quod ſic: & argumentum (domini) eſt de qualitatibus elementorum. Nam quælibet ui detur quòd poſſit eſſe fundamentum proprij, & accidentis; ut arguatur ſic. Vna, & eadem qualitas poteſt eſſe proprium, & accidens, ergo unum & idem ens erit ſubiectum harum duarũ diſtinctarum intentionum: probo antecedens. Nã ego accipio qualitatem ignis; caliditas ignis reſpectu ignis eſt proprium: omne illud, quod conſequitur formam conſubſtantialem elementi, eſt proprium, ſicut dictum eſt, capite de proprio: ſed caliditas eſt huiuſmodi, ergo. Præterea caliditas, reſpectu mixti, & elementi, eſt accidens cõmune: quoniam caliditas in ferro ignito, aut in lapide eſt accidens. Et ita patet, quòd idẽ, ut puta caliditas, eſt proprium reſpectu ignis, & accidens commune reſpectu mixti. Sed tu dices, ſicut dicendum puto, quòd caliditas æquiuocè eſt in igne, & in ferro ignito. Contra, oſtẽdo, quòd nõ, immo uniuocè: probo, ubi comparatio, ibi uniuocatio: ſed caliditas comparatione inuenitur

Dubitatio.

Patet ordo iſtius quæſtionis.

Argumentum de qualitatibus elementorum.

An caliditas ſit propriũ reſpectu ignis.

in igne & in lapide ignito, ergo uniuocè. Vnde aduertatis domini, quemadmodum habet Scot. in illa quęſtione magna quarta ante prædicamẽ torum, quòd in æquiuocis non poteſt eſſe comparatio, ſed benè in uniuocis: ſed quæ eſt ratio huius? Dico, quod ratio diuerſitatis eſt iſta: quoniam in uniuocis eſt una forma participatat ab uniuocatis ſecundum magis, & minus: & ideo non poteſt fieri comparatio. In æquiuocis uerò non eſt una forma inæqualiter participata ab æquiuocis; quia uox tantum illis eſt communis, & non forma: & ideo ibi non fit comparatio. Ad propoſitum, cum igitur caliditas ſecundum magis, & minus inueniatur in igne, & lapide ignito ſequi neceſſe eſt ut ibi ſit comparatio. Et ita argumentum tenet.

In æquiuocis non eſt comparatio.

Ad oppoſitum

Ad oppoſitum eſt ſententia Porphy. & autoritas Sco. hic. Duo oppoſita nõ poſſunt ineſſe eidẽ reſpectu eiuſdem, hæc patet: ſed proprium, et accidens ſunt oppoſita, ergo nõ poſsunt ineſſe eidem ſubiecto, & fundamento: probo minorem. Quorum diffinitiones ſunt oppoſitæ, & diffinita ſunt oppoſita: ſed diffinitiones proprij, & accidẽtis ſunt oppoſitæ, ut patet ex rationibus eorum, ergo. Quare his præliantibus rationibus, redditur q̃ſtio propoſita tenuis, & in ueritate ſuſpẽſa.

Opinio aliorũ.

Ad quæſtionem Doctor, ita ſe habet, quod primò ponit opinionem aliorum, & infringit, ſiue impugnat eam. Secundò ponit opinionem propriam. Secundò ibi. Dicendum ideo erat quo ad propoſitam quæſtionem una reſponſio peritorum dicentium: quòd proprium, & accidens poſſunt dici de eodem ſubiecto, pro quanto illud ſubiectum idem cõparatur, ſiue refertur ad diuerſa. Exemplũ eſt de caliditate, & de gñe, ſiue de animali. Nam animal per relationem ad ſuperius

perius ſubinnuit rationem ſpeciei, per comparationem uerò ad ſua inferiora tenet rationem generis. Et ita licet reſpectu unius, & eiuſdem non poſſit idem eſſe proprium, & accidens: relatum tamen ad diuerſa poteſt. Contra. In hac parte Doctor impugnat hanc opinionem, quòd ſi detur aliquid, quod reſpectu alicuius ſit proprium, reſpectu illius non erit accidens, nec ēt reſpectu alterius. Vnde duo includit Doctor. Primum, quod proprium reſpectu alicuius non poteſt eſſe accidens: nec etiam ad quodcunque aliud comparatum. Exemplum certum eſt, quòd riſibile eſt proprium reſpectu hominis; eſt proprium, ergo ineſt per ſe, ſicut patet ex diffinitione proprii: ſi fuerit accidens, non inerit per ſe, ſed per accidens. Et tunc idem ineſset per ſe, & non per ſe. Et ita habemus reſolutè, quòd proprium, reſpectu cuius ſubiecti eſt proprium, nō poteſt eſse accidens. Tu dices, quòd poterit eſse accidens relatum ad aliud. exemplum, ut puta riſibile poterit eſse accidens reſpectu aſini, & ēt reſpectu lapidis. Contra, quia ſi reſpectu hominis fuit proprium, ergo ineſt ſibi conuertibiliter, & ſoli, & ſemper, ſicut patet ex diffinitione proprii, ergo non poteſt ineſse alteri tanquam accidens: quia ſi ſic, non fuit primò conuertibiliter inhęrens: & ſi conuertibiliter non inhæreat, ergo reſpectu primi ſubiecti non fuit proprium. Ordinemus igitur has conſequentias bonas, ſic ut colligatis fructum. Riſibile reſpectu hominis eſt proprium, ergo reſpectu hominis non eſt accidens: antecedens patet ex dictis conſequentia deducitur, quia tunc manifeſta ſequeretur contradictio. Nam idem per ſe ineſſet, & nō ineſset alicui. Tunc ultra, reſpectu hominis non eſt accidens, ergo nec etiam reſpe-

Contra

Exemplum

Exemplum

Contra

Ordinatio conſequentiarum.

ctu

ctu cuiuſcunque alterius ab homine: probo cõſequentiam, quia ſi eſset accidens reſpectu alterius ab homine, ergo conuertibiliter non fuit in homine, ergo reſpectu hominis non fuit proprium, hæc conſequentia eſt impoſſibilis, ergo illud ex quo ſequitur. Et ita patet impugnatio illius falſæ opiuionis.

Scotus ponit opinionem propriam.

Ideo dicendum. In hac parte Doctor ponit opinionem propriam, & concluſionem ſuam, quæ eſt hæc: quòd impoſſibile eſt iſtas duas intentiones, proprium, & accidens ſcilicet, applicari eidem rei primæ intentionis, & reſpectu eiuſdem, uel diuerſorum, ut tenebat prior poſitio. Et paucis abſoluens concluſionem ſuam reaſſumit illam rationem, quam adduxit, prior ratio, & poſitio: & eſt ratio hæc: quoniam omne illud, quod eſt alicui proprium, illi non poteſt eſse accidens: nec etiam poteſt eſse accidẽs alicui alii ab illo ſubiecto: patet, quoniam conuertitur cũm eo ſubiecto, cuius eſt proprium, & ita aliis non ineſt tanquam accidens.

Scotus dat duas reſpõſiones. Nulla qualitas actiua uel paſſiua eſt propriũ alicui elemento.

Ad primum argumentum Doctor dat duas reſponſiones. Prima eſt, quòd nulla qualitas actiua, ſiue paſſiua eſt proprium alicui elemento: qualitas actiua eſt, ut caliditas in igne, & frigiditas in aqua, neutra iſtarum eſt paſſio reſpectu ignis, & aquæ: qualitas paſsiua eſt ſiccitas in igne, & terra, & humiditas in aqua & aere. Vult modò Doctor, quòd nulla harum qualitatum eſt propria paſsio alicui elemento, ut hic de proprio, & paſſione loquimur. Nam ut de proprio loquimur, tantum illud dicitur, qđ poteſt applicari accidenti emananti ex forma ſpecifica. Modò arguitur ſic. Illud non eſt proprium ſiue paſſio alicuius, cuius ſubiectum poteſt intelligi ſub oppoſito illius qualitatis, ergo

Vult doctor ꝙ nulla harũ qualitatum ſit propria paſſio alicui elemento.

non

non eſt proprium. Nam ſicut ſupra diximus, hæc eſt differentia inter ſubiectum accidentis, & proprij. Poteſt eſſe & alia reſponſio: & iſta (iudicio meo) uidetur tutior, quòd licet iſtę qualitates ſemper inſint ipſis elementis, & neceſſariò; non tamen propter hoc dicendæ ſunt proprietates, & paſſiones: ratio, quoniam huiuſmodi qualitates non conſequuntur formam ſpecificam; ſed materiam, ideſt principia materialia indiuiduorum, quæ ſunt principia actionis, & paſsionis, Et ita huiuſmodi accidẽtia debent dici accidentia communia, & inſeparabilia; & non accidentia. Et ita patet ultimata ſolutio.

Qualitates non inſequũtur formam ſpecificã ſed materiam

Ad primum argumẽtum, quod qualitates elementorum non ſunt proprietates, & paſsiones, tum quia ſubiectum earum poteſt intelligi ſub oppoſito earum; tum quia conſequuntur principia indiuiduorum, & non principia formæ. Præterea arguit ſecundò de luce; quoniam lux eſt proprium, & eſt accidens: eſt enim proprium reſpectu ſolis, quia conſequitur immediatè formam ſolis: eſt etiam accidens reſpectu medij æris. Et ita idem poteſt eſſe proprium, & accidẽs.

Ad primum argumentum.

Ad hoc argumẽtum dicit Docto, quòd, & quãquam lux uniuocè inueniatur in ſole, & corpore luminoſo, & medio aere: non tamen habet eundem modum eſſendi in ſole, & aere: quoniã in ſole habet rationem tanquam eius quod eſt in fonte, & ut eſt lucentis, in aere habet rationem eius quod eſt illuminatum: modò concretum ſignificat formam, ſecundum quod eſt in ſubiecto: & ideo nullum concretum dictum à luce uniuocè ineſt huic, & illi. Videtur dicere quod licet lux, quod eſt abſtractum, ſit uniuocum: tamen concreta ſunt æquiuoca: ratio, quia non ſecundum eandem rationem eſt in ambobus con-

Lux uniuoce inuenitur in ſole & corpore luminoſo.

cretis. Modò intentiones, cuiuſmodi ſunt proprium,& accidens; nō enim appplicantur rebus primæ intentionis, niſi ut ſignificantur in concreto:& quia nihil eſt uniuocum iſtis concretis, ideo non currit argumentum. Contta, concretū & abſtractum idem ſignificant, ſed abſtractum pet te eſt uniuocum, ergo & conctetum Ad hoc breuiter ponitur una optima regula, quòd quādo concretum eſt uniuocum ratione formæ ſignificatæ, & abſtractum etiam erit uniuocum. Ptæterea ſi concretum eſt æquiuocum ratione formæ ſignificatæ, etiam & abſtrapum erit æquiuocum, tñ ſi concreta ſunt æquiuoca ratione cōnotati, ſiue ratione diuerſ hab udinis formæ ad ſubiectum, non propter hoc ſequitur abſtractum eſſe æquiuocum. Et ita ſtat uniuocatio abſtracti cum æquiuocatione cōcretotum. Quare patet ſolutio ad illud argumentum.

Optima regula

Arguitur ſecundo.

Arguitur ſecundò ſic. Riſibilitas reſpectu hominis non eſt genus, nec ſpecies, nec differentia nec accidens, ergo proprium. ſimiliter atguendū eſt de albedine. Nec eſt dicendum, quòd nō ſunt uniuerſalia, quoniam prædicantur de pluribus, ergo iſtæ intentiones propriū,& accidens, poſſunt applicari rebus in abſtracto, cuius oppoſitum dictum eſt. Ad hoc argumentum ait Doctor quòd riſibilitas reſpectu hominis non eſt uniuerſale: probat, quia reſpectu hominis non prædicatur de pluribus. Sed contra, quoniam abſolutè riſibilitas uel eſt genus, uel ſpecies, quoniā prędicatur de pluribus. Reſpondet Doctor, quòd benè uerum eſt, quòd tiſibilitas eſt ſpecies reſpectu huius riſibilitatis, & illius riſibilitatis: quia reſpectu illorum prædicatur de pluribus. Et ut ſic non eſt ptoprium. Et ita proprium, quod eſt ſecunda intentio, applicatur riſibili in cōcreto,

Reſponſio doctoris.

& non riſibili in abſtracto. ita etiam eſt dicendũ de albedine, quòd licet albedo in abſtracto ſit ſpecies per comparationem ad indiuidua contenta in proprio genere: non tamen poteſt eſſe reſpectu ſubiecti fundamentum huius ſecundæ intentionis, quod dico accidens: quoniam accidens pro ſecunda intentione non poteſt applicari niſi accidenti reali in concreto, quemadmodum Porphyrius etiam in concretis exemplificat: cuius exẽpla ſint, nobis probat authoritas. & ſic finem imponere conſtitui huic operi noſtri ſubtiliſſimi Doctoris, in quo ſi quid dixerim quod chriſtianæ religioni aduerſari uideatur, quòd non credo, illud recitando opiniones phylosophorum unuſquiſq; me dixiſſe, certò ſciat, in his & in omnibus aliis ſemper me ſubmitto iudicio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Compleui hoc opus Patauij in ædib. D. Antonij. in die Sancti Antonij. 75.

FINIS.

DE INDIVIDVATIONIS PRINCIPIO,

CVM SVBSTANTIARVM MATERIALIVM,

Tum ſubſtantiarum immaterialium, ad aures ſubtiliſſimi Doctoris dilucidiſſima pertractatio.

Diſti. 3.q.6. DOCTOR Subtilis in ſecundo Sent. tenet indiuiduationem fieri per aliquam entitatem poſitiuã ſimpliciter incommunicabilem, & hoc in natura creata, quã entitatem poſitiuam appellat hæreditatem ſeu proprietatem indiuidualem. Quid ſit hęreditas iſta inquit, quòd nec eſt materia, nec forma, nec compoſitum, ſed ultima realitas entis, ſed quod eſt illud ens, cuius illa realitas eſt ultima realitas.

Reſpondet, quod illud ens, poteſt eſſe ens, quod eſt materia, uel ens, quod eſt forma, uel ens, quod eſt compoſitum, unde ſecundum Doctorem ſubtilẽ tàm materia, quàm forma, & quàm compoſitum propriam habent hæccheitatem, quæ ſic ſe habet ad unumquodque ipſorum, ſicut actus ad potentiam contrahens ipſa ad unitatem numeralem, quam opinionem ſuam ita perſuadet.

Omnia differentia reducuntur ad aliqua primò diuerſa, aliter eſſet proceſſus in infinitum in differentijs. Indiuidua inter ſe differunt. Ergo earum differentia reduci debet ad aliqua primò diuerſa, ſed hæc non poſſunt eſſe for

ma

ma in hoc, & in illo indiuiduo, quia idem non poteſt eſſe, quo aliqua conueniunt formaliter, & differunt realiter, licet idem poſſit eſſe conueniens formaliter, & diſtinctum realiter; multũ n. refert eſſe diſtinctum, & eſſe quo aliquid primò diſtinguitur, cum autem forma in hoc, & in illo indiuiduo eiuſdem ſpeciei cõueniant formaliter, igitur non poſſunt diſtingui formaliter, tanquam per rationem diſtinguendi.

Simili quoque ratione neque materia huius, & illius poſſunt eſſe primo diuerſa, neque accidentia, igitur hæc primò diuerſa, quibus differunt indiuidua inter ſe, & natura in hoc, & in illo indiuiduo, erunt hæccheitates. & quoniã idẽ eſt principium diſtinguendi primò, & conſtituẽdi rem: igitur, cum hæccheitas ſit prima ratio diſtinguendi unum indiuiduum ab alio, eadẽ erit prima ratio eſſendi, & conſtituendi indiuiduũ: hæc ratio uidetur eſſe Doctoris ſubtilis.

EXCELLENTISSIMVS QVIDAM RECENTIOR,

Contrariæ opinioni fauens, Scoti rationem nullius ponderis eſſe contendit.

Cap. de uno contex. 12.

NAM aſſerit, quòd iſta opinio Ariſtoteli non eſt conſentanea, quod exquinto illa metaph. ſatis patet, ubi philoſophus inquit, unum nu mero eſſe, cuius matéria eſt una, pariter ex ſeptimo libro, ubi ita ſcribit ſingulare uerò ex ultima materia eſt, necnon ex his, quę ſcripta reliquit primo Cœli: igitur de ſententia Ariſtotelis, unum numero, & indiuiduū eſt per materiam, & non per differentiam indiuidualē, uel per hæccheitatem.

Contex. 35.
Contex. 93. & 94.

Vidēs Scotus, dicit iſte uir, iſtas authoritates ita reſpondet, quod cum materia, & forma relatiua ſint, ut legitur 2. Phyſic. quot modis dicitur forma, totidem quoqne dicitur materia, & quo niam forma duplex eſt, altera quidem totius, quæ eſt tota quidditas rei amplectens materiā, & formam, quæ totam complent rei quidditatem; reliqua uerò eſt forma partis, quæ eſt altera pars compoſiti: ita duplex eſt materia, altera qui dem partis, quæ eſt ſubiectum, ex quo aliquid fit, & eſt altera pars compoſiti, quæ fuit ab Ariſto tele definita, ſub finem primi Phyſ. & iſta opponitur formæ partis; reliqua uerò eſt materia totius, quæ opponitur formæ totius, & quoniam forma totius eſt quidditas rei, ita materia totius, quæ illi opponitur, eſt extra quidditatem

Secundo ſent. diſt. 3. q. 6. tex. comm. 26.

rei

rei:& ſicuti illud, quod eſt rei quidditas, dicitur forma;ita illud, quod eſt extra quidditatem rei dicitur materia.

Cum autem differentia indiuidualis ſit extra quidditatem rei, quoniam homo abſque differentia indiuiduali intelligi poteſt, ea ꝓpter differentia indiuidualis materia nuncupatur;tunc inquit.

Quod cum philoſophus deſcribit unum numero per materiam, & alijs citatis locis unitatis nnmeralis cauſam, materiam aſſignat;nō intelligit de materia partis, quæ eſt altera pars cō poſiti,ſed de materia totius, quæ eſt hæccheitas ipſa contrahens naturam communem ad eſſe ſingulare,& indiuiduum.

PRIMA OBIECTIO HVIVSCE recentioris, quòd non detur materia totius.

PROBAT primum apud Ariſtotelem,non dari hanc materiā totius, mox citatis locis de hac philoſophū nō intelligere, ſed de materia ptis.

Quod de Ariſt.ſententia, hæc materia totius non detur,contra Scotum ita oſtendit.

Hæc materia totius, cum ſit contrahens naturam cōmunem,ſe habet ut actus, nam ut inquit ipſe Scotus, materia totius ita ſe habet ad ſpeciem,ſicuti differentia ſpecifica ad ipſum genus, & ſicut differētia ſpecifica ſe habet ut actus, quoniam contrahit, & determinat,genus uerò ſe habet ut potentia, quoniam eſt quid contrahibile: ita differentia indiuidualis, & materia totius, quoniam contrahit ſpeciem, ſe habet ut actus, ſpecies uerò,quoniam contrahibilis eſt,ſe habet ut potentia; ſed materia quæ actus ſit nunquam

De materia totius, & de forma totius loquitur Sco. in tertia diſtin. ſecunda, & in quolibet q. 2. & quinto Met. & alibi, uide Gadium Bononienſem. q. 2. quolibet art. 2. & ſichetum in

ſecundo ſent. diſt. 3. q. 6. & Ariſt. in pluribus locis.

ab Ariſt. definita fuit, nec de ea ullũ prorſus habitum fuit uerbum, ſiue naturalem, ſiue primã philoſophiam per curtas, ſed ſolum de materia, quæ potentia eſt. igitur apud Ariſt. nõ datur niſi materia, quæ potentia eſt, quæ quidem eſt materia partis; materiã uerò totius, quã Scotus effinxit, ne quidem Ariſt. ſomniauit.

RESPONSIO.

Hvic Reſpondentes dicimus, quod Scotus hanc materiam totius, nunquam ſomniauit, ſed ex uberrimo Fõte Ariſtotelico, atque ex proprio ingenio hoc protulit.

Nam ſi reſpicimus ad dicta Ariſt. ex pluribus locis hanc totius materiã elicere poſſumus. primo ea manifeſtè colligitur ex primo cœli, ubi inquit philoſophus, in omnibus uel per artem, uel per naturam ex materia, & forma cõſtantib. aliud eſt ipſa ẽm ſe forma, & ea mixta cum materia, mox declarans, quæ ſit forma in ſe conſiderata, inquit cœlum denotare formam, hoc cœlum formam cum materia: ibi Ariſt. per cœlum denotauit uſe, per hoc cœlum ſingulare, ſed uniuerſale rerum materialium, cõſtat ex materia & forma, & dicitur forma, ideo debet iudicari forma totius, cui cũ opponatur ſingulare, & id per quod ſingulare conſtituitur, ergo id debet iudicari materia totius, quoniã materia & forma sũt ad aliquid, & relatiua quadam oppoſitione opponũtur, & quot modis unum dicitur, tot debet dici alterum, hoc expreſſit Auer. in comm. illius contex. 92. inquiens, quòd cœlum denotat formam, quę forma eſt cęlitas, hoc eſt forma totius oppoſita materiæ totius.

Primo cœli cõ tex. 92.

Secundo phy. contex. 26.

Præterea id ipſum manifeſte colligitur, quoniam

niam Ariſt. in primo cœli inquit, cœlum denotare formam, pari ratione caro formam denotat, hæc caro denotat formam cum materia, ſed cum caro ſignificet formam, non ſignificat formam partis, ſed totius. quod caro ſignificet formam totius, patet, quia alioquin Ariſt. ſibi contradiceret, nam in primo cœli inquit cœlum, & carnẽ ſignificare formã; ex aduerſo ĩ tertio de Ani. inquit, aliud eſt aqua & aquæ eſſe, magnitudo & magnitudini eſſe, per quæ uerba manifeſtat quod aqua, caro, & ſimilia, quæ in primo cœli dicuntur formę, ſunt compoſita ex materia & forma, propterea debent dici forma totius includens materiam partis. & ſi datur hæc forma totius, eſt neceſſe ut detur materia ei oppoſita, quæ ſit materia totius. Primo cęli con tex. 92. Tertio de Ani ma contex. 9.

Prętere hoc ipſum colligitur ex Ariſt. in ſecundo Phy. ibi explicans Formam, inquit, harum cauſarum aliæ ſunt ueluti ſubiectum, ut partes aliæ autem ut quid erat eſſe, & totum, & compoſitio, & ſpecies. Sic itaque ab Ariſt. totum dicitur forma, & cum uniuerſale ſit totum quoddã iure dicitur forma totius. quarè id, quod uniuerſali opponitur, dicetur materia totius, cum formæ opponatur materia. datur itaque ex ſententia Ariſt. materia totius. Secundo phy. contex. 31.

Simplicius manifeſtiſſimè eſt huius ſententiæ nam in expoſitione eius contex, inquit totũ eſſe formam, non totum cum ſuis partibus, ſed totum ex ſuis partibus conſurgens, ut homo, nam huiuſmodi totum cum differat à componentibus, eis aduenit ut forma. hæc Simplicius, per quæ manifeſtiſſimè formam totius explicat. Clarius etiam in quinto Phyſ. hanc formam totius approbauit inquiens, ſed ignis forma in omni bus qualitatibus eſt, & in ſubſtantia, quæ ſubii- Quinto phyſ. comm. 11.

citur

citur qualitatibus, &c.

Ex his conſtat diuiſionem materiæ, & formæ, in totius, & partis; non eſſe quid fictum à Scoto, ſed ex Ariſt. depromptum, & à Grecis expoſitoribus approbatum Sed ad uberiorem Doctrinam.

Vide pro hoc Gadium Bononiéſem in quo libet omnia ac cepi à ſcotiſtis.

Materia partis, & materia totius differunt tripliciter ſecundum Scotiſtas, & ueritatem.

Primo, quia materia partis eſt ens quidditatiuè, materia totius non.

Secundo, Materia totius eſt eadem realiter cum indiuiduo, materia partis non.

Tertio, Materia partis eſt potentialis ad formam ſubſtantialem, materia totius non.

RESPONSIO.

Reſpondetur itaque ad hoc primum argumentũ negando minorẽ, quod materia non ſit Actis.

Ac ut clarior pateat ſolutio, aduertendum quod materia totius duobus modis cõſideratur, primo ut forma totius cum ea reperitur & ſeruatur, nam uniuerſale in ſingularibus eſt, & nõ ſeorſum ſubſiſtit, & in hac prima conſideratione non eſt actus.

Hæc reſponſio ē ipſius domini Trombetæ in expoſitione huius quæſtionis.

Decimo Met. ſexto contex. 25.

Secundo conſideratur ut contrahens naturã ad eſſe indiuiduale, & in hac ſecunda conſideratione modo aliquo eſt actus, neque hoc eſt alienum à ſentẽtia Ariſt. ipſe enim in 10. Metaph. inquit marem non diſtingui à femina ſpecie, quoniam differentia eorum non ſumitur à forma, ſed à materia. vult itaque etiam materiam poſſe eſſe differentiam, & modo aliquo actum contrahentem.

SE-

SECVNDA OBIECTIO eiuſdem recentioris.

Iterũ obiicit authoritate Ariſt. Quinto Meta. Vnum numero eſt, cuius materia eſt una, diuerſa numero, quorum materiæ ſunt diuerſę, tunc ita argumentatur. Quinto Meta. contex. 12.

Illa materia eſt cauſa unius numero, cuius diuerſitas eſt cauſa diuerſitatis numero; Sed hæc eſt materia ex qua, & materia partis, ergo cauſa unius numero eſt eadem Materia partis. Probat minorem ex ſeptimo Meta. ubi philoſophus. inquit, generans generat diuerſa propter materiam, & Socrates, & Callias, propter materiam diuerſa ſunt, & per hanc intelligit materiam ex qua, nam ſicut (inquit) ex anima & corpore in communi fit homo in communi, authoritate Ariſt. ita ex hac anima & ex hoc corpore, qđ ultimã materiã appellat, fit hic hõ, & ſingulare. Septimo Met. contex. 28.

RESPONSIO.

Ad autoritatem Ariſt. dicentis, unum numero eſt, quorum materia eſt una, dicimus, quod accipit materiam pro illa entitate Indiuiduali, quæ conſtituit in eſſe materiali, non autem in eſſe formali, pro ut quiditas dicitur forma: quia iſta entitas nõ eſt quidditatiua, nec pertinet ad quidditatem. Ad minorem ipſius Ariſt. generans generat diuerſa propter materiam partis, concedimus tanquam ex qua, ſed materiam totius tanquam qua, hoc eſt ex hoc corpore, tanquam ex materia partis primo, ſed conſequenter, neceſſario, cõcomitãter materiam totius; non ne uidetis exemplum de materia integrali. Nam ubi Ariſt. Hæc reſponſio eſt ipſius Scoti & ipſius, domini trombetæ.

Ariſt. loquitur de materia partis, concomitanter, ut diximus, loquitur de materia totius, quoniam incōpoſitis cum materia, nō reperitur materia totius ſine materia partis, & quia materia partis, eſt magis conſpicua, ideo conſueuit de illa loqui, ut ſimul etiam alteram denotaret.

TERTIA OBIECTIO EIVSDEM

Ex quo ſequitur, Falſum quin etiā eſſe aliud dictum Scoti, quod ſubſtantia compoſita, forma ſubſtantialis, pariter & materia, proprias & diſtinctas habeant hæcchitates, quibus ſunt ſingulares, & indiuiduæ: nam cum ſubſtantia compoſita (ut nuper dictum eſt) ſit una numero, pariter & forma ſubſtantialis, quia materia eſt una, igitur in eodem compoſito non ſunt plures, & diuerſæ rationes indiuiduandi formam, & compoſitum, ſed una tantum, & hæc eſt materia partis, ut dicit Ariſt.

RESPONSIO.

Reſponſio domini trombetæ & aliorū ſcotiſtarum.

Dico, cum uera ſit ſententia Scoti, etiam uera ſunt quæ ſequuntur ex ea, in indiuiduo cō poſito, & plures, & una eſt materia pariter & plures & una indiuiduatio, nā eſt una totalis plures partiales.

PROPRIA RECENTIORIS iſtius opinio.

Omnia accepit ab ipſo iauello

Opinio ipſius D. Tomæ.

Tandem deuenit ad ſuam opinionem declarandam, dicit ergo, quod indiuidua eiuſdem ſpeciei procul dubio per aliqua primo diuerſa diſtinguuntur: cum autem inquit Scotus, hęc primo diuerſa, neque ſūnt materiæ, neque formæ aſſe-

aſſerit uir iſte, quod ſunt materiæ ſignatæ, certiſque diſpoſitionibus affectæ.

RESPONSIO.

Per hæc non euertitur Fundamentum Scoti, quoniam ſi ea, quæ differunt numero, debent differre per ea, quæ ſunt primo diuerſa, hoc primo diuerſum, non poteſt dici materia diſpoſitionibus ſignata, quoniam cum diſpoſitiones, tũ materia, ſunt priora materia ſignata, quia ſunt initia eius, & differũt ab aliis, ergo materia ſignata non eſt id, quod primo diuerſum eſt. Sed potius principia illius per ſuam hæccheitatem.

Opinio Scoti ſtat in ſuo robore.

DE

DE PRINCIPIO INDIVIDVATIONIS SVBSTANTIARVM immaterialium.

Opinio Scoti.

Diſtin. 3. q. 7. SCOTVS ſecundo Sent: uoluit ſubſtantiarum ſeparatarum cauſam indiuiduationis diſſimilem, atque diuerſam fore; dicit enim quod prima intelligentia ratione ſuę infinitatis ſe ipſa eſt indiuidua, & hæc;cæterę uerò intelligentiæ non ſe ipſis ſunt indiuiduę, ſed per aliquod eſſentiæ ſuperadditum, ut per hæcchieitatem, & materiam illam totius, quæ ſecunda pars concluſionis ita probatur.

Quod de ſe eſt indiuiduum, & ſingulare, ſub ratione uniuerſali, intelligi nequit, quia nihil intelligi poteſt ſub ratione oppoſita ſuæ naturę. ſecundæ intelligentiæ concipi poſſunt ſub ratione uniuerſali, igitur non ſunt ex ſe ſingulares,& indiuiduæ,ſed per aliquod additum,cum autem hoc non poſſit eſſe materia ex qua, nec aliquod accidens,erit igitur hæccheitas, & differentia indiuidualis.

REIICITVR A RECENTIOR iſta Scoti opinio.

Oſtendit ſecundas intulligentias per differētiam indiuidualem ſuper additam, minimè indiuiduari, hoc autem ita probatur ab ipſo.

Si ſecundæ intelligentiæ eſſent indiuiduæ ꝑ differentiam indiuidualem ſuperadditam quid ditati, igitur eſſent compoſitæ ex quiditate, & diffe-

differentia determinante quidditatem ad eſſe ſingulare, conſequens eſt falſum, igitur & antecedens; probat falſitatem conſequentis, quoniã philoſophus. 12. Meta. determinauit, ſubſtãtias illas mouentes ęternas eſſe actus puros, atque à compoſitione liberas & immunes. 3ex, comm. 30.

Scotus huic rationi reſpondere uidetur, quòd ſubſtãtiæ ſeparatæ loco citato ab Ariſto. dicuntur actus puri, & à cõpoſitione ſolutę, non quidẽ ſimpliciter, ita ut omnem compoſitionis gradũ excludãt, ſed liberę dicuntur à cõpoſitione rei, & per negationem huius cõpoſitionis, actus puri dicuntur. Scotiſtæ admittunt tamẽ compoſitionẽ ex quidditate, & differentia indiuiduali, quæ nõ eſt cõpoſitio rei & rei, ſed realitatis, & realitatis, quam tamẽ à ſe penitus abiicit prima intelligentia, & propter eam ipſa dicitur ſimpliciter actus purus, & ab omni compoſitionis gradu libera, & ſoluta.

Sed iſta ſolutio nulla eſt, dicit uit iſte, quod facilè demonſtrat.

Nam ſubſtantia ſeparata, de qua loquitur philoſophus in text. trigeſimo quamuis probat eſſe actum purum, liberamque à materia, & à potentia, accipitur communiter, & pro ſubſtantia abſtracta in genere.

RESPONSIO.

Dicimus, quòd illa ſubſtantia accipitur communiter, pro ſubſtãtia abſtracta, ſed non in eodẽ gradu, ſicut patet de intelligibilitate, nã in prima intelligentia idem eſt intelligens, intelligibile, & intellectio, ſed non in aliis à prima, & tamen omnes conueniunt in intelligibilitate. Eligitur huiuſmodi reſpõſio ex uerbis Sco.

compoſitione ſimpliciter & rei,& rei,& realitatis,& realitatis, aut intelligit quòd ſolum ſit libera à compoſitione rei & rei, ſed nõ realitatis, ſi primum, ergo quælibet intelligentia libera eſt à compoſitione ſimpliciter,& cõſequenter in nulla intelligentia, illa differentia indiuidualis adinuenitur.

Si ſecũdum dicatur, cum ibi ſermo ſit de ſubſtantia ſeparata in genere, ut etiam Deus optimus maximus comprehenditur,ergo nulla ſubſtantia ſeparata libera erit à compoſitione realitatis,& realitatis, & ita neq; Deus ipſe ab hac compoſitione immunis erit,cuius oppoſitum,dicit iſte uir,tenet ipſe Scotus,quare alterum duorum dicendum erit,aut quod omnis intelligentia ſit ab omni compoſitione ſoluta, aut quod in deo optimo maximo, ſit cõpoſitio ex quidditate,& differentia contrahente, quod cum dici minimè poſſit, primũ neceſſariò affirmãdũ erit.

RESPONSIO.

RESPONSIO eſt conſpicua ex dictis, nam Ariſt. loquitur de ſubſtantia ſeparata in genere & hoc multi dicunt, & recte, ſed cum infertur, ergo aut omnis intlligentia eſt ab omni compoſitione ſoluta, aut etiam in Deo ineſt compoſitio ex quidditate & differentia cõtrahente, hæc conſequentia neganda eſt. & ratio, quod negari debeat eſt, quia Ariſt. loquens de genere ſeparatorum in communi,remouet ab eo id quod eſt commune omnibus, hoc autem eſt quòd ſit immunis à compoſitione rei, & rei, ad quam ſolum potuit deducere per uiam æternam motus, quod autem Deus etiam careat compoſitione ex quidditate, & differentia contrahente, hoc

Iſta reſponſio elicitur ex uerbis Scoti, & domini trombetæ.

ſæpe dixi, immo eſt materia totius, quæ materia totius in rebus corporeis non eſt ſine materia partis, at in abſtractis ſecus ſe habet. Nam in ſecundis intelligentiis, reperitur materia totius, ſine materia partis, in Deo autem, qui ſolus eſt abſolute primus & penitus ſimplex, nulla reperitur.

Deus autē eſt de ſe hic, & p nihil ſibi aduenięns eſt ſingularis, immo eſt ſingularitas q̄dam, quæ eſt actus purus & ſimpliciſſimus includēs in ſe ultimatā actualitatem uide Dominū Trōbetam in formalitatibus.

Pręterea conſiderat minorem propoſitionem illius diſcurſus, quæ eſt, primus motor non habet materiam, & quærit; aut per materiam, intelligit materiam partis, aut materiam totius, ſi primum, habetur propoſitum, ſi ſecūdum, hoc erat probandum, nec dicere poteſt hoc eſse probatum in trigeſimo, quoniam cum ibi probetur non habere materiam de ſubſtantia ſeparata in genere, ſequitur ut omnis ſubſtantia ſeparata careat materia totius.

RESPONSIO.

Dico Ariſt. loqui de materia totius, nam Deus cum ſit abſolutè ſimplex, uniuſcuiuſque materiæ debet eſse expers, & cum ſit expers materiæ totius, etiam ſequitur ut ſit expers materiæ partis, ſed non econtra. Ad inſtantiam, dum dicitur, hoc erat probandum, reſpondeo demonſtrationem erigi ad latentia, non ad per ſe nota, ex notitia nominis Dei primæ perfectionis primiq; principii, conſtat eum debere eſse ſolutum ab omni materia, debere omni ex parte eſſe ſimpliciſſimum: quia da oppoſitum, tunc non eſset abſolutè primum, hoc ita ſe habet de primo principio, & nō de pendentibus ab eo, propterea Ariſtot. deduxit ad id quod ex nomine Dei primique principii manifeſtiſſimè conſtat eſse abſurdum.

Iſta propoſitio Videlicet. Deus eſt, eſt prima, & in mediata, ad quam omnes aliæ ꝓpoſitiones reſoluūtur. uide Scotum prima q. quolibet art. 1. hoc idem adſtruxit ī primo diſtin. ſecunda q. ſecunda.

tia indiuidualis, per quam indiuiduentur, & dicat quicquid uelit Scotus.

RESPONSIO.

Dicant quicquid uelint Scoti reprehenſores, ex fundamentis Scoti, & ex declaratis à me in præcedentibus, patere cenſeo Animis recte diſpoſitis in intelligentiis, ſub Deo ordinatis, præter duas illas compoſitiones, etiam inueniri compoſitionem, cum differentia indiuiduali, ſæpe explicata, in Deo uero nullam.

Mox rationes in oppoſitum perſoluit, & ad primam Scoti rationem dicit. Rationes ī oppoſitum.

Quod id, quod ex ſe indiuiduum eſt, non poteſt intelligi ſub ratione uniuerſali ſumpta ex parte rei.

Vnde cum ſubſtantiæ ſeparatæ ex ſe ipſis indiuiduæ ſint, ſub ratione uniuerſali ſumpta, ex parte ipſarum, intelligi minime poſſunt, ſed ſi intelliguntur, ſub ratione uniuerſali, hoc eſt ex parte intellectus noſtri ipſas concipientis ſub modo uniuerſali, ſecundum ſimilitudinem ad iſta inferiora: etenim cum ab intellectu noſtro per iſta ſenſibilia intelligantur, ſimplices cum ſint, modo tamen compoſito, & indiuiduæ cum ſint, modo uniuerſali intelliguntur.

Solutio, ut cenſeo, nulla eſt, quoniã ſi id eueniret ſolum ratione noſtri modi intelligendi, & quia per ſenſibilia intelliguntur, non autem ex re ipſa, tunc ut intelligentias alias, ita Deum poſſemus concipere ſub ratione uniuerſalis, & ſingularis, at id facimus de aliis, & nõ de Deo, quare hoc euenit ex re ipſa, præterea intellectus ut ſit uerus, uerſatur in re intellecta, ſicut eſt, ſed intelligendo ſecundam intelligentiam rectè

FRATRIS CONSTANTII CONVENTVALIS FRANCISCANI A' SARNANO,

IN CONFICIENDOS SYLLOGISMOS,

Præfatio ad ſtudioſos adoleſcentes.

FRATER CONSTANTIVS SARNANVS.

STVDIOSIS LECTORIBVS. S. P. D.

CVM ad eos maximè expediat, qui conficiendorum Syllogiſmorum rationem perdiſcere cupiunt, prius nouiſſe, quid ſit ſyllogiſmus, quid oratio, quid propoſitio, & quid ſit terminus; cum ſyllogiſmus ex orationibus, & propoſitionibus componatur; orationes autem, & propoſitiones, ex terminis; ideò à terminis tanquam à ſimplicioribus. Ariſtotelem imitantes, auſpicabimur

dicendi

dicendi initium: Indè tranſibimus ad orationes, & ad propoſitiones, à propoſitionibus uerò ad ſyllogiſmos, ut iuuenibus, (in quorum gratiam hæc ſcribimus) ea, quæ difficilia ſunt, facilia appareant.

DE TERMINO.

TERMINVS eſt extrema pars orationis, ſeu propoſitionis, eam undequaque finiẽs, ut (homo eſt animal) in hac ꝓpoſitione, homo, & animal, quoniam ex utraque parte propoſitionem terminant, ideo termini appellãtur; qui termini nil aliud ſunt, quàm nomina, & uerba.

De Nomine.

NOMEN ex Ariſtotele. 1. perihermenias eſt uox ſignificatiua ad placitũ, ſine tempore; cuius nulla pars ſeorſum aliquid ſignificat, ut homo, ho. n. & mo. quę ſunt eius partes, ſi ſeorſum accipiantur, nihil ſignificant. At innominibus quibuſdam, ut in compoſitis, partes ſeorſum ſumptæ aliquid ſignificare uidentur. quemadmodum Petrus Franciſcus. Petrus, & Franciſcus, quę ſunt huius nominis partes, ſi ſeorſum accipiãtur, aliquid ſignificare uidentur; uerum non ita eſt, nã ſi conſiderentur, ut illius nominis partes ſunt, nihil ſignificant; eandem enim rationem habẽt, quam habebunt priores partes nominis ſimplicis, ſi uerò conſiderentur, ut ſunt nomina de per ſe, tunc aliquid ſignificare poſſunt.

De Verbo.

VERBVM eſt uox ſignificatiua ad placitum, cum tempore; cuius nulla pars ſeorſum accepta aliquid ſignificat; & ſemper eſt nota eorũ,

quæ

quæ de ſubiecto prædicantur. ut Socrates currit, currit, eſt uerbum, quod notat curſum ineſſe Socrati, qui eſt ſubiectum.

De ſubiecto, & Prædicato.

Svbiectvm eſt illud, de quo aliquid dicitur. Prædicatum eſt, quod dicitur de altero; ueluti in hac propoſitione, homo eſt animal, homo eſt ſubiectum, quia de illo dicitur aliquid ſ. animal; animal uerò eſt prædicatum, quia dicitur de altero. ſ. de homine; & hæc dicta ſint de terminis; ſequitur nunc oratio.

De oratione.

Oratio eſt uox ſignificatiua ad placitum, cuius partes ſeorſum acceptæ aliquid ſignificāt; quemadmodum ſignificant nomina, ut homo eſt animal, homo, & animal, quæ ſunt partes huius orationis, ſeorſum ab iſta oratione accepta aliquid ſignificant.

Orationum alia perfecta, alia imperfecta, perfecta illa dicitur, quæ generat perfectū ſenſum in animo auditoris, ut homo eſt animal: imperfecta eſt, quæ generat imperfectū ſenſum in animo auditoris, ut homo albus.

Orationis plures ſunt ſpecies, uidelicet Imperatiua, Optatiua, & Indicatiua, quam Ariſtoteles enunciatiuā uocat; harum orationum enunciatiua tantum uſui noſtro deſeruit, quoniam illa ſolummodo uerum, uel falſum, oſtendit, reliquæ autem non; quare illas tanquam Rhetoribus, Poetisuè magis cōuenientes relinquemus, & ad enunciatiuam accedemus.

De

De oratione enunciatiua.

ORATIO igitur enunciatiua, ſeu enunciatio, eſt oratio, quæ uerum, uel falſum ſignificat: ut homo eſt animal, iſta oratio uerum ſignificat, quia affirmat animal de homine, quod uerum eſt. homo non eſt animal, iſta falſum ſignificat, quia negat animal de homine, quod falſum eſt.

Sed hoc loco notandum eſt, quod in enunciatiua oratione, ſemper debet eſſe aliquid tempus huius uerbi, ſum, es, eſt, ſiue in actu, ſiue in potentia, quoniam hoc tantum uerbo utuntur logici. in actu ponitur, ut quãdo dicimus, homo eſt animal, quia expreſsè in hac propoſitione ponitur eſt, in actu ponitur: quando uerò non ita expreſsè ponitur eſt, ſed aliquid aliud uerbum, quod uerbum debet reſolui in ſum, es, eſt, & participium illius uerbi, ut cum dicimus, homo ambulat, hæc propoſitio continet uerbum eſt in potẽtia, continetur.n.ſub illo uerbo ambulat, quod ſi reſoluatur, enunciatio dicet, homo eſt ambulans, & tunc eſt aderit illi in actu, hæc enunciatiua oratio ſi ſolum conſideretur, prout uerum, uel falſum dicit, propriè enunciatio dicitur quòd ſi uerò conſideretur prout ſyllogiſmum componit, propoſitio nuncupatur. Nos itaque cum de illa pertractemus, prout ſyllogiſmo deſeruit, poſthac illam ſemper propoſitionem appellabimus.

De Propoſitione.

PROPOSITIO igitur eſt oratio affimatiua,

ua.uel negatiua, alicuius de aliquo, dico autẽ alicuius de aliquo, quoniam in propoſitione ſemper eſt ſubiectum,& prædicatum, quod dici tur de ſubiecto.

Diuiſio Propoſitionis.

PROPOSITIO quatuor modis dicitur, aut enim dicitur, uniuerſalis, aut particularis, aut indefinita, aut ſingularis.

Propoſitio uniuerſalis, illa eſſe dicitur, quæ habet ſubiectum à ſigno uniuerſali determinatum,ut omnis homo eſt animal; Signa uniuerſalia ſunt,ut omnis, nullus,quilibet,quicunque & ſimilia.

Particularis propoſitio eſt illa,quæ habet ſubiectum à particulari ſigno terminatum, ut quidam homo eſt animal, ſigna particularia ſunt aliquis,& quidam.

Propoſitio indefinita illa eſt,quæ habet ſubiectum uniuerſale ſine aliquo ſigno, ut homo eſt animal:uniuerſale ſubiectũ illud dicitur, quod de pluribus prædicatur, quodque à Grammaticis nomen appellatiuum dicitur, ut homo, & animal,& huiuſmodi.

Propoſitio uerò ſingularis illa eſt,quæ habet ſubiectum ſingulare, ut Socrates. Singulare autem illud eſt,quod de nullo prædicatur, ex Ariſtotele,in ante prædicamentis, quodque à Grammaticis dicitur nomen proprium.Propoſitio igitur ſingularis erit,Socrates eſt animal.


At cum propoſitio ſingularis, & indefinita quandoque ad uniuerſalem, quandoque ad particularem reducantur,nos tantummodo de uniuerſali, & particulari ſermonem habebimus,in

quibus

quibus duo dicimus eſſe animaduertenda, quantitatem ſcilicet, & qualitatem.

Quantitas eſt, per quā propoſitiones, aut uniuerſales, aut particulares, nuncupantur.

Qualitas eſt, per quam uel affirmatiuę, uel negatiuæ dicuntur. per hæc autem duo, quatuor in propoſitionibus oriuntur oppoſitiones, quæ ſiquidem nō nullas inter ſe includunt regulas, ueluti in hac infraſcripta figura ſatis manifeſtè conſtat.


CONTRARIAE
Omnis Homo eſt Albus
Aut ſunt ambæ falſæ, aut una uera, & altera falſa, nunquid ſunt ſimul ueræ.
Nullus Homo eſt Albus
SVBALTERNAE
Harum ſi uniuerſalis eſt uera, particularis ēt eſt uera, ſi falſa eſt particularis etiā & uniuerſalis, & non ē contra.
Harum ex neceſſitate ſi una eſt uera, altera eſt falſa.
Contra- dictoriæ
Harum ex neceſſitate ſi una ē uera, altera ē falſa
Contra- dictoriæ
Harum ſi uniuerſalis eſt uera, ſimiliter & particularis;& ſi hæc falſa, pariter & uniuerſalis, & nō ē cōtra.
SVBALTERNAE
Quidā Homo eſt Albus
Hæ,aut ſunt ambæ ueræ,aut una uera, altera falſa, nunquam queunt ſimul eſſe falſæ.
Quidā Hō nō eſt Albus
SVBCONTRARIAE

In iſtis propoſitionibus contingunt quædam conuerſiones propter ſyllogiſmos quoſdam imperfectos, de quibus agenus, poſtquam tractauerimus de ſyllogiſmis.

De ſyllogiſmo.

SYLLOGISMVS (ex Ariſtotelis ſentẽtia primo Priorũ) eſt oratio, in qua poſitis quibuſdam neceſſe eſt aliud euenire, per ea, quæ poſita ſunt, hoc eſt ſyllogiſmus eſt oratio, in qua poſitis duabus propoſitionibus, & cõplicatis eo pacto, quo dicemus inferius, ex neceſſitate ſequitur cõcluſio, quæ ex illis propoſitionibus naſcitur.

Sunt itaque in Syllogiſmo duæ propoſitiones quarum altera maior, altera uerò minor appellatur. Sunt præterea tres termini, ſcilicet medius terminus, maior extremitas, & minor extremitas.

Medius terminus ille eſt, qui bis antè concluſionem deſumitur, hoc eſt ſemel in maiori, & ſemel in minori propoſitione; nunquam tamen concluſionem ipſam ingreditur.

At maior extremitas eſt, quæ ſumitur in maiori propoſitione, cum medio termino.

Minor uerò extremitas eſt, quæ ſumitur in minor propoſitione cum eodem medio termino.

Syllogiſmorum ab Ariſtotele in primo Priorum, tres ponuntur figuræ. Prima ſcilicet, Secunda, ac Tertia. Quarum conditiones, modos, & exẽpla lucidioris doctrinæ gratia ſubiiciemus.

De prima figura.

PRIMA figura eſt, in qua medius terminus ſemel eſt ſubiectum, & ſemel prędicatum, ſubiectum quidem in maiori propoſitione, prædicatum uerò in minori. Requiruntur quin etiã hac in prima figura hæ duę aliæ conditiones, ut ſcilicet maior propoſitio ſit uniuerſalis, minor uerò affirmatiua. Habet hæc figura, pro clariori notitia, inſtar conditionum, quatuor modos, qui perfecti dicuntur, ad quos reducuntur omnes alii ſyllogiſmorum modi, ut perfecti efficiantur, ut paulo poſt erit conſpicuum, qui uerò quatuor modi his quatuor Nominibus deſignantur uidelicet.

Barbara, Cælarent, Darij, Ferio, in quibus modis quatuor literæ ſunt animaduertendæ, ſcilicet. A E.I.O A. ſignificat uniuerſalem affirmatiuam. E. uniuerſalem negatiuam. I. particularem affirmatiuam. O. particularẽ negatiuam; in quacunque igitur ſyllaba illorum modorum erit. A. collocanda erit propoſitio uniuerſalis affirmatiua; ubi, E, uniuerſalis negatiua; ubi I. particularis affirmatiua; ubi. O. particularis negatiua, & hoc pacto in illis modis conficiendi ſyllogiſmi, ut infraſcriptæ figuræ exempla nobis oſtendunt.

BAR-

Barbara.

Omne animal eſt corpus.
Omnis homo eſt animal, ergo
Omnis homo eſt corpus.

Cœlarent.

Nullum animal eſt lapis.
Omnis homo eſt animal, ergo
Nullus homo eſt lapis.

Darii.

Omnis homo eſt riſibilis.
Quędā ſubſtātia eſt homo, ergo
Quędam ſubſtantia eſt riſibilis.

Ferio.

Nullus homo eſt equus.
Quoddā animal eſt homo, ergo
Quoddam animal nō eſt equus.

Cōcluſio iſtorum ſyllogiſmorum habet pro ſubiecto ſemper ſubiectum minoris propoſitionis, quæ eſt minor extremitas; pro prædicato uerò habet prędicatum maioris propoſitionis, quæ eſt maior extremitas; medius verò terminus: ut dictum eſt, nunquam concluſionem ingreditur.

Hi ſunt quatuor modi primæ figure directe concludentes, ſunt etiam in hac figura quinque alij modi indirectè, & pręter naturam concludentes: qui ſiquidem quia ſunt ſubdifficiles, & ab Ariſtotele tanquam inutiles reiiciuntur, ideò à nobis nunc omittentur, de iiſdem fortas, ſe inferius diſputaturis, nunc ad ſecundarm figuram accidemus.

De ſecunda figura.

SECVNDA figura eſt, in qua medius terminus bis eſt pdicatu, ſemel ſcilicet in maiori, & ſemel in minori propoſitione, huius figuræ maior propoſitio debet eſſe uniuerſalis, minor debet eſſe diſſimilis in qualitate,& cõcluſio ſemper eſt negatiua: hæc enim regula ſeruanda eſt in omnibus concluſionibus, tam primæ, quam ſecundæ, & tertiæ figure,ut ſemper concluſio ſequatur deteriorem partem;adeò ut ſi altera propoſitionum,quæ in ſyllogiſmo ponuntur,ſit negatiua, altera affirmatiua, concluſio debet eſſe negatiua, quia negatio eſt deterior, ac ignobilior ipſa affirmatione. Si uerò altera dictarum propoſitionum ſit particularis, altera uniuerſalis,concluſio debet eſſe particularis, quia particularis deterior eſt uniuerſali: Si uerò una ſit particularis,altera negatiua, concluſio debet eſſe particularis negatiua.in hac figura,concluſio debet habere pro ſubiecto, ſubiectum minoris propoſitionis, pro prædicato uerò, ſubiectum maioris propoſitionis, eiuſmodi ſunt quatuor ſcilicet Cæſar.Cameſtres, Feſtino.Barocco,quorum exempla ſunt hæc.

Nullus lapis eſt animal.
Omnis homo eſt animal, ergo
Nullus homo eſt lapis.

Cameſtres.

Omnis homo eſt animal.
Nullus lapis eſt animal, ergo
Nullus lapis eſt homo.

Feſtino.

Nullus homo eſt color.
Quædam qualitas eſt color, ergo
Quædam qualitas non eſt homo.

Barocco.

Omnis homo eſt animal.
Quoddam corpus non eſt animal, ergo
Quoddam corpus non eſt homo.

Omnibus iſtis modis complicari poſſunt propoſitiones, nec pluribus, nec paucioribus.

De tertia figura.

Tertia figura uerò eſt, ĩ qua medius terminus bis eſt ſubiectum, in maiori ſcilicet & minori, in hac etiam maior propoſitio debet eſſe affirmatiua, concluſio ſemper particularis, ſubiectum concluſionis debet eſſe prædicatum minoris propoſitionis, prædicatum uerò debet eſſe prædicatũ maioris propoſitionis; huius figuræ modi ſunt ſex, ſcilicet Darapti. Felaptom. Diſamis. Datiſi. Broccardo. Feriſon, ſyllogiſmorum exempla ſunt infraſcripta.

Darapti.

Omnis homo eſt animal.
Omnis homo eſt bipes, ergo
Aliquod bipes eſt animal.

Felapton.

Nullus lapis eſt homo.
Omnis lapis eſt corpus, ergo
Aliquod corpus non eſt homo.

Diſamis.

Aliquod animal eſt corpus.
Omne animal eſt ſubſtantia, ergo
Aliqua ſubſtantia eſt corpus.

DA-

Datiſi.

Omnis homo eſt animal.
Aliquis homo eſt albus, ergo
Aliquod album eſt animal.

Broccardo

Aliquod corpus non eſt animal.
Omne corpus eſt ſubſtantia, ergo
Aliqua ſubſtantia non eſt animal.

Feriſon.

Nullum animal eſt inanimatum.
Aliquod animal eſt album, ergo
Aliquod album non eſt inanimatum.

QVONIAM autem Syllogiſmi omnes, tã ſecundæ, quam tertiæ figuræ ſunt imperfecti, ut perfecti reddantur, ad illos quatuor modos primę figure omnes ſunt reducendi, cum autem reducãtur, aut per conuerſionem propoſitionum, aut per impoſſibile, priuſquam oſtendamus, quo modo reducantur, de conuerſionibus agendum uidetur.

De conuerſione.

CONVERSIO igitur eſt mutatio prædicati in ſubiectum, & ſubiecti in prædicatum, ut nullus homo eſt equus, ſi reciprocatur, ſeu ad cõuerſionẽ deducatur, fiet, nullus equus eſt hõ

Conuerſio eſt duplex, a lia ſimplex, & alia per accidens; Conuerſio ſimp liciter dicta eſt, quãdo neque quantitas, neque qualitas in conuerſione mutatur, ut eſt, nullus homo eſt lapis, & nullus lapis eſt homo.

Conuerſio per accidens eſt, quando quantitas mutatur, hoc eſt ſi propoſitio erat uniuerſalis, in conuerſione fiat particularis, ut exempli gratia, omnis homo eſt animal, quoddam animal eſt homo.

Cum itaque in figura, quam ſuperius pinximus, quatuor ſint propoſitiones, illarum duæ ſimpliciter conuertuntur, uniuerſalis ſcilicet negatiua, & particularis affirmatiua, ut nullus homo eſt albus, nullum album eſt homo, quidã homo eſt albus, quoddam album eſt homo, particularis uerò negatiua neutro modo conuertitur & hæc ſatis abundè ſint de conuerſionibus dicta, per quas omnes ſyllogiſmi, tam ſecundę quã tertiæ figuræ, ad quatuor primos primæ reducuntur, præter quã Barocco, & Broccardo, qui ad primos primæ reducuntur per impoſſibile; quod quomodo fiat, declarabitur inferius.

Omnes igitur Syllogiſmi, tam ſecundæ, quam tertiæ figurę, qui à B. incipiunt, ad Barbara ſunt reducendi, qui ad. C. ad Cęlarent, qui à D. ad Darii, & qui ab. F. ad Ferio, & in quacunque ſyllaba erit. S. dictorum modorum, propoſitio illa erit conuertenda ſimpliciter, ubi. P. per accidens, ubi. M. tranſponenda erit propoſitio, hoc eſt ſi prius erat maior, facienda eſt minor, & è cõuerſo, ut ſi reducendus ſit ſyllogiſmus in Cęſare, qui ſit uerbi gratia.

Cæ-

Cæſare.

Nullus lapis eſt animal.
Omnis homo eſt animal, ergo
Nullus homo eſt lapis.

Hic Syllogiſmus reducendus eſt ad Celarent à C.enim incipi Cæſare, & cum in priori ſyllaba ſit.S. propoſitio illa conuertenda eſt ſimpliciter, & ſic fiet reductio, ut ſi dicamus.

Celarent.

Nullum animal eſt lapis.
Omnis homo eſt animal, ergo
Nullus homo eſt lapis.

Exemplum Cameſtres.

Omne animal eſt corpus.
Nullus color eſt corpus, ergo
Nullus color eſt animal.

Cum in priori ſyllaba huiuſmodi ſit.M.propoſitio illa eſt tranſponenda, hoc eſt facienda eſt minor propoſitio; & cum in ſecunda ſyllaba ſit.ſ. ſecunda propoſitio, quæ erat minor, conuertenda eſt ſimpliciter, & facienda eſt maior propoſitio; in tertia quoque ſyllaba, cum ſit.ſ. conuerſio concluſionis ſimpliciter fieri debet, & ſic fiet reductio ad Celarent; at ſi reducendus ſit ſyllogiſmus ſuperius poſitus, hunc in modum fieri debet.

Cœ-

Cœlarent.

Nullum Corpus eſt color.
Omne animal eſt corpus, ergo
Nullum animal eſt color.

Exemplum Felapton.

Nullus lapis eſt homo.
Omnis lapis eſt corpus, ergo
Aliquod corpus non eſt homo.

Hic ſyllogiſmus reducēdus eſt ad Ferio, quoniam Felapton incipit per. F. &cum in ſecunda ſyllaba ſit. P. minor propoſitio conuertenda eſt per accidens,& ſic fiet reductio ad Ferio, in hūc modum.

Ferio.

Nullus lapis eſt homo.
Aliquod corpus eſt lapis,ergo
Aliquod corpus non eſt homo.

Et ſic eædem Regulæ ſeruādæ ſunt in oībus.

Sunt ſolum duo modi, qui per reductionem ad impoſſibile perficiuntur, & ad Barbara reducuntur,hi autem ſunt Barocco, & Broccardo.

Reductio ad impoſſibile fit, cum accipientes nos contradictorium concluſionis,cogimus cōdiſputantem affirmare oppoſitum alterius propoſitionum ſuperius conceſſarum. Si igitur ſyllogiſmus in Barocco reducendus ſit ad Barbara, hunc in modum fit reductio, ſumitur contradictorium concluſionis, quod contradictorium

in

in ſyllogiſmo ad Barbara reducto, debet eſſe loco minoris propoſitionis; propoſitio uerò, quæ in Barocco erat maior, in ſyllogiſmo reducto debet ſimiliter eſſe maior, quibus ſic poſitis, ex neceſſitate ſequitur pro concluſione contradictorium illius propoſitionis, quę in Barocco erat minor; hoc autem exemplum infra poſitũ clarius uobis oſtendet.

Barocco.

Omne animal eſt corpus.
Quædam ſubſtantia non eſt corpus, ergo
Quædam ſubſtantia non eſt animal.

Reductio ad Barbara.

Omne animal eſt corpus.
Omnis ſubſtantia eſt animal, ergo
Omnis ſubſtantia eſt corpus.

In Broccardo uerò, reducendo ad Barbara, ſumitur contradictorium concluſionis, & fit maior propoſitio, deinde minor non mutatur, ſed eodem pacto manet, quo in Broccardo; quibus propoſitionibus duabus ſic poſitis, de neceſſitate ſequitur oppoſitum illius propoſitionis, quæ in Barocco erat maior, cuius exẽplũ infra ponit.

Broccardo.

Quoddam corpus non eſt animal.
Omne corpus eſt ſubſtantia, ergo
Quædam ſubſtantia non eſt animal.

Redu-

Omnis ſubſtantia eſt animal.
Omne corpus eſt ſubſtantia, ergo
Omne corpus eſt animal.

De Hypotheticis ſyllogiſmis.

Quoniam ſyllogiſmorum duæ ſunt ſpecies, Cathegoricorum, ſcilicet, & Hypotheticorum, cum de Cathegoricis hactenus egerimus, reliquum nunc eſt, ut de hypotheticis diſſeramus; hi autem ſunt, qui ex ſuppoſitione concluduntur, & ſunt quatuor, duo ſcilicet à poſitione, & duo à deſtructione; ſed antequã de illis agamus, nõ ab re erit, ſi quid conſequens, & quid antecedens ſit, declaremus.

Eſt itaque cõſequens, quod ſequitur ad aliud, & eſt idem cum prædicato. Antecedens uerò eſt ad quod aliud ſequitur, & eſt idẽ cum ſubiecto. Quarè ſe ſemper in minus habebit antecedens, quàm conſequens, uel ſaltem æqualiter.

Primus itaque modus eſt à poſitione antecedentis, ad poſitionem conſequentis. hoc modo.
Si eſt homo, eſt animal.
Sed eſt homo, ergo
Eſt animal.
Et hic modus utilis eſt.

Aliud à poſitione conſequentis, ad poſitionem antecedentis, hoc modo.
Si eſt homo, eſt animal.
Sed eſt animal, ergo

Eſt homo.

Non ualet,quia poteſt eſſe Equus, uel Bos.

Alius modus eſt à deſtructione antecedentis, ad deſtructionem conſequentis,hoc pacto.

Si eſt homo,eſt animal.

Sed non eſt homo,ergo

Non eſt animal.

Non ualet,quia poteſt eſſe Leo,uel Equus.

Alius modus eſt à deſtructione conſequentis, ad deſtructionem antecedentis,& hic modus eſt, utilis, uti exemplum declarat.

Si eſt homo,eſt animal.

Sed non eſt animal,ergo

Non eſt homo.

Vnde ex his quatuor duo ſunt utiles, alter quorum eſt a poſitione antecedentis,ad poſitionem conſequentis, & alter,qui eſt, à deſtructione conſequentis, ad deſtructionem antecedentis; reliqui uerò duo ſunt inutiles, & hæc ſunt, quæ de ſyllogiſmis,tum Cathegoricis,tum Hypotheticis breuiter, & conquiſitæ dicenda eſſe duximus.

F I N I S.